

10

A  
40-173

4 on a side.



M. to 17  
19.

N<sup>o</sup> 1  
21-110

A  
40  
173





# PRACTICA RERVM CRI- MINALIVM,

Opus celebre & elegans, atque adeo Prætoribus, Proprætoribus, Consulibus, Proconsulibus, Magistratibus, reliquisque Iustitians ac Officiariis non modo vtile, sed & necessarium,

**IODOCO DAMHOYDERIO**  
*Brugensi, Iureconsulto clarissimo autore.*

ACCESSERVNT, RERVM ET  
verborum singularium Summa, &  
Index copiosissimus.

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR  
*Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.*


*E. 2.º C. 29 N. 6.*

LVGDVNI,  
Apud Sebastianum de Honoratis.

M. D. LVIII.







# PRACTICA RERVM CRI- MINALIVM,

Opus celebre & elegans, atque adeò Prætoribus, Proprætoribus, Consulibus, Proconsulibus, Magistratibus, reliquisque Iustitiariis ac Officiariis non modò utile, sed & necessarium,

IO DO CO DAM HOYDERIO  
*Brugensi, Iureconsulto claris-  
simo autore.*

ACCESSERVNT, RERVM ET  
verborum singularium Summæ, &  
Index copiosissimus.

DE LA LIBRERIA

DEL REAL COLEGIO MAYOR  
*Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.*

*E. 2.º C. 29 N. 6.*

LVG DVNI,  
Apud Sebastianum de Honoratis.

M. D. LVIII.



R-13459

BRACITIA  
R. B. W. G. R.  
M. W. L. E. R.

General & District of Columbia  
District of Columbia  
Washington, D. C.  
October 10, 1877  
No. 1000  
A. W. L. E. R.





# ILLVSTRI DOMINO

ORDINIS AVREI VELLERIS

Equiti aurato, Ludouico à Flandria, Domino Praten-  
si, Cæsareæ & Catholicæ Maiestati secundo à cubi-  
culis, necnon Imperatoris Finantiæ in inferio-  
ri Germania Capiti prudentissimo, perpe-  
tuoque studiosorum omnium Mecœnati  
Iodocus Damhouderius Brugenſis  
Iurisconsultus felicitatem.



*Q*UAM flagrantem erga celsitudinem  
tuã animi affectũ palam semper gesse-  
rim Heros longè clarissime, non verbis  
id vllis exprimere mihi proclive esset,  
vt nullũ non vndique mouerim lapi-  
dem, nullam nõ oportunitatem vbi que  
capi auerim, quã id tibi quam testatissimũ facere possem,  
mẽque in tuã clientelam, atque adeo (si patereris) amici-  
tiam, propius insinuarem. Is enim tua humanitatis splen-  
dor est, eã liberalitas, id de omnibus bene merẽdi studium  
(ne quid de reliquis interim præstãtissimis tuis virtutibus  
dicam) vt quem admodũ magnes Indicus ferrũ, ita etiã  
quosuis gratisimo tuã benignitatis odore in amorem tui  
atque admirationem rapias. Quorum è grege cũ me vniũ  
esse nõ obscure semper declarauerim, fauoremque tuũ in  
me multo effusissimum cõpluribus iam argumẽtis abũdẽ  
satis superque expertus sim, quod & ipse vicissim grati ali-  
quod animi argumentũ (si nihil aliud) debet eq; meã erga  
te obseruantia eã testimonium aliquale præbere, respicienti  
mihi circunquaque, visum est tandem munusculũ leuius  
se quidẽ prorsus, neq; pro tua magnificẽtia, sed pro virium



## EPISTOLA

mearum infirmitate tibi offerre, nepe libellum hūc, quem  
 (qualis qualis est) impræsentiarū tibi nuncupo, tuis virtu-  
 tibus cōsecro, & sub nominis tui tutela in lucē emitto, Sed  
 quid hoc muneris adeo exigui (fortasse Momus quispiam  
 obiiciet) quod tam gratiosi nominis lenocinio cōmendari  
 postulas? Certē illi (quisquis is est) illud in præsenti re-  
 sponsum velim, si ad muneris duntaxat exiguitatē oculos  
 flectat, non absurdē eū fortassis dicere: verūm propius in-  
 tuenti eius exiguitas cum maximo rei fructu, & utilitate  
 quadam necessaria abundē cōpensabitur. Rogatus enim à  
 compluribus, tum amicitia, tum beneficiorū necessitudine  
 mihi iunctissimis, ut cū id mihi per negotiosissimas occu-  
 pationes, quibus supra modum distringor, liberum foret,  
 succisinas intereū aliquot horas suffurarer, quibus rei cri-  
 minaria conscribēda me impēderem, negotio tandem mu-  
 tuis colloquiis vltro citroque uentilato, nō potui min-  
 cissimis, quibus nihil negare nec debeo, nec possum, id tāto  
 pere à me efflagitatibus, in re tā utili, tamque necessaria  
 (quanquā infirmitatis interim viriū mearū tam ardua  
 prouincia imparis, probē conscius) non morem gerere. Si  
 enim in re pecuniaria exactē adeo iustitia gnomon, & nor-  
 ma obseruetur, ne cui iniuria fiat, ne quis suo violētē pri-  
 uetur, sed ut suum cuique aequitate id ita exigētē tribua-  
 tur, quā tandem in calamitosorum hominum corpore con-  
 seruādo, vigilantia opus esse putabimus? ne qui ceu sangui-  
 nariū latrones ruptis per fractis que omnis aequi, & iuris cā-  
 cellis, de alieno (quod aiunt) corio ludant, & tam dulci vi-  
 ta munere præter omnem humanitatē fratres eodē Christi  
 sanguine redēptos, temere spolient, præsertim cū vitæ  
 iactura nunquam iterū reparari queat. Certo autē alio-  
 rum relatu didicimus, imō ipsi nefaria exēpla inuiti con-  
 speximus, quomodo nonnunquam parricidarii questores,

DEDICATORIA.

aliq̄, id genus officarii, dum priuatis suis affectibus inter  
 dum, & genuino cuidam rigori indulgent à recto iustitia  
 tramite quàm longissimè deuiātes, ad supplicia rapiant  
 captos, ut in hominem potius, quā scelera. scire videan-  
 tur. Non me fugit quidē quàm opus sit iusta suppliciorū  
 executione, nec ignoro diuersa pœnarum genera summa  
 ratione à maioribus nostris instituta: verum ea moderatio  
 ne in iis irrogādis utendum, ut vitia potius tollātur, quàm  
 homines, ut cum summo animi dolore, nec nisi re, iusta tru-  
 tina & aequali amine perpēsa, iustitia legibus deserviat-  
 tur, ne concitati & plus aequo rigidi, prapropere ad mor-  
 tem trahant nocentes, sed potius sensim, & patienter, ut  
 Christiana lenitate dignum est, iustitia membra (quod di-  
 citur) expectent. Quamobrem in chyte heros, ut misellis  
 his, & que clementia sua alas extendit iustitia) ali-  
 que parte patrocinemur, ne aequo precipitantiū ē me-  
 dio tollantur: deinde quò legum parum peritis, ritē in hoc  
 tam lubrico negotio procedendi via monstretur aperta, lu-  
 bens hic amicorum votis parere sustinui, arreptoque ca-  
 lamo, quicquid vel ad criminis, vel ad officiorū crimina-  
 liū rationē pertinere videbatur, pro virili explicare cona-  
 tu sum. Quē quaso conatū sereno vultu suscipere, nomi-  
 nisq̄ tui lenocinio, vulgo cōmēdari permitte, ut mea inte-  
 rim erga te obseruātia ac gratitudinis exiguū quidē, sed  
 perpetuum, propicio, & auspice Deo, pignus exi-  
 stat. Vale heros multò clarissime, tuumque

Dambouderium tuorum albo af-  
 scribere pergās.

Brugis postridie Calendas Octobris,

Anno M. D. L I.



PRACTICA AVTHORIS;

aduersus scabidam maledicorum pruriginem, præmunio.



FFVDIMVS hîc candide Lector, quicquid ad rem criminariam pertinere visum fuerat: Argumentum erat fertile (factor) & fœcundum, atque in quo quis ingenij sui vires explicare facillè potuisset. Nolui tamè, quicquid hac de re sparsim meminerunt autores, aut quicquid siue vsus, siue abusus practicus nostro suppeditarat calamo, huc conuectû illinere chartis, vtique multarum rerum capita tantùm attigissè, studiosorumque peruestigandi aueritatem vtcunque exacuisse cõtentus. Porro quum hæc materia fuerit (nequaquam) eadem sententia) omnium multò utilissîma, vti in quâ non de lana caprina rixatio, nec de fallacis pecuniolæ damno sit controuerfia: sed quæ tum corporis, tum animæ salutem (qua nihil nobis neque prius neque potius) tota concernat, indignum fore existimaui, si eam iniquè verborû vlla magnifica sublimitate (quâ tamen mihi non vendico, absit calumnia) obscuritatem contendissè, maius profectò operæpretium me facturum existimans, si ad quàmplurimos humili puròque dictionis amictu isthæc prodiret vtilitas, quàm si ampullatis verbis turgescês oratio, mediocriter iurisperitis (quibus tamen potissimùm hic desudatur labor) ad tam necessariam vtilitatem potiundam intercluderet viam. Hæc itaque apud cordatos Christianòque candore præditos, præmonuisse cõtentus, fortiter æmulorum mordaces sannas contempsero.

Can

CANDIDISSIMO

cuique legum Ciuiliū præ-  
fecto Petr. Syl. S.

Quisquis publica scepra nunc gubernas,  
Quis plectis nocuos, bonos tueris,  
Gaudens hunc tibi compares libellum.  
Quam sit frugifer hic tuis futurus  
Vt claris, ita munis periclo  
Fœcundis, tibi nullius vnquam amœnis  
Verborum phaleris satis probarit:  
Lectò sed titulo, semel ve rerum  
Perspectans capita, illico videbis  
Stipatam comite hac necessitate  
Per gratam utilitatem. Eam parato.

ALIUD ARN. CLAYSSII.

Auxilium quondam, miseratus iniqua minorum  
Fata, Damhouderius præsidiumque tulit,  
Sed nunc maiori pietatis concitus œstro,  
Non indefensos sustinet esse reos.  
Et qui pupillis bona, fortunâsque tuetur,  
Vitam dat miseris, continuâtque reis,  
Quasnam igitur grates, quæ præmia digna laborum  
Vtraque pro tanto munere turba dabis?  
Nestorceos illi exopta ter & amplius annos,  
Patronumque voces ore fauente tuum.



Fratri Hadriani Hecquetij Atrebatini,

Carmelitæ, Sacræ Theologiæ Baccalaurei in  
huius insignis operis laudem,  
Epigramma.

**C**RIMINA quæ merito passim Respublica damnat  
Quo sint supplicio digna, videre lubet.  
Aureus hic codex effictis rite figuris  
Paruula quamuis sit pagina tota, docet.  
Hic videas scelerum omne genus, piosque scelestos:  
hic, quæ quisque sibi flagra meretur, habes.  
Hunc cruce suspendunt leges, crepitantibus illum  
Ignibus, ad si ius postulet, afficiunt.  
Sunt quoque quos licet frustra frangit, & artus  
Discerptos toto corpore fuste necat.  
Sunt quibus & gladius præcidit tempora, linguas,  
Aurículas ambas, sepe & vtranque manum,  
Sunt alij rapidos quos lex demergit in undas,  
Et sunt quos tellus publice aperta vorat.  
Sunt quos virga quatit simplex, sunt quos tenet horror  
Carceris, obuinctos compede perpetua.  
Nonnulli ferro candenti vruntur in ore,  
Signaque commissi fert gena læsa mali.  
Lex quoque in exilium complures pellit, & illos  
Exigit è proprijs adibus, vrbe, solo.  
Res noua, quam nullus quisquam tentauerat Author,  
Et tamen vtilius non habet orbis Opus.  
Quisquis es in populo qui publica iura gubernas,  
Hunc librum digitis sedulo volue tuis.  
Inuenias animo quod sit satis, euge, eme paruo,  
Hic tibi, pro multis, vnicus author erit.  
Causidicus & iudicibus, regionibus, aulis,  
Vrbibus & regnis conuenit istud opus.  
Munere pro tanto grates Respublica reddat  
Authori, & tantum tollat ad astra virum.



# IODOCIDA-

MHOVDERII BRV-

GENSIS IVRISC. IN

RERVM CRIMINA-

LIVM PRA-

CTICAM,

PROE MIVM.

S V M M A E.

1 Republice interest delicta puniri.

2 Publica discipline fauor distat  
et suadet, vt maleficia punian-

Publicè interest, prouinciam ma-  
lis hominibus purgari, vt in  
quiete permaneat.

4 Publicè interest panam facile  
non remitti, ne ad maleficia te-  
merè quisquam prosiliat.

Dare panas, maximi mali euita-  
re, &c.

6 Castigare noxam oportet, non  
ob preteritum delictum, cum id  
corrigi nequeat: sed ne iterum  
peccet, tum ne ipsius exemplo ce-  
teri quoque peccent, &c.

7 Facilitas venia, incentiuum tri-  
buit delinquendi.

8 Si ea quae male vsurpatur, omit-  
timus, excessus viam alijs ape-  
rimus.

9 Punienda sunt maleficia, vt  
vnius pena, metus possit esse  
multorum.

10 Quos ad vita decora, domesti-  
ca laudis exempla non prouo-  
cant, correptionis saltem medi-  
cina compellat.



RAESEN-  
tis Practi-  
cae materiã  
exactius ac  
penitius ex-  
plicare. nõ  
solũ ad lu-

risconsultum, verũ etiam ad  
latrunculatorem multiscium,  
& expertũ pertinet. Satis ta-  
men fuerit quomodocũq; da-  
tur, pingui (quod aiunt) Mi-  
nerua, Deo Opt. Max auxiliã  
te & suppetias ferente, eãndi  
care, ad huius operis sufficien-  
tiam, quantumq; huic nostro  
proposito seruiat, quod securius  
clarius, ac enucleatius nouer-  
int, & intelligãt quid agen-  
dum, quidve omittendũ sit,  
qui vel numis datis, aut parẽ-  
tum amicorumq; fauore, offi-  
cium aliquod consecuti sunt.



Ne igitur materiae scopum 5  
 praeceamus. paucis re ipsam  
 nunc aggrediamur. Reipubli  
 cae † interesse constat delicta  
 1 puniri, ne maleficia maneat  
 impunita: trita l. ita vulnera-  
 tus. primo respōso, in fine. ff.  
 ad l. Aquil. ibique nec inele-  
 ganter ait Baldus acutissi-  
 2 mus: Publicae disciplinae † fa-  
 uore dictare ac suadere, ut ma-  
 leficia puniantur, l. licitatio.  
 §. quod illicitē, ff. de publica.  
 & vectigalibus. l. Stichū, §. tā-  
 etsi, ff. de solut. l. si longius,  
 §. j. ff. de iudic. vulgata l. capi-  
 7 talium, §. famosos, ff. de poe-  
 nis, c. vt fame, extrā de sentē.  
 excōmuni. His illud quoque  
 3 seruit, Publice † interest, pro  
 uinciā malis hominibus pur-  
 gari, vt in quiete permanear.  
 notabili l. congruit, ff. de offi-  
 cio praesid. l. ij. C. quando lic.  
 vnic. sine iudi. se vindic. Cūm 9  
 4 tuon remitti poenam facile,  
 publice interfit, ne ad malefi-  
 cia temere quisquam prosi-  
 liat, l. si operis, C. de poenis.  
 his concordat glossa notabi-  
 lis in verbo, Confuse, in fine,  
 in cap. cūm clamor, extrā de  
 10 testibus. Quam autem vtilis,  
 imō necessaria sit in delin-  
 quentes ea iustitiae pars, quae  
 vindicatio à Philosophis ap-  
 pellatur, quam & animad-  
 uersionem vocare licebit, do-  
 cet diuinus ille Plato in lib.  
 de Republica, cūm ait: Da-  
 re poenas, maximi mali eu-  
 ratio est: facit enim alibi  
 prudentiores, & iustiores, &  
 medicina quaedam iniquita-  
 tis, ipsum est iudicium. Il-  
 lud verò neque deorum ne-  
 que hominum vllus audebit  
 dicere, vt ab eo qui iniuste  
 egerit, poena non sit exigen-  
 da. Castigare † noxam oportet,  
 non ob praeteritum delictum,  
 cūm id corrigi nequeat, sed  
 ne iterum peccet: tum ne ip-  
 sius exemplo ceteri quoque  
 peccent. Quod fit, si † crimina  
 non puniantur: facilitas enim  
 veniae, in centium tribuit  
 delinquenti, c. vt clericorum,  
 extrā de ta & honest. cleri. & † si  
 8 male vsurpantur, omittimus  
 excessus viam aliis aperui-  
 mus c. loci. §. proinde. xxxv.  
 q. ix. ca. peruenit. xc. distinct.  
 Punienda ergo † sunt malefi-  
 9 cia, vt vnius poena, metus po-  
 sit esse multorum, aurea l. i.  
 C. ad l. iul. repetun. d. l. capi-  
 talium. §. famosos. His con-  
 formis est gl. in verbo, Perti-  
 mescat, in c. sicut, extrā de iure  
 iurando. Et quos ad vitam de-  
 10 cora domesticae laudis exempla  
 non prouocant, correctionis  
 saltem medicina compellar,  
 l. vnica. C. de emenda. propin.  
 cuius itidem meminit glossa  
 in verbo Poena, in prius cita-  
 to c. vt clericorum. nonnulla  
 ibidem allegans nequaquam  
 dissi

disimilia. Sed quorsum tam multa de malefactorum peccatis nempe vt cognoscas hanc iudicarij fori partem Prætorib. Proprætor. Consulib. Proconsulib. Magistratib. reliquisq; id genus Iustitiariis ac Officiariis oppidò quàm necessariam esse. Quare ad munus susceptum redeamus: & in capita aliquot vniuersæ practicæ nostræ summâ redigamus.

De Criminibus  
& Maleficiis.

CAP. I.

SYMMÆ.

- 1 Criminum alia sunt publica, alia priuata: alia ordinaria, alia extraordinaria.
- 2 Crimina quare dicantur publica.
- 3 Ad publicam vtilitatem spectat, ne crimina maneant impunita.
- 4 Crimina quare dicantur ordinaria.
- 5 Quando ordinariam penam potest iudex, causa cognita, auertere.
- 6 Quando minueret.
- 7 Publica extraordinaria quare dicantur.
- 8 Extraordinaria quare dicantur.

- 9 Crimina dicuntur priuata, vna ex causa.
- 10 Crimina dicuntur priuata, altera ex causa.
- 11 Criminum alia sunt capitalia, alia non capitalia.
- 12 Crimina capitalia quæ sunt.
- 13 Crimina non capitalia quæ sunt.
- 14 De iure Canonum non imponuntur pœne capitales, &c.



PRINCIPIO præmittendum est & animaduertendum est Criminum alia esse publica & ordinaria: Alia publica & extraordinaria, & alia priuata. Crimina publica & ordinaria sunt, vt crimen læsæ Maiestatis, Hæresis, Simonix, Adulterij, Homicidij, Falsi, & plurimorum, nec disimilium, quæ ex iudiciorum publicorum legibus sunt introducta. Ex eo dicta sunt publica, quod eorum executiones siue denuntiationes, siue accusationes, cuiuslibet ex populo, pro interesse iustitiæ competant §. j. versic. Publica autem, Instituitur. de public. iudic. l. j. ff. eodem titu. quoniam sunt ad publicam vtilitatem spectant, vt sæpiusculè allegatum est, non crimina maneant impunita. Dicuntur verò sunt ordinaria, quia



- quia certa pœna lege, Principis statuto, aut consuetudine introducta in eis statuitur. 9 quam ordinariam non licet Iudici minuere. Nā vt Papi. resp. facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est, pœnæ verò persecutio non eius voluntati mandat, sed legis autoritati reseruat, l. j. §. ij. ff. ad S. C. Turp. nisi forte causa cognita, quia tum vel augere vel minuere admittitur.
- 5 Augere, † quando multis grauantibus opus est exemplo, vt vnus pœna, metus sit multorum, l. j. C. ad leg. Iul. repetun. Minuere, † quoties persona delinquēs honesta est, neque deliquit nisi semel, l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notantur infamia. l. in seruorum. §. finali. & l. respiciendum. ff. de pœnis. Publica † autem extraordinaria, 13 vt l. Iul. repetun. & l. Fla. de plag. & huiusmodi. de quibus habetur l. j. ff. de pub. iudic. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad legē Iul. repet. & l. finali. ff. ad legē
- 8 Fla. de Pla. Ideo dicuntur † extraordinaria, quòd non sit illis certa. aut lege, aut Principis statuto, aut consuetudinis introductione constituta pœna. sed arbitrio imponitur iudicantis, & hoc secundum delicti, & personæ qualitatem, cap. super his, extrà, de accusat. cap. de causis. §. illis, extrà, de offic. deleg. l. j. ad medium. ff. de effract. & ex pilat. Porro † priuata sunt, ob quæ priuatim ad interesse nostrum agimus, nobisque aliquid dari, aut applicari debere pro delicto in nos cōmissō petimus, id est, pecuniariter pro illis agimus. Aut dicuntur † priuata, quod eorum executiones & denuntiationes siue accusationes ad illos tantum pertineant, quibus inferuntur, vt furtum, iniuria, damnum, crimen abiigeatus, &c. l. finali. ff. de priua. delictis, l. finali. ff. de furt.
- 11 Rursum, † dictorum criminum alia sunt capitalia, quæ vltimo supplicio afficiunt homines, veluti sunt ea, ob † que mors, pœna sanguinis, confiscationis bonorum, aut exilij infligitur. Cætera non † capitalia, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërtio pœna est, lege i. ff. de pub. iudic. §. publicorum, Institut. eodem titulo. De iure autem canonum non † imponuntur pœnæ capitales seu corporales, cap. cum non ab homine, extrà, de iudic. licet sint argumenta, quæ cum isthac autoritate pugnare videantur in cap. ij. extrà, de maiori. & obedient. in cap. per venerabilem, extrà, qui filij sint legitimi, in cap. sicuti. §. quia ergo, ij. q. vij. quod hic

hic breuitatis causa examina  
re ac discutere sciēs prudēf-  
que prætereo. Ceterum varia  
præsentis materiæ ex dili-  
genti passuum consideratio-  
ne inferius declarandorum,  
lucidius colligi poterunt.

De iudiciis seu litibus,  
vulgò processibus cri-  
minalibus.

CAP. II.

SVMMAE.

1 Criminalium Iudiciorum alia  
sunt criminaliter intentata, alia  
ciuiliter intentata.

Iudicia criminalia criminali-  
ter intentata quæ sint. & nu. 4.  
Iudicia criminalia ciuiliter in-  
tentata, quæ.

2 Iudicia ciuilia quæ dicantur. 5  
3 Criminaliter agi quando dica-  
tur.

4 Ciuiliter agi quando dicatur.



VE MADMO  
dū crimina ipsa  
paulò antè du-  
plici genere di-  
stinximus: ita  
iudicia quoque criminalia, bi-  
faria ratione sciūximus. Sunt

1 tenim criminalium iudicio-  
rum alia criminaliter inten-  
tata, alia ciuiliter intentata.

2 † Iudicia criminalia crimi-  
naliter intentata sunt, in 7  
quibus tractatur de crimine  
capitali, siue pœna vltimi sup-

plicij: nempe decollationis,  
suspendij, incendij, mutila-  
tionis, aut amputationis  
membri, sectionis, exilij,  
aut alterius cuiuscunque ma-  
gnæ corporalis punitionis.

Iudicia verò criminalia, ciui-  
liter † intentata sunt, in qui-  
bus nō agitur de capitali cri-  
mine: sed de multa duota-  
xat, hoc est, emenda pecunia-  
ria, aliãve ciuili animaduer-  
sione simili. Neque hic me-  
clam est, esse nonnullos au-  
toritate graues, ingenijque  
perspicacitate celebres, qui  
aliquantulo diuersus isthæc  
definiisse videntur: vocant

† enim Iudicia criminalia,  
quorum finis ad Reipublicæ  
& Fisci commodum tendit,  
siue pœna sit corporalis, siue  
pecuniaria. Ciuilia † autem,  
quorum finis ad cōmodum  
partis tradit, quæ nec absur-  
dè priuata dicuntur. Glossa  
notabilis in verbo, Centum

aureorum, in lege, prætor, in  
principio. ff. de sepul. violat.  
quã nequaquam erubuit di-  
cere singularem Ioann. Imo-  
lensis in rub. de public. iudic.

ad illud tritū videlicet, Quòd

† criminaliter agi dicitur,  
quando pœna postulatur ap-  
plicari Fisco, vel communita-  
ti, proueniēs ex delicto. Quã-  
do autem applicatur † parti,  
dicitur agi ciuiliter. Idē nec  
displicuit eximio Bartolo in  
l. agr



I. agraria. ff. de term. mot. An  
 gelo Aretino Instit. de actio  
 nibus, in exordio; fuitque  
 hæc opinio Innocentij in c.  
 qualiter & quando. ij. de ac-  
 cufation. necnon doctorum  
 in c. j. de Iudic. & potiffimum  
 Abb. Panor. super Rubro de  
 Iudic. in versic. Tertio quæro  
 de vrili quæstione, recitantis  
 varias ac diuersas scribētium  
 opiniones: quas studio breui  
 tatis posthabemus & omit-  
 timus, atque studioso in re-  
 bus publicis non occupato, vi-  
 dendas relinquimus. Hæc ri-  
 mari penitus, & vter modo-  
 rum magis proposito seruiat,  
 examinare disculsus, neque  
 animus est, neq; ipsi loco cer-  
 tē conueniens, quum in subie-  
 ctis capitibus quantū isthæc  
 assumpta materia postulare  
 videbitur, abundē satis me-  
 minerimus.

Quo pacto in Iudicijs cri-  
 minalibus proceden-  
 dum fuerit.

C A P. I I I.

S V M M A E.

I In iudicijs criminalibus crimi-  
 naliter intētatis proceditur ali-  
 quando ordinariē, aliquādo ex-  
 traordinariē delatiue, id est, per  
 querelam partis, prolatiue, id est,

quando delata inuestigatione,  
 vera probantur, summarie in-  
 cognitis, simpliciter, cum res vr-  
 get maturationem.

Ordinariē, quando procedatur.

Extraordinariē, quando.

Summarie, quando.

Simpliciter & de plano, quan-  
 do.

In notorijs non est opus iuris or-  
 dinem seruare.

Disimulatio aliquando bone  
 iustitiæ nomen meretur.



N Iudicijs cri-  
 minalibus† cri-  
 minaliter intē-  
 tatis non non-  
 quam procedi-  
 tur ordinariē, & secūdam iu-  
 ris ordinem: & aliquando ex-  
 traordinariē, id est, iuris ordi-  
 ne non seruato. Ordinariē,  
 † quum adest persona conque-  
 rens & offerens probare, aut  
 quoties delicti certa veritas  
 constare potest probatione  
 ordinaria. Hoc casu, *proli-*  
 processui omnia ac singula  
 requisita. Extraordinariē,  
 † quando non est pars con-  
 querens, sed cum iudex aut  
 Fiscus procedit ex suo offi-  
 cio per inquisitionem quæ-  
 stionis aut torturæ super in-  
 dicijs & præsumptionibus;  
 quo quidem casu proceditur  
 nonnunquam summarie, ali-  
 quando simpliciter, de pla-  
 no, & sine strepitu ac appa-  
 rente

rente forma iudicij . Sum-  
 4 mariè , † quum crimen iu-  
 dici notum est: tum enim iu-  
 ris ordinem seruare non est  
 necesse. Attamen sic in noto-  
 riis criminibus iuris ordinè  
 non seruare, est nihilominus  
 secundum iuris ordinè proce-  
 dere, c. ad nostram. 3. extrà de  
 iureiuran. Recepti iuris est,  
 quòd in notoriis non est ne-  
 cessaria accusatio, vel denun-  
 tiatio, vel inquisitio, vel exce-  
 2 prio, de quibus infra dicemus  
 3 † simpliciter & de plano, &  
 5 sine strepitu & figura iudicij,  
 quum negotium celeritatem  
 desiderat, adeò vt mora ac di-  
 1 catione maius dispèdium, pe-  
 riculum, & inconueniens Rei  
 publicæ imminere posset, ve-  
 luti tempore cōmotionis aut  
 seditionis: quo quidè tēpore  
 quatuor aut quinque ex præ-  
 cipuis seditionis subita decol-  
 latione tolluntur è medio: ac  
 2 postè disputatur, æquòne iu-  
 re iudicati sint. Nam in † huius  
 6 modi notoriis nequaquam  
 opus est iuris ordinem serua-  
 re, præcitato c. ad nostram. 3.  
 Si verò iudici perspectum fue-  
 rit occasione temporis, ex hu-  
 iusmodi subita punitiõe plus  
 mali quàm boni Reipublicæ  
 posse oriri, eo tempore iudex  
 dissimulante ac conuiuēter  
 iustitiam protrahet. Atque  
 7 tēo tempore talis dissimula-  
 tio veræ bonæque iustitiæ

nomen merebitur.

Qualiter crimina ad Iu-  
 dices notitiam per-  
 ueniant.

C A P. IIII.

S V M M A E.

1 *Crimina variis modis ad Iudi-  
 cis perueniunt notitiā, nempe or-  
 dinariè accusatione, extraordinariè denuntiatione, exceptione,  
 & inquisitione.*

2 *Accusatio quid.*

3 *Denuntiatio quid.*

4 *Exceptio quid.*

5 *Inquisitio quid.*



IGNANDVM

nunc est, Crimi-  
 na variis † mul-  
 tisq; modis ad  
 Iudices perueni-

re notitiam: nempe Ordina-  
 riè. Accusatione. Rursum ex-  
 traordinariè, Denuntiatio-  
 ne, Exceptione, & Inqui-  
 sitione. Est autem † Accu-  
 satio siue accusare (quod idè  
 est Azone teste in summa, ti-  
 tu. de accusationibus. in prin-  
 cipio) quempiam in libello  
 reum criminis referre, vel  
 criminis reum vđ vindictam  
 efficere. Vide Hofliensem  
 in summa eodem titulo in ex-  
 ordio. necnon D. Ioannem  
 Oldendorpium virum in iu-  
 rium studiis doctissimum, in  
 suo libello de Copia verbo-  
 rum & rerum in iure ciuili,  
 dicentem: Accusare est apud  
 Iudi



- Iudicem causari, aliquē peccasse. Denuntiare siue denuntiatio, est alicuius crimen ad superiorē nuntiare. Præfatus Hostiensis in summa, tit. eo. de accus. hanc ita definit: Denuntiatio, est criminis alicuius apud Iudicem sine inscriptione legitimè facta, delatio, ad pœnitentiã peragendam, vel aliam legitimã pœnam imponendã, vel etiã ad vtrũq; &c. Exceptio siue excipere, est parti crimẽ imponere in iudicio siue iudicialiter ad aliquam defensionem, tanquã proposito subseruiens, cum protestatione, ac animo nõ iniuriãdi, vide Spe. lib. iij. par. j. ti. de criminibus in modum excep. pro. † Inquisitio, est alicuius criminis per superiorem respectu inferiorũ suorũ inuestigatio, vt in tit. I. de accusat. inquisit. & denuntiat. Cæterũ qua forma in accusatione, denuntiatione, exceptione, ac inquisitione procedendum fuerit, latius infrã suo loco dicendum produximus, nunc hæc definitiones vtcunq; tetigisse, abũdè hic fuerit satis.

## De accusationibus.

CAP V.

S V M M A E.

1 In Iudicij criminalibus proce-

ditur accusatione.

2 Absque accusatore seu accusatione nemo venit condemnandus.

3 Antiqua iura scripta, quemlibet legitimũ &amp; idoneum criminaliter accusantem admitterant apud iudicem omnis criminis aut sceleris publici.

4 Accusator, ad quã de iure cogebatur.

5 Accusatori siue vinculo inscriptionis ex communis vsu, accusare conceditur.

6 Accusare volens alium criminaliter, habeat suas probationes, luce meridiana clariores paratas.

7 Quorundã opinio volentiũ suũ sumptibus criminale &amp;c.

8 Accusator succumbens, quibus sit obnoxius.



NOMINIBVS Iudicij criminalibus necessario proceditur accusatione.

2 ne. Nã absq; † accusatore sine accusatione vlla, nemo producitur condemnandus. l. re-scriptio. §. si quis accusator. ff. de munerib. & honor. l. iij. & c. de his, qui accus. nõ possunt, c. vnico. ext. vt eccle. benef. sine diminu. conferan. c. relatum. v. q. iij. & c. de manifesta. ij. q. j. Quãmobrẽ nec Dominus noster Iesus Christus mulierem repertam in adulterio cõdemnare voluit, quòd

quòd nemo ipsam adulterij accusauerat: nec iudam eiicere, cum fuisset fur, quòd nemo eum furti accusauerat.

3 Antiqua tautem iura scripta, quemlibet dignum, legitimum & idoneum criminaliter accusantem, apud Iudicē omnis criminis aut sceleris publici admittebant. Sed interim † hic accusator cogebatur sese mancipare carceri, ac inscriptionis vinculum assumere; hoc est, ad pœnam talionis semet obstringere, nisi delata legitimo testimonio cōprobasset. Nempe vnā eandēque subire pœnam, quam reus vera accusatoris delatione, verāque cōprobatione iure suscepisset: vel certè talem pœnā, quam ipse accusator, sua delatione spectare & intendere videbatur, l. fin. C. de accusat. & inscrip. quæ lex partim canonizata reperitur in c. quisquis in c. quid crimen. ij. q. viij. atq; gloss. in c. super his, ext. de accusat. denuntia. & inquisit. Sed quoniam huiusmodi juris † ratio, ac inscribendi, seseque in carcerem tradendi solennitas nimium austerā nimisque rigida fuerat, vt hac de causa multi etiam maleficientissimum

5 quenque, atque adeò publicè etiam sceleratissimum accusare timerent, censentes

fatius esse propriæ saluti cōfulere, quàm forsitā cum iactura vitæ, accusatione sua temeraria alterius vitam auferre velle: idè stylo & consuetudine præfatum ius merito antiquatum est: ac introductum, vt quilibet liberè tu rōque possit accusare & criminaliter concludere sine timore alicuius pœnæ aut mulctæ: & quòd pars duntaxat concludat ad emendam ciuilem, & ita habet communiter vsus. Nihilominus tamen pars † formalis, aut volens alium accusare criminaliter, oportet habeat suas probationes paratas, quæ in talibus plænæ & clarissimæ requiruntur, l. is apud quem. C. de eden. vulgatissima l. sciant cuncti. C. de probat. quam legem verbotenus canonizata legitimus in c. sciant cuncti, ij. q. viij. Et secundum † nonnullos obligatur tale iudicium criminale seu (vulgò) processum propriis sumptibus & expensis deducere: & succumbens † condemnari ad detrimenti, imò ad totius iustitiæ reparationem, atque rei ipsius perperam per ipsum accusati omnibus detrimentis & incommodis facere satis: deinde de iniqua vanaque proximi accusatione (vulgò vāde vvanclaeghe) acrem dignamq; subire sup-



plicij pœnam, nō quidem talionis atque delato crimini parem, sed iudicis arbitrio imponendam.

De Denuntiatio- nibus.

CAP VI.

S V M M A E.

- 1 Iura Ciuilia & pontificia quos ad denuntiandum admittant, & nu. 2.
- 3 Infamis non denuntiat.
- 4 Nec Vilis.
- 5 Nec Conspirator.
- 6 Item nec Inimicus.
- 7 Bone vite, fama, & conuersationis, qui ex charitate & non ex odij fomite procedit, denuntiare admittitur.
- 8 Denuntiationes oportet esse veras.
- 9 Inter accusatorē & denuntiatorem differentia.
- 10 Denuntians ad quæ obligatur.
- 11 Denuntians nonnunquam obligatur iurare denuntiationē veram esse.
- 12 Iudex, Fiscus, & similes in denuntiatione ad quæ animaduertere obligantur.
- 13 Fines Denuntiationis.

id muneris ordinatos: veluti messorios, saluarios, forestarios, clientes, satellites, apparitores, catholicianos, amanos, atque id genus non dissimiles: quorum sunt partes, virtute iuramenti præstiti, crimina bene legitimèque Iudicibus, Magistratibus, Iusticiariis, vel Officiariis denuntiare, quibus tamen non nisi in minutulis, leuibusque criminibus fides habēda fuerit: In magnis grauibuscq; criminibus minimè: nisi forsitan quum Iudex, Magistratus, Iusticiarius, Officiarius, aut Fiscus de illis grauioribus criminibus exactioris penitusque sciscitari velit & inquirere. Iure verò † Pontificio, etiam quiuus quorum interesse ratione aliqua posset, admittuntur. c. illa præpositorum, ext. de accusat. & ibi Panor. eiusque sequaces. Idem similiter recipit & eos, qui recto vtilitatis desiderio moti, atque adeo vero Iustitiæ excitati zelo, quolibet de quocunq; etiam crimine denuntiant: modò hic tamen denuntians nō sit infamis, infamia † iuris & facti, secundum Canones: aut iuris tantum, secundum leges, cap. j. & ibi Panor. & alij scribentes, ext. eod. tit. de accusat. Neque † etiam vilis persona fuerit, aut † conspi- rator



I V R A Ciuilia  
†neminem ad  
denuntiandum  
admittūt, nisi  
officiarios ad

4  
5

rator quispiam, c. cum dilectus, ext. eod. de accus. Neque  
 6 † inamicus, c. repellantur, eo tractatu. Neque ex odio aut ea conditione denunciare videatur, vt denunciatus puniatur aliqua pœna canonica, aut legali: sed eò duntaxat spectet, vt ipsius delati saluti consulat: vt vel hoc pacto, nēpe iusta atque euangelica correptione superioris, tandem respiciat: Alique simili metu, ac pudore perterriti coercantur, ne liberius impunitiūve peccent. Quisquis verò alio animo cōfratrem de-  
 11 ferre parauit, iure ab huiusmodi denuntiatione reiectabitur. Sed qui bonæ † vitæ, famæ & conuersationis fuerit, qui ad hoc ex charitate procedit, nec ex odij fomite denuntiare conspicitur, indubiè  
 12 admittitur, c. repellatur, &c. qualiter, ext. de accusa. Quāobrem † denuntiationes omnes oportet esse veras, aliò qui denunciator iste ad detrimenti, imò ad totius iustitiæ reparationem deuinciretur, atque ipsius etiam rei peperam per ipsum denunciati, omnibus detrimentis & incommodis facere satis obligaretur Iudicis arbitrio, aut (vt quibusdam placet) ad pœnam etiam talionis. Hoc tamen inter † accusatorē & denuntiatorem interesse scien-

dum, quòd accusator inscribere se cogatur, accusationē suam pronuntiare, Fisco assistere, Iudiciū interdum suis sumptibus prosequi. † Denuntiator verò horum nihil preflare cogitur, nec se inscribere, nec denuntiationem suam pronuntiare, nec Fisco assistere, neque litem suis prosequi sumptibus: sed duntaxat obligatur ostendere ea quæ de illo crimine nouit, atque etiam nominare testes, criminis huiusmodi conscios, c. super his, ext. de accusat.  
 11 Etiāmq; † iurare (in quantum Iudici, Magistratui, Iusticiario, Officiario, aut Fisco placeat) obligatur, suam denuntiationem esse veram, & non facere calumniæ causā, c. veniens. ext. de accusat. &  
 12 ibi Ioan. And. Iudicis † interrim fuerit, atque ipsius etiam Magistratus, Iudicarij, Officiarij, aut Fisci (priusquàm denuntiationem quampiam acceptent) diligenter inspiciere ac animaduertere per sonæ denuntiantis qualitatem, ingenium, mores, omnesque conditiones, necnon studiosè & accuratè perscrutari singulas tam denuntiatoris quàm aliarum rerum penè omnium circumstantias, ne cui (quod huiusmodi rerum neglectu fieri potest) temere odio-

b z



lam molestiam pariat, ac frustra in graues expensas inducat. † Finis igitur seu effectus denūtiatoris est, vt Iudex, Magistratus, Iustitarius, Officiarius, aut Fiscus, depūtiatione audita, inquirat vera ne sit an falsa eiusmodi denuntiatio, & si denuntiata cuncta vera reperiat, illico correpturus procedat in delinquentē seu maleficium.

### De exceptionibus criminalibus.

#### CAP. VII.

#### SVMMAE.

- 1 Crimen in modum exceptionis, secundū ius canonicum & civile diuersimodè proponi dicitur.
- 2 Crimen obiectum, & probatum, quem habet effectum.
- 3 Nullum malum remanet impunitum.
- 4 Exceptio non extendit sese latius, quàm ad finem, ad quem proposita est.
- 5 Fiscus aut Officiario quid liceat.
- 6 Fiscus & similes, Ius, Consuetudinem, vel stylum obseruare tenentur.



**R**EIS omnibus non minus ciuili iure, quàm canonico probabili sanè ratione permillum inue-

nimus, vt alijs pro sua defensione crimina quepiā impingāt, vt certè vel hoc pacto semet tutètur ab aduersariis. Id autem efficiūt multifariam. Excepturi † enim nonnunquam iudici ipsi criminis non tam obiciunt, aliàs actori, aliquando testibus, postremo literis instrumentalibus, alijsve documentis ipsi reo contrariis, modò tamen isthæc in exceptione proposita veritati fuerint consentanea; alioquin si falsitatis ea conuicta fuerint, & reus falsa sua exceptione succumbens nil probauerit, ad iustitiæ partisque læsæ reparationem obligatur, pro delicti falso illati quantitate & magnitudine: pro ipsius etiā iniuriati qualitate, ad iudicis arbitrium. Verùm quisquis † exceperit criminaliter, & etiam probauerit in exceptione obiecta, non ideò punitur pars, cui obiecta est exceptio: neque etiam ob hoc in infamiæ notam incidit, sed in hoc iudicio seu processu duntaxat per reum à iudicio ferendo, siue à testimonio, siue ab accusatione probati sceleris caussa, iustè repellitur, l. Lucius. ff. de his, qui notantur infam. cap. cum dilectus. §. finali. extra de ordi. cogni. cap. super eo. extra de testibus. & cap. j. extra

- 3 tra. de exceptio. Porro † quod nullum malum impunitum remaneat, iuxta l. ita vulneratus. §. quod si quis. versicu. cum neque. ff. ad l. Aquilia. & l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vestigali. cum sine numero nec dissimilibus iuribus, & vt per rei impositionem pro criminis obiectione iure plecti posset, denuo intentandum fuerit nouum iudicium, seu (vt vulgo loquimur) processus contra talem per exceptionem accusatum. Non enim † sese la-  
 4 tius extendit quæuis exceptio quam ad finem, ad quem proposita est: nempe ad iudicem à cognoscendo, partim ab agendo, testes à deponendo, & documenta seu instrumenta ab aliquid operando seu probando, repellendum. Sed † fisco aut simili officinario, audita exceptione suam actionem ea de causa intentare, conclusionem criminalem capere super verificatione partis, integrum erit. Aut † certè ad eum modum, quo de iure, consuetudine, stylo, vel ex consilio facitandum videbitur.
- De inquisitionibus.
- CAP. VIII.
- SVMMARIE.
- 1 Inquisitio, vulgò informatio.
- 2 Inquisitio semper ex iudicis officio fit.
- 3 Solus Iudex, aut eius potestatem habens, inquirere potest.
- 4 Ad inquisitionem debitam, multa concurrunt necessaria.
- 5 Subditus originis vel delicti ratione.
- 6 Inquisitio fit de maioribus criminibus.
- 7 Inquisitio non fit de leuibus criminibus.
- 8 Inquisitionem præcedit publica fama.
- 9 Contra indiffamatos minime inquiri potest.
- 10 Fama in maleficiis initium habere debet à personis fide dignis.
- 11 Ante inquisitionem necessum est crimen esse commissum.
- 12 Inquisitio in decenti ac forma debita redigi debet.
- 13 Quando debita ac decens forma intelligitur.
- 14 Inquisitio triplex, Generalis, Specialis, Generalis simul & Specialis.
- 15 Inquisitio generalis non requirit famam publicam præcedere.
- 16 Inquisitio specialis famam publicam præcedentem requirit.
- 17 Inquisitio generalissima, secundum Panor.
- 18 Inquisitio specialis, secundum eundem.
- 19 Inquisitiones duntaxat seruunt ad preparandum: & nequa-



quam ad instruendum iudicium, ut scilicet quis aut conde-  
mnetur, aut absoluaturs illius  
virtute.

- 20 Iudex de iure obligatur dare  
parti inquisitionis copiam fa-  
cta ad instantiam partis prius  
quam reum ut respondeat, cogere  
re valeant, maxime ubi ex au-  
toritate facta fuerit inquisitio.
- 21 In inquisitione facta ex mero  
iudicij officio absque alicuius  
requisitione non traditur reo  
inquisitionis copia.
- 22 In Flandrie consilio, ac pra-  
xi, Procurator generalis nun-  
quam tradit parti inquisitio-  
nis, seu informationis preceden-  
tis copiam, quamquam id fieri  
soleat in alijs plerisque Flan-  
dria foris.
- 23 Iudex ac fiscus in multis Flan-  
drie Curijs obligantur dare  
parti testium nomina, ac co-  
gnomina, nec non totius inquisi-  
tionis copiam, si id accusatus po-  
stulerit.
- 24 Iudex & fiscus inquirunt dum  
taxat de crimine intra vigin-  
ti annos admissio: supra vero vi-  
ginti annos, nequaquam.
- 25 Inquisitio, siue officium iudicis  
inquirentis, tollitur viginti an-  
nis: quod quidem tenent docto-  
res contra gloss. contrarium as-  
ferentem.
- 26 L. Querela. C. ad legem Corne.  
de falsis, dumtaxat habet lo-  
cum in foro fori: secus in foro  
poli.



**I**NQUISITIO  
† (quam vulgò  
informatio-  
nem preceden-  
tem appella-

mus) ex iudicis & † officio  
& auctoritate, semper fiat  
necessum est. Nemo † enim  
nisi solus Iudex, aut Iudicis  
potestatem habens, de cri-  
mine efficaciter inquirere  
potest. Atque † ad debitam  
veramque inquisitionem mut-  
ta concurrunt necessaria.  
Principiò, ut inquisitor sit  
Iudex, competens ac pro-  
prius, potens de crimi-  
ne cognoscere: nempe ut is,  
de quo inquisitionem sit pro-  
ducturus, suo tribunali sub-  
iectus fuerit, aut certè ut cri-  
men illud ac delictum in di-  
tione iurisdictioneque sua  
commissum esse constet.  
Subditum † autem intelli-  
ge, vel originis vel delicti  
ratione, l. prima, & in au-  
thenti. qua in prouincia, &  
ubi de crimine agi oporteat.  
Aliàs inquisitio esset nulla, l.  
prima, & per totum titulum.  
C. si à non competenti iudi-  
ce. Ad hæc requiritur, † ut  
crimen sit magnum, inquisi-  
tione dignum: non enim  
inquirendum est, nisi de ma-  
ioribus criminibus, puta læ-  
sæ Maiestatis, Homicidij,  
Sodomix, Simonix, Adulte-  
rij, Periurij, Incestus, Ra-  
ptus

ptus, Furti, & huiusmodi, quorum capitibus sequentibus, (quantum materia subiecta postulet) abunde mentionem faciemus. De leuibus autem ac de dissimulandis criminibus nequaquam inquiritur. l. leuia. ff. de accusationibus. capit. inquisitionis, extra eodem titulo de accusationibus. Tertio, oportet <sup>11</sup> precedere famam verisimilem, aut iudicem de commissio aut perpetrato crimine indagando exciter, & inquisitionis occasionem præbeat. Non tenim potest ad inquisitionem procedi, nisi præcesserit publica fama, tanta quæ offendiculum populo præbeat, adeo vt absque periculo tolerari non possit, vt in cap. primo. cap. cum oporteat. cap. ad petitionem. cap. inquisitionis. & cap. qualiter & quando. ij. extra de accusat. Contra enim indiffamatos minime inquiri potest. Quarto, ne fama hæc, siue potius diffamatio præcedens fingatur à maleuolis, à maledicis, à criminosis, ab inimicis & <sup>10</sup> suspectis: sed potius ab honestis, præsentibus, veridicis, virisque fide dignissimis, neve semel duntaxat spatia audita fuerit: sed vt frequentis sermone, atque adeo in probatorum hominum ore, inerebuerit, præcitato cap. qua-

liter & quando. ij. cap. iudicet. ij. q. vij. capit. cum oporteat. eod. tit. de accusationibus. cap. in cunctis. & ibi gloss. in verbo, maledicorū. xj. quæst. ij. cap. licet Heli. versiculo, contra quos. de simonia. & l. miles. §. mulier. & ibi notatur. ff. ad legem Iuliam de adulteriis & stupro. Quinto, necessum est inquisitori certum esse, crimen commissum ac perpetratum esse, de quo inquisitione sit facturus. Contigit namque aliquando inquisitionem factam de homicidio, necdum perpetrato, nempe viro læso etiam nūm viuento, & informationem factam ex leui rumore vulgi de incendio domus, quæ tamen post integrā inueniebatur, & illa. <sup>12</sup> Sexto, debet inquisitio, seu informatio in decenti ac forma debita redigi: nam si in forma isthæc peccaret, inualida esset, nullius momenti, nulliusque roboris, vt in c. inquisitionis. & in e. qualiter & quando. ij. extra de accusationibus. facit l. j. si mens. falsum modum dixer. <sup>13</sup> si intelliges debitam, ac decentem formam, quoties substantialia informationis non omittuntur, vtpote per quem facta, quando, quo loco, cuius iussu, etates, iuramenta, nomina, cognō-



mina, qualitates, domicilia  
testium, & huiusmodi circum  
stantiæ. Neminem autem  
hic præterire volumus, In-  
quisitionem esse triplicem.

- 14 Prima, nempe generalis est  
simpliciter, & personarum, &  
delictorum respectu, utpote  
cum Præses, Iudex, aut Fiscus  
generaliter inquirat, an sint  
homines facinorosi: an sceler-  
a vsquam latenter suppullu-  
lent, aut commissa fuerint,  
de qua in insigni l. congruit.  
15 ff. de offic. præsid. vt t. prouin-  
cia facinorosis hominibus  
purgetur, vt in quiete per-  
maneat. Et in hac inquisi-  
tione generali minimè ne-  
cessaria est fama: sed eo casu  
proceditur generali apprehen-  
sione per cursoriam, le-  
uem, siue plebeiam quam-  
piam vicatim peruestigatio-  
nem. Altera specialis est sim-  
pliciter, idque personarum  
etiam ac delictorum ratione:  
vt cum de certo, finito, seu li-  
mitato delicto, contra cer-  
tum, & finitam seu limita-  
tam personam, Præses, t. Iu-  
dex, Prælati, vel Fiscus in-  
quirat: de qua in l. ea quidem,  
C. de accusatio. & vbi neces-  
sario desideratur fama, vel  
diffamatio præcedens, quem-  
admodum superius meminimus:  
aliò qui ipsa informatio  
esset nulla, parte scilicet  
refellente ac contradicente.

Tertia, Generalis simul &  
specialis, generalis vtique ad  
personas, ad delicta autem  
specialis: vt cum Præses in  
genere vel vniuersaliter in-  
quirat de iis qui Socratem  
occiderunt: vel contra, ge-  
neralis ad delicta, & ad per-  
sonas specialis: vt cum Po-  
testas, aut alius punitur ad  
Syndica: Attamen secundum  
D. Abbatem Panormitanum  
in præallegato c. qualiter, &  
quando. 2. numeris 11. 12. &  
13. extrà de accusat. Alia da-  
tur t. inquisitionis distinctio.  
17 Nam alia est Generalissima,  
qua inquiritur super statu ali-  
cuius Ciuitatis, Arcis, Castris  
vel loci. Alia dicitur specia-  
lis, t. qua inquiritur contra  
18 certam personam, siue ad im-  
ponendam pœnam, siue ad  
scelera extirpanda ex debito  
officij: hanc distinctionem pie  
lector precor ne ibi videre  
pigeat. Porro in inquisiti-  
onibus nec Præses, nec Iu-  
dex, nec Fiscus astringun-  
tur aliquas constitutas leges,  
aut ad solennitatem illam,  
quæ debet obseruari in in-  
quisitionibus seu in infor-  
mationibus ordinariis, quia  
non vocant partem aduer-  
sam, vt videat informationem  
fieri, aut vt videat testes iura-  
re, nec etiam tradunt huic ad-  
uersario nomina aut cognomi-  
na testium, vt his omni-  
bus

bus per exceptionem obueniat, cunctaque refellere poterit, idque secundum receptum usum, stylum, & consuetudinem. Cuius ratio est,

19 quod inquisitiones duntaxat seruiunt ad præparandum, & nequaquam ad instruendum iudicium, ac ut illicius virtute quis condemnetur aut absoluat: quorsum tamē seruiunt & spectant inquisitiones seu informationes ordinariæ. Tametsi autem in inquisitionibus per Iudicem aut Fiscum, aut quæpiam ex ipsorum mandato peragendis, nec ante nec post litis contestationem vocanda fuerit pars, ad videndam informationis deductionē vel ad audienda testium iuramentā:

20 de iure ramen, & † Iudex & Fiscus obligatur dare parti inquisitionis copiam, priusquam partem reā cogere possint, ad respondendum, potissimum si fuisset facta inquisitio ex autoritate, voto, & mandato ad instantiam seu requestam partis, teste Angelo summi iudicij viro, in l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. vers. quinto not. in vers. Item fals.

21 lit. Sin autem facta † ea fuerit ex mero iudicis officio absque alicuius requisitione, nō debet reo de iure tradi informationis copia. Ita D. Angel. in d. l. si vacantia. In † pra-

xi autem seu consilio Flan-  
driæ, Procurator generalis nunquam dat parti inquisitionis seu informationis præcedentis copiam: licet id fieri videamus in multis aliis Flan-  
23 driæ † Curiis: ubi obligantur accusato aut denunciato etiā dare testium nomina ac cognomina, necnon totius inquisitionis seu informationis copiam, si quando id potest. † Postremò sciendum est, quod Iudex, Fiscus, aut similis debet tantum inquirere de criminibus intra viginti annos admissis, computando ab ipso die commissi criminis: supra verò viginti annos nequaquam. l. querela. C. ad l. Corn. de fals. quam legem inquirunt notabilem, & singulare magnus ille Bart. necnon Bald. & Ange. ibidē, quos Jurisperiti pro numinibus colunt: quam legem & ego censeo semper præsentem memoria tenendam, ac quasi ad vnguem, pro amici liberatione perpetuò habendam, c. cum venerabilis, ext. de except. glof. in c. j. in verbo, Per sententiam, ext. eod. tit. de except. Itaque † inquisitio siue officium iudicis inquirentis tollitur viginti annis, d. cap. qualiter & quando. 2. Barto. Angel. Salic. & communiter doctoribus testibus, ita fixo pede tenentibus in d. l. que-



rela. qui glossæ opinionem contrarium sustinentis, ex-  
 26 presim reprobat. Quæ qui  
 dem I. querela duntaxat ha-  
 bet locum in foro fori: secus  
 in foro poli, conscientie, siue  
 animæ. Panor. in c. cum ha-  
 beret, ext. de eo qui dux. in  
 mati. quam pollu. per adul-  
 ter. per ca. cum tanto. ext. de  
 consuetud. & in d. c. cum ha-  
 beret. notabiliter distinguit  
 Panor. quem omnino in iij.  
 notabili videndum non dis-  
 suaferim. Aliarum tamen li-  
 mitationum ad d. l. querela.  
 abundè meminit præclarus  
 I. V. Doctor D. Ioannes Fran-  
 ciscus Balbus in suo peruti-  
 li, & subuili tractatu Præscri-  
 ptionum. §. secundo quero.  
 ad quem, prolixitatis euitan-  
 dæ causa, lectorem, casu oc-  
 currente, remitto.

De diffamationibus præ-  
 cedentibus per fa-  
 mam spar-  
 sis.

CAP. IX.

S. V. M. M. A. E.

- 1 Index aut fiscus habens dunta-  
 xat famam pro inquisitione fa-  
 cienda, ad que obligatur.
- 2 Fama que originem sumpsit ex  
 ebriosis, leui plebecula, inimici,  
 aduersarijs, maleuolis, ad alicu-  
 ius diffamationem est inualida.  
 & nu. 3. 4. & 5.

- 6 Fama recens orta, aut quis post  
 capturam demum exoriri ce-  
 pit, ipsum reum non diffamat.
- 7 Fama sola nullis alijs iudicijs  
 fulta nihil efficit.
- 8 Fama unico teste non suspecto  
 de casu factoq; ipso loquente, suf-  
 ficit ad inquisitione ineundam,  
 ad capturam, ad arrestam, de-  
 nique ad torturæ etiam subin-  
 de supplicium.
- 9 Diffamati omnis inquisitione  
 digna, nasci debet ex viris pro-  
 bis, & c.
- 10 Fama autores sunt nominandi.
- 11 Opiniones circa numerum pro-  
 borum virorum, ad probandam  
 iustam diffamiam.
- 12 Aequa & nequaquam irra-  
 tionabilis opinio.
- 13 Ad fame probationem duos  
 testes haud suspectos sufficere  
 (etiam autoritate enangelica)  
 aiunt.
- 14 Fama qualiter probetur re-  
 misuè.



**S** Ficus pro in-  
 quisiione sua  
 producenda,  
 nihil habuerit  
 explorati, nihilque certi no-  
 uerit, quàm quæ qualicumq;  
 fama aliquando percepisset,  
 longè profectò ab omni equi-  
 tatis tramite deuiaret, si hu-  
 iusmodi rumusculi (plerumque  
 falsi) fama fretus, inquisitio-  
 nem suam tentare præsume-  
 ret. Necessè tenim est ipsum,  
 anteq

antequam. cā inquisitionem  
 aggrediatur, ritē atque per  
 omnia edoctum, benēque de  
 isthac fama informatum ef-  
 se, & exactē cognoscere, cu-  
 lusnam ex ore primò prodie-  
 rit, qua occasione exorta: Nū-  
 2 t ex ebriosis, aliāre leuit̄ ple-  
 3 beculā surrexerit: nū ex t̄ ini-  
 4 micis: ex aduersariis t̄ male-  
 5 uolis: quādoquidem hęc t̄ o-  
 mnia ad alicuius diffamatio-  
 nē (cuius gratia fieret inqui-  
 sitio) suūt inualida, sicuti ca-  
 pite etiam præcedenti non-  
 nihil meminimus. Similiter  
 6 fama t̄ nunc recens orta, aut  
 quæ post capturam demum  
 exoriri cœpit, nulla est, neq;  
 ipsum reum diffamat, potif-  
 simum in formatione celebra-  
 ri cœpra. Bar. in l. maritus. in  
 frontispicio, & in l. de mino-  
 re. §. tormenta. in versi. quæ-  
 ro ex quo tempore & c. ff. de  
 quæstione. & Bal. & Imol. in  
 l. is notest. ff. de acquirē. pos-  
 7 sit. inueni in nihil t̄ efficit fama  
 sola, nullis aliis apertis indi-  
 ciis fulta, glossa celebri in  
 verbo, Illorum. & Doctori-  
 bus testibus in cap. veniens. j.  
 extra de testibus. Porrò fa-  
 8 ma, t̄ vnico teste, nulla suspi-  
 cionis causa refellendo, de  
 casu factōque ipso loquente,  
 sufficit ad inquisitionem in-  
 eundam, ad capturam, ad ar-  
 12 restā: Deniq; ad torturæ etiā  
 subinde supplicij. Debet igi-  
 tur omnis diffamatio inqui-  
 sitione digna nasci ex viris  
 probis, constantibus, morum  
 grauitate fidēdis, nullo vitio  
 nullāve alia circumstantia su-  
 spectis. c. qualiter & quando.  
 ij. c. cū oporteat, extrā de ac-  
 cusat. c. iudicet. iij. q. vij. c. in  
 cunctis, & ibi glos. in verbo,  
 Maledicorum, xj. q. iij. quam  
 ob rem famæ t̄ autores seu  
 actores nominare oportet,  
 quò sciatur, quæ persone sint,  
 & an possint reprobari. l. si  
 quis decurio. C. de falsis, & in  
 Authentica, hodie. C. de repu-  
 diis. De istorū autem nume-  
 11 ro, ad t̄ probandā iustam dif-  
 famiā, non satis conuenit in-  
 ter iuris peritos. Sūt enim qui  
 huiusmodi famam vel diffam-  
 miam constare velint decem  
 bonorū proborūmq; virorū  
 testimonio, vno eodemq; ore  
 loquentium, cuius meminit  
 (licet reprobauit, & meritò)  
 amicus veritatis Bart. in d. l.  
 de minore, §. tormenta. ff. de  
 quæstioni. Alij reorum saluti  
 addictiores contendunt non  
 nisi vigintiquinque aut mini-  
 mum viginti bonorum virorū  
 testimonia rerum posse  
 diffamare. Nonnullis placet  
 famam fieri validam maiori  
 testium alicuius vicinæ nu-  
 mero, vbi res contigisse nar-  
 12 ratur. Aliis t̄ verò (quod mi-  
 hi quoq; probatur maximè)  
 nullus certus proborum vi-  
 ror



rorum de diffamia stabiliēda constituitur numerus, neque hūc etiā iura prescribunt, sed ludicis prudentiæ hoc planē  
 13 cōmittitur. Sunt† deniq; qui dicant (etiā auctoritate euan-  
 gelica) ad famæ probationē duos testes haud suspectos sufficere, quatenus ipsorum testimonia apparenti rationi consentiant, vt simul edicant suę notitię causam, à quibus sua ista testata didicerint: atque vt hīc nōminent viros probos & honestos. c. in omni. & c. licet vniuersis. ext. de testi-  
 14 bus. Qualiter † autem fama probetur, atque per quot testes, lubebit videre per glo. & doctores in admodum trita l. iij. §. eiusdem. ff. de testibus. 2  
 Cætera quippe, quæ pertinet ad huius materiæ ampliorē enodationem, breuitatis studio, prætereo. Sed plura de siderantem ac expectantem remitto ad dominos, Bart. in præcitata l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus. & ibi Dy. & Cyn. Abb. & Feli. in c. veniēs primo, iuncta ibidem glo. singulari ac celebri, in verbo, Illorum, ext. de testibus. Amedeum Iustinum de Castello in suo insigni tractatu Syndicatus, atque ad quosuis etiam istorum posteros, quorum opiniones, dogmata, & interpretationes in hac materia, & nostra æta-

te omnes passim sequētes, cōstanter laudant & asserunt.

De diffamationibus per indicia, suspiciones, coniecturas, aut præsumptiones, disparfis.

C A P. X.

S V M M A E.

- 1 *Iudex aut Fiscus, si pro inquisitione sua producenda præter coniecturas, præsumptiones, indicia aut suspiciones, habuerit nihil, obligatur seipsum de illis informare.*
- 2 *Indicia quæ sunt.*
- 3 *Indicia ex quibus oriuntur.*
- 4 *Male conuersationis descriptio.*
- 5 *Ex mala, cūque malis conuersatione, ipse etiam bonus, malus efficitur.*
- 6 *Qualis quisque est, tali socio delectabitur.*
- 7 *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.*
- 8 *Ex locorum varietate, varia coniectura ducitur indicium, seu præsumptio.*
- 9 *Fuga haud dubiè non mediocrem suspicionem ac indicium parit.*
- 10 *Iudex quæ indagare obligatur.*
- 11 *De vnoquoque bonum vel malum*

- lum præsumimus, consideratis prima etatis sua moribus.
- 12 Ex gestis præterita vita præsentia metimur.
- 13 Ex dictis hominum facta pensamus.
- 14 Indicia testibus nequaquam suspectis consistere debent.
- 15 Unus testis integer & sufficiens, omni que exceptione maior ex visu deponens, aliãque sufficientem scientiã causam reddens, indicium sufficiens ad capiendum, inquirendum & tormentis subdendum, efficit.
- 16 Super iudiciis, aut ex præsumptionibus, siue mandicatis suffragiis, nemo venit criminaliter condemnandus.
- 17 Indicia vel præsumptiones in criminalibus debent esse luce clariores.
- 18 In causis criminalibus perspicacius consilium est adhibendum, quia ibidem maius periculum vertitur.
- 19 Confessio extraiudicialis vnico testis & causam scientiã reddente, ad inquirendum ac procedendum sufficit.
- 20 Nunc vnico teste probate, ali quando ad inquirendum ac procedendum suffiunt.



**L**SI præsentis capitis materia eadem opera potuisset expediri & tractari in capite proximè præcedenti, ubi

actum est de diffamationibus præcedentibus per famam sparsis; tamè ne nimia eiusdè capitis longitudo cuiquã fuisset offendiculo; deinde quoclarior aut enucleatius (præsertim ingeniis tardiusculis) explicetur, hoc loco penè eandem materiam statui latius rudiùsque rursus Deo Opt. Max. auxiliante explanaturus, discutere. † Si igitur lured, aut Fiscus, pro inquisitione sua producenda, præter coniecturas quasdam, præsumptiones, indicia aut suspiciones, habuerit nihil, obligatur profectò principio seipsum de illis informare. † Indicia enim sunt media intellectuãlia veritatis eliciendæ, ex aliqua circumstantia singulari exurgètia. l. indicia certa. C. de rei vendicatione. cap. inter quatuor, iuncta glossa in verbo, per argumenta, extra de clerico peregrinante, & cap. cum causam, in fine, de probationibus. Oriuntur autem istiusmodi indicia nonnunquam ex communi publicaque voce & fama: aut ex moribus & modo viuendi ipsius diffamati, nempe ex mala conuersatione, ob quam non temere isthæc indicia oriri cernimus. Mala enim conuersatio est malorum operum, & animi internis sceleribus infecti probabile argumen



- gumentum, aut (vt alijs placet) est malæ operationis & conscientiæ deprauatæ iudicium. l. si plures. §. assidue. ff. de administratio. tutorum.
- 5 Et ex mala, cùmque malis conuersatione, ipse etiam bonus malus vel vitiosus efficitur. l. ædiles. §. Pedius. ibi, aleator fortè &c. ff. de ædile. edic. Huic seruit illud magni nominis Philosophi dictum,
- 6 Qualis † quisque est, tali socio delectabitur. Cui consonat & illud Psalmistæ: Cum † sancto sanctus eris, & cum peruerso peruertèris. Interdum indicia colliguntur ex loco, in quo quis conuersatur, aut aliquãdo versatus est,
- 8 quia ex locorum varietate, varia similiter coniectura ducitur indicium, seu præsumptio. l. finali. C. si mancip. ita fuer. alienat. & l. aut facta. §. euenit. ff. de pœnis. Quandoque † verò ex fuga. fuga enim haud dubiè non mediocrem suspicionem ac indicium parit. Dynus in l. diuus. ff. de custod. reo. Vtrum verò fuga, & quando suspicionem generet, aut indicium, vel semiplenam probationem, refert vir ille summi nominis Bartolus in l. lege. ff. de Syl. necnon D. Cataldinus de Boncompagnis de Viso, iuris vtriusque Doctor celeberrimus in suo tractatu Syndi-
- catus, numero 74. qui plura huius rei ibidem ad plenum congestit, quæ, ne sim æquo prolixior, transeunda putauit. Poterit præterea Iudex indicia efficacissima elicere ex hominis constantia, vel ex vocis aut membrorum trepidatione tremula, vel pallore. Iuxta illud.
- Hæc quàm difficile est, crimen non prodere vultu?*
- l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestionibus. Ideoque & hæc indicia Iudici fuerint obseruanda, per quæ sapenunero emergit & elucescit veritas. d. §. tormenta. Iudex etiam † indagare obligatur cuius primò vitæ fuerit, & animalia, aut similia, de quibus impræsentiarum inculpatur, facere consueuerit. Nam de vnoquoque † bonum, vel malum præsumimus, consideratis primæ ætatis suæ moribus. l. desertorem. §. is qui. 2. ibi, inspecto vitæ eius præcedenti actu. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. l. tutor quoque. §. queri potest. ff. de suspect. tur. Ex † gestis enim præteritæ vitæ præsentia metimur. l. pen. §. si. C. de agen. in reb. lib. xij. Item an fuerit occiso seu interfecto minatus: quoniam erit probabile indicium, quod ipse re adimpleuerit, quicquid verbis
- 13 profudit: cū ex † dictis hominum

- num facta pensamus, l. vnica. C. si quis Imper. maled. l. Labeo. ff. de supel. leg. l. itē apud Labeonem. §. adiicitur. ff. de iniur. Præterea cōsiderādum est, an sit talis, qui consueverit, taliāque viribus conficere potuerit, l. famosi, ibi, an potuerit facere: & an ante quid simile fecerit, & c. ff. ad l. tul.
- 14 maiest. Et hæc† indicia testibus nequaquam suspectis cōstare debent. Vnus testis inter
- 15 ger & sufficiens, † omnique exceptione maior, ex visu deponēs, aliāmq; sufficiētē sciētix causam reddens, indicium sufficiens ad capiendū, inquirendum, & ad tormētis subdendum efficit, l. si quis. C. ad l. tul. maiest. & ibi not. gl. & Doct. & Sal. in l. si. C. de quæstionib. sed insufficiēs ad condemnandū: Quod† super in
- 16 diciis, aut ex præsumptionibus, siue medicatis suffragiis nemo venit criminaliter condemnare. ff. de pœn. l. j. in fi. ff. de quæst. l. singuli. C. de accusa. atq; D. Bar. in l. fin. eod. tit. quantumque
- 17 etiam fortia sint: † quia in criminalibus, indicia vel probationes debent esse luce clariores, vultatissima l. sciant cuncti. C. de probationib. vbi Imperatores Grat. Valent. & Theodo. inquirunt, ac statuūt in hæc verba: Sciant cūcti accusatores eam se rem deferre
- debere in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel iudiciis ad probationem indubitatis, & luce clariores expedita. Huic legi subscribunt Pontificij canones cap. sciant cuncti. ij. quæst. viij. vbi eam legem verbo tenus habemus canonizatam, & cap. epiphanius. v. q. vj. Idem dicitur in l. qui sententiam. C. de pœn. ac dicta l. singuli. Quod eā
- 18 † ratione videtur procedere, quia in causis criminalibus perspicacius est consiliū adhibendum: ibi enim maius periculum & detrimentū vertitur & contingit, argumento l. addictos. C. de appellat. & l. j. §. j. ff. de ventre inspic. cum sine numero haud dissimilibus iuribus. † Confessionem rei extraiudicialē, vnico teste sufficiētē & causam sciētix reddente munit ad inquirendū, ac procedendū, siue torturæ subiiciendum sufficere aiunt. l. capite v. ff. de adulte. & ibi gloss. in verbo, Accusatori, quā scribētes ad hoc notabile ac singularē astruunt: Adde quod no. Pau. in cap. de hoc. num. 7. in verbo, cōfessi, ext. de simonia, & in c. quā sit graue. nume. 2. ext. de excessib. prælat. Bart. in l. quoniam. ff. de his qui not. infra. Bald. in l. iētus fustium, eod. tit.



tit. Ang. in l. j. ff. de confessis, cum infinitis locis similibus.

20 † Quemadmodum etiā minæ vnico teste probatæ, maximè quum minator consueuerit suas minas mādare executioni. Et ex multis aliis poterit curiosus ludex indicia sumere ad firmandam & informandam conscientiā, proquirenda ac eruenda veritate delicti, vt inquit Bar. in suo tractatu de quæstionib. in Rub. Quæro aliqua indicia, &c. Circa ergo materiā, quomodo sumantur indicia, & qualibus sit opus indicii, quæ ludicem ad inquisitionem, & etiam torturā meritò extimulent, meminerit pius lector hic nihil certi posse cōstitui: sed pleraque ex prudentis ludicis arbitrio dependere: idēoque exactam de ipsa doctrinam dari non posse. Quod perpulchrè etiam adstruit D. Abbas in c. cum in contemplatione. in j. colum. in versu. & quæ iudicia sufficiant, &c. ext. de reg. iur. Sensit idē hoc variis in locis subtilissimus Bald. in l. j. in principio vltimæ col. C. commu. de leg. & in l. seruos. C. de testib. atque expressè in l. j. C. quorum appella. & D. Angelus Aret. in suo libello vtilissimo maleficiorum, in gloss. fama publica præcedente, in v. col. in versu. quæro, an vnū

indiciū. Ad quos consulendos (caussa vrgente) conuolare ne grauemini.

## De notorio.

## CAPVT XI.

## S V M M A E.

- 1 Notorium quotuplex sit.
- 2 Notorium facti quid sit.
- 3 Aliter, facti reus sit iudici notoria.
- 4 Populi testimonium, quomodo intelligitur.
- 5 Decem faciunt plebem siue turbam.
- 6 Palam ac publicè quomodo intelligitur.
- 7 Quando crimen efficitur notorium, variae opiniones.
- 8 Vbiunque nō est expressum aliquid à iure, iudicis arbitrio indubiè relinquitur.
- 9 Notorium facti actu transeuntis, quid sit?
- 10 Notoriū facti interrupti quid sit?
- 11 Notorium facti actu permanentis, quid sit?
- 12 Notorium Iuris, quid sit?
- 13 Vel iure crimen sit notorium.
- 14 Contra notorium iuris subinde admittitur probatio in contrarium.
- 15 Notoriū presumptionis quid sit?
- 16 Filius is est, quem nuptiæ demonstrant.
- 17 In reb<sup>9</sup> iudici certā notione per spectis, nullus legum ordo, nulla

recepta procedendi forma ser. 3  
uanda est.

17 In notoriis criminibus, coram  
Iudice commissis, Iudex rei om-  
nis necessaria defectum so-  
lus adimplet.

18 Crimine in iudicis conspectu pro  
tribunali sedentis admissio, licet  
iudici contra reum summam  
procedere sine forma ac iudicij  
strepitu.

19 Crimina manifesta iudiciariū  
ordinem non requirunt, ocul. 6  
ta verò maximè.



MINIMA no-  
stri erat insti-  
tuti, quamli-  
bet hic noto-  
rij materiā fu

7  
sus prolixiusq; discernere at-  
que excutere (cū id citra in-  
gentē fructum laboris penē  
fuerit immensi) quare id dun-  
taxat, quod nostro scopo ser-  
uire videbatur, clarius aperi-  
re statuimus. Est † igitur hic  
le notorium triplex: Noto-  
rium iuris, Notorium iuris, No-  
torium facti † est, quod sese  
apertè plurimorū oculis ex-  
hibet. rāmque est euidens, vt  
probabiliter negari nequeat,  
vt nulla causatione, nulla ter-  
giuerfatione celari possit, l.  
sed & si pupillus. §. proscri-  
bere, ff. de instito. actione, l.  
palam. ff. de ritu nup. l. palā,  
ff. de verbo. signific. & l. quod  
maior, ff. ad muni. Vel aliter:

† Facto res sit iudici notoria,  
quoties delictum palām, pu-  
blicè, frequentique populo  
teste cōmittitur: aded vt ma-  
lesicus inficiari admissa ne-  
quiuerit. Populi † autem hic

4  
testimonium intellige, quan-  
do decem, aut plures perpe-  
trato crimini adfuerit. † Nā  
decem faciunt plebem siue  
turbam, c. vnio. x. q. ij. iūcta  
gl. fin. c. presbyter si à plebe,  
ij. q. iiii. Palām verò † ac pu-  
blicè committi intelliges,  
quādo in plateis, in templis,  
in foris, in ipsis senatorum  
consessibus, aliisve locis pu-  
blicis res commissa fuerit.

Quando autem † crimen effi-  
ciatur notorium, varij varia  
meminerunt. Sunt qui velin-  
tum crimen effici notorium,  
quādo nullus inficiationi lo-  
cus penitus existit; vt pote cu-  
ius vniuersæ vicinij populus  
testis est, c. cū dilectis filiis,  
§. præsertim, extrā, de purg.  
canoni. c. scelus. ij. q. j. Alij cō-  
tendunt sufficere, si id apud  
maiorē partem istius vici-  
niæ, vt certum & notum ver-  
setur, d. l. quod maior. ff. ad  
munici. & d. c. cū dilectis fi-  
liis. Postremò sunt, qui id o-  
mne iudicis arbitrio relin-  
quendum constanter affir-  
ment: quanto scilicet homi-  
num numero quid fiat noto-  
rium: quòd nō sit hoc ipsum  
expressè in iure diffinitum



ac terminatum: tunc enim omnia iudicis arbitrio statuenda esse certissimum est, c. de causis. ext. de offic. delegat. Nam ubique non est expressum aliquid à iure, iudicis arbitrio relinqui indubitatum est, d. c. de causis, & l. j. ff. de iure delib. Quorum sententiæ ac opinioni ad stipulari nec ipse vereor. intellige tamen quando interdiu, nequaquam de nocte id delictum committitur, ita ut clare conspici possit, argumento c. consuluit, in fine, extrà, de offic. delegat. l. testium. §. tu magis scire potes, ff. de testib. & l. aut facta. §. tempus, ff. de pœnis. Cæterum hic animaduertendum velim, notorium † facti tres præterea habere species. Nam aliud dicitur notorium facti actu transeuntis, ut hoc, quod semel notorium factum est, ita ut non possit tergiuersatione aliqua celari, nec ullam habeat sui actus reiterationem, ut est homicidium publicè commissum, quod reiterationem non recipit: quale fuit Christi seruatoris nostri, c. semel Christus mortuus est. de consecra. distinct. ij. c. aut facta, de pœnitent. distinct. j. & c. pernoit, extrà, de testib. cogend. Aliud 20 est † notorium facti interrupti, hoc est, quando ita pu-

blicè sit, ut non possit celari per tergiuersationem, sed sæpius reiteratur, non tamen continuè: tale est crimen vsurarij manifesti, qui habet mensam paratam ad mutuandum & publicè tenet, non tamè facit continuè mutuum, sed frequenter hoc reiterat: c. cum tu manifestos, ext. de vsur. & c. vsurarum voraginem. eodem tit. lib. vj. vbi de hoc. Et in hoc notorio semiplena probatio requiritur, ut in c. cum in dicere, extrà, de vsuris. † Aliud est notorium facti actu permanentis, quod ita sit publicè, ut celari non possit, & habet in se facti continuationem: ut esse videtur in illo, qui continuè in carcere continetur, de hoc in c. cum dilectis filiis, extrà, de appellat. Porro quoduis notorium facti, aliquando notorium est, & manifestum Iudici, sed incognitum alijs. Cõtrà, aliquando cognitum alijs, sed occultum Iudici. Denique aliquando notorium & Iudici, & alijs, c. de manifesta. ij. q. j. quorum omnium ac singulorum meminuit D. Ioan. Milleus, in sua praxi criminis persequendi, in tractatu, de notorio: ad quem plura sciscitari desiderantem (ut compendio studeamus) remittimus. Hactenus de notorio facti, Nunquid de not

- 12 de notorio iuris. † Notorium iuris est id crimen, de quo quis condēnatus est, vel quod in iudicio quis confessus est, c. euidētia, ext. de accusat. l. ingenuum, ff. de stat. hom. l. res iudicata, ff. de reg. iur. dūmodo certē hīc in iudicio cōfessus perseveret in sua confessione facta, sine tormentorum formidine, post diem & noctem: aliter enim non foret iure notoria talis confessio, l. j. §. quæstioni, ff. de
- 13 quæstio. Aut sic: iure † crimē notorium fit iudici, quando cūque maleficus id libet in præsentia iudicis pro tribunali sedentis, & debitum sui officij exequentis, fatetur, liber (inquam) omni metu, cōpedibus, vinculis, & quibuscūque tormentorum generibus: vel quoties iudici delictum cōstat inquisitione præuia, legitimo testimonio, alijsve similibus argumentis efficacibus: ita vt hinc possit 16 sequi condemnatio, l. fin. C. de probat. l. gesta, C. de re iudica. † Nihilominus contra notorium iuris admittitur subinde probatio in contrarium, veluti si tale notorium negetur, aut in dubium reuocetur: quibus modis quis appellans audiri debet, & admitti, c. Romana eccles. §. si autem. de appell. l. vj. Tertiò, restat de notorio præsum-
- 15 ptionis pauca differere. † Notoriū præsumptionis, est euidētia iuris vehementis præsumpta. Præsumptionibus nanq; iudex ad criminis noticiam peruenit, quando iudicia ipsa, vel cuiusquam hominis mores tales sunt, vt nō temerē iustitiæ præbeāt apertam & penē certam de criminis veritate censuram. Veluti quum maleficus familiā alit cum alterius vxore: iura hinc eliciunt, & veluti certissimū ducunt, ipsum ita mœchantem in adulterio viuere. Rursum quando vsurarius scēnoris gratia publicam mensam exponit: colligūt iura, & certissimum habent, hunc scēnerare. Tertiò, quando maritus & vxor puerum aliquem nominant filium: tunc est præsumptio iuris, puerum illum esse ipsorū filium: c. per tuas, ext. de probat. & c. transmissæ, ext. Qui filij sint legit. quia filius † is est, quem nuptiæ demonstrant, l. quia semper, ff. de in ius vocan. & l. filium, ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. atque item in simili. Nunc verò in notoriis ac manifestis huiusmodi criminibus noueritis, quod sufficiat de istius notitiæ, seu vulgò (si ita fari liceat) notorietatis certitudine inquisitio. Quæ quidem notoria ac manifesta notitia haud



parum efficax est in inquisitionibus, tātūmq; habet momenti, vt in apertis, ad formā predictā, criminibus iudex procedere possit, absq; vllius accusatione vel delatione, sine traditione pro reo exēplaris copia indiciorū, sine consueto articulorū libello: denique absq; vlla cōclusionis peroratione, Atq; huiuscemodi processus neutiquam sunt improbandi: neq; vt nihili, parūque efficaces refellendi quasi ob non adhibitas debitas, necessariasque iusticiæ solennitates. † Quādoquidē in rebus Iudici certa notione, siue notorietate perspectis, nullus legum ordo, nulla recepta procedendi forma seruanda fuerit. In notorijs enim his criminibus coram iudice in loco iudiciali sedente commissis, Iudex ipse rei omnis necessariæ defectū solus adimplet, Crimine verò in Iudicis † conspectu pro tribunali sedentis, ac debitum sui officij exequentis, & præsentia decem vel duodecim admisso, licet Iudici contra reum summam procedere, sine vlla processuum forma, ac iudicij strepitu, c. vestra. & c. tua nos. ext. de cōhabit. cleri. & mulier. Nam crimina † quæ manifesta sunt, iudicarium ordinem non requirunt: occulta verò maximè. c. prohi-

betur. §. si. ij. q. j. Verū enim verò, si crimen perpetratum fuerit præsentē, testēq; Iudice extra tribunal seu locū senatorium, non pro tribunali sedente, foris vsq; iam, procedendum fuerit Iudici per inquisitionem, atque processus legitimo ritu instituendus. Quod scilicet crimen tali loco commissum, nō fuerit ipsi notorium seu cognitum tanquam Iudici, sed veluti priuato. Itaq; eo casu omnis ordo iudiciarius est necessarius. l. j. & authē. Offeratur. C. de litis, contesta. c. cum tu. ext. de vsur. c. cum de tua. extra de corp. vitia. ordinan. & c. si sacerdos. ext. de offic. ordina.

## De commissionibus Criminalibus,

C A P. XII.

S V M M A E.

- 1 In crimine capitali iudicij officium.
- 2 In materia criminis, nulli licitū est citatione vel captura rei, nisi informatione præuia.
- 3 In cancellaria Brabantie, quales nunquam commissiones criminales admittantur.



NOTIES crimen ipsum aliquo superiorū modorū innotuit Iudici, mā datis reū, siue criminis rumu  
scul

seculo infamē citari, & Sena-  
 tui sistēdum accersiri. † In cri-  
 mine autem capitali iubet lu-  
 dex reum apprehēdi, ipsiusq;  
 bona cuncta fideliter conscri-  
 bi seu annotari. Absq; huius  
 enim decreto seu autoritate,  
 nulli vnquam fas esse potest  
 in re criminaria quemuis aut  
 citare, aut apprehensione cō-  
 stringere: sicuti spectabilis  
 egregiusq; Iurū Doct. D. Bar-  
 thol. Chassaneus in consuetu-  
 dines Ducatus Burgundiae, ti-  
 tulo, *Des Iustices & droictz  
 dicelles*. §. vj. fol. 65. ad finē nu-  
 meri 9. commemorat. Test. est  
 & ibi Bart. in l. neminem. C.  
 de exhib. reis. quapropter su-  
 per hac re in Flandriae necnō  
 in magno Mechliniensi con-  
 siliis, consuetudinis est elargi-  
 ri cōmissiones (quas vocant)  
 criminales. In Curia verō  
 Feudorū, ceterisq; tribunali-  
 bus, satellites, & quotquot  
 huiusmodi officij, absq; vl-  
 lo largiori mādato, sola offi-  
 cij autoritate, hanc apprehen-  
 sionem sibi vsurpant, quorū  
 nonnulli sunt generales, qui-  
 bus huiusmodi apprehensio-  
 nis cura à superioribus suis,  
 vna cum officio cōmititur,  
 māturationis scilicet gratia,  
 quam isthac captiva interdū  
 deposcit. Multifariam igitur  
 cōmissiones criminales in-  
 remoratis cōsiliis super li-  
 bellis supplicatoriis (vulgō re-

questis) expediūtur. Aliās ad  
 solā postulationem & re-  
 quisitionē partis; vti placuit  
 Aret. in c. j. de iudic. licet. de  
 accus. l. ad pēremptorium. ff.  
 de iudic. Necnon Bart. in l. si  
 finita. §. Iulianus. ff. de dam-  
 infect. in l. consentaneum. &  
 in auth. qui semel. C. quomo-  
 & quan. iud. Rursum ad solā  
 quāstionem seu petitionem  
 ipsius procuratoris: Postre-  
 mō ad vtriusquē & partis &  
 procuratoris quāstionem si-  
 mul. Sunt harū prāterea non  
 nullae cōmissiones, quae ad  
 iam iam habitam informa-  
 tionem expediuntur. Aliae ad  
 informationem mox produ-  
 cendā. Sed hanc peragi oportet,  
 priusquam vel ad citatio-  
 nem, vel ad apprehensionem  
 procedatur: quandoquidem  
 in materia criminis nulli li-  
 citum est citationē vel captū  
 ra vti, nisi informationē prae-  
 uia. Atque in omni cōmissio-  
 ne eius rei de qua produ-  
 cenda foret inquisitio, neces-  
 sum est per libellum articu-  
 latim singula enarrari crimi-  
 na: quod non requirit res, cuius  
 informatio ante habitā  
 est. Sed hic sufficit dicere (in-  
 formatione visa & c.) absque  
 vlla criminaliū articulorum  
 enarratione. In † Cācellaria  
 autem Brabantiae nonnun-  
 quam admittuntur cōmissio-  
 nes criminales sine vlla



- persona efflagitante, sine nar-  
 ratione criminum, sine aper-  
 ta rerum caussa: nempe pe-  
 culiari ratione hoc suadente:  
 aut certè ex absoluta volun-  
 tate & autoritate Principis,  
 cuius vnus potestatis est hoc  
 efficere, & non cuiuspiam al-  
 terius è suo consilio. Quories  
 item crimen punitione cor-  
 porali dignum est, aut certè  
 tale, vt citatus caussa suæ de-  
 fensionem per procuratorem  
 tutari nequeat, tradit tum  
 Consiliū ipsam corporalē  
 citationē, modò istiusmodi  
 præmissa apertè cōstitierint.

## De Citatione.

## CAP. XIII.

## SVMMAE.

- 1 Citatio diuini naturalis canoni-  
 ci & ciuili iuris est.
- 2 Citatio est de substantia iudiciū  
 criminalis.
- 3 Citatio rei criminariæ fieri de-  
 bet in personam diffamati, modò  
 inueniri possit.
- 4 Citatio fit ad domum, quam ci-  
 tationis tēpore inhabitat, si per-  
 sonaliter reperiri nequit.
- 5 Domus quomodo hīc accipia-  
 tur?
- 6 Reus si domibus careat fugam  
 que dederit, quo pacto citandus?
- 7 Executori semper incumbit, vt  
 citatio in sinuatio innotescat.
- 8 Reo citato competens commo-  
 dumque comparationi tempus  
 à Iudice elargiendum.

9 Executori fides fit de continis-  
 sione peracta.

10 Nonnunquam Iudicis est, vtri-  
 libet credere, aut executori, aut  
 diffamato.

11 Consiliū hāud aspernādum pro  
 executoribus, quo cauillationem  
 & periculum effugiant.

12 Executor in negotio criminali,  
 reo expletorū copiam nō tradit.

13 Executor in negotio ciuili, reo  
 expletorum copiam ex vsu ac  
 stylo tradere obligatur.



**CITARE**, di-  
 uino, † natura-  
 li, canonico,  
 atq; ciuili iu-  
 re, iam olim

à multis seculis introductum  
 esse constat, vt Genes. 3. vbi le-  
 gimus, Dominum Deū, prius  
 quā Adam de peccato inobe-  
 diētiae puniret, ipsum ad sese  
 vocasse, Adam vbi es? Atque  
 ipse audiuisse admisi crimi-  
 nis expurgationem. Huic  
 seruit cap. Deu. cap. 17.  
 ij. q. j. vbi inquit, Deū noluit  
 se prius punire Sodomorum  
 enormia mala, quā inuestiga-  
 tione ac fidelibus testibus fa-  
 ctus certior, iporum opera  
 aperto iudicio cōprobasset:  
 Clem. Pastoralis. cū ibidem  
 not. de senten. & re iudica. &  
 in extrauaganti, Rem nō no-  
 uam agredimur, iuncta ibi  
 glossa, de dolo & cōtuma. in  
 extrauagantibus communis.  
 c. cū olim, extrā de testib.  
 tritisi

tritisima l. de vnoquoq. ff. de re iudica. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. tres denuncia-  
 tiones. C. quomodo & quan. iud. l. si quando. C. de testib. cum sine numero similib. iu-  
 rib. † Citatio autē est de sub-  
 stantia & essentia ipsius iudi-  
 cij seu processus criminalis: vsque adeo, vt nullus, nisi hu-  
 iusmodi citationis accessu, processus valeat: teste D. Lan-  
 fran. de oriano insigni practi-  
 co in c. quoniam contra fal-  
 sam. §. citationes ad exordiū,  
 extra de probat. ideōq; huic  
 materię planē est necessaria: 6  
 Nam omnia atque singula  
 processuum substantialia, ri-  
 tum atque ordinē suum ob-  
 seruēt necesse est: aliōqui per-  
 peram omnia procederent,  
 processusq; ipse foret nihili.  
 l. prolatā. C. de senten. & in-  
 terloc. omnium iudi. Prator  
 enim incipit iudicium ab ea  
 parte quę est de in ius vocan-  
 do. §. ii. Instit. de poen. tem. li-  
 tig. l. j. ff. de in ius voc. atque  
 per Iacob. Rebuff. in l. hac le-  
 ge. de prox. sacro. scri. lib. xij.  
 C. Debet autem omnis † cita-  
 tio rei criminarię fieri & per-  
 geri in personam Rei siue  
 diffamari, modō is inueniri  
 possit. l. j. ff. de lib. agnoscen.  
 & l. iij. ff. de dam. infect. Vel  
 † certē pronuntiabitur cita-  
 tio domi suę, quā scilicet 8  
 nūc inhabitat citationis tem-

pore, non in aliis domibus  
 suis, d. l. j. & d. l. iij. & ibi Bar,  
 l. scire oportet. §. sufficit. ff. de  
 exc. rut. l. aut qui aliter. §. et si  
 fortē. ff. quod vi aut clā. & ca.  
 causlam, quę. extr. de dolo &  
 contu. Domum autem † hic  
 accipimus, siue in propria do-  
 mo quis habitet, siue in con-  
 ductā, siue gratis, siue hospi-  
 tio quis receptus sit. §. domū.  
 Institut. de iniur. & l. j. §. ha-  
 bitare. ff. de his qui deiece-  
 vel effud. Idem quoque cen-  
 set Lucas de Penna, in l. ij. C.  
 de meta. & epidim. lib. xij.  
 Quod † si domibus omnino  
 careat, atque loco suo fu-  
 gam dederit, peragetur cita-  
 tio ad normam executori in  
 commissione traditam: vt po-  
 te edicto, siue proclamatio-  
 ne publica, voce præconaria,  
 tubæ sonitu, aut simili solen-  
 nitate, quorum meminit ex-  
 cellentissimus vir D. Guliel-  
 mus Durā. variis in locis suis  
 Specul. ad quem iuris stu-  
 diosum breuitatis gratia, re-  
 mitto. † Verū curandum  
 semper fuerit executori, vt  
 insinatio seu intimatio cita-  
 tio palam fiat per commis-  
 sionem, aut per aliam non  
 absimilem formam: qua a-  
 pertē Iudex cognoscat com-  
 missionem ac citationem  
 verisimiliter reo innotuif-  
 se. Citationē † autem isthęc  
 ex commissione facta, neces-



sum fuerit ipsi reo citato cō-  
petens commodumque com-  
partitioni tempus elargiri;  
plus minúsve septem dierū,  
pro ratione distantiae inter  
citatum, & iudicem. Atque  
9 iustiusmodi executori, quis-  
quis is fuerit, fides fit de com-  
missione peracta, vt etiam ex  
ipsius relatione per iudicem  
decernatur ac detur cōtūma-  
cia ad eum finem atque com-  
modum, vt decet: quatenus  
de commissione sua, & onere  
constiterit. Verūm enim ue-  
rō non habetur isthæc execu-  
tori fides, de iure ciuili, sed  
absolutam fidē illi hac tem-  
pestate dari cernimus. Quo-  
ties tamen nuntius siue exe-  
cutor refert se citasse persona-  
liter Socratem, isque constā-  
10 ter id neget, & † iuramento  
contrarium asserat, hic in lu-  
dice fuerit (vt nonnullis pla-  
cet) vtrilibet credere, confide-  
raro ingenio, & qualitate per-  
11 sonarum. Quocirca † tutissi-  
mum fuerit (sicuti doctores  
autumant) binos emittere  
nuntios, vel certè, vt nuntius  
siue executor commissionem  
suā peragat præsentibus te-  
stibus: quos insuper orationi  
sue referendæ prudens inse-  
ret. Sunt tamen qui volunt,  
soli nuntio siue executori ha-  
bendam fidem de cōmissione  
facta, quòd in re criminaria  
plerunq; difficile foret testes

12 adhibere. Caterūm sin nego-  
tio criminali, nūtius siue exe-  
cutor expletorū siue sui man-  
dati seu cōmissionis & rela-  
tionis copiā reo nequaquam  
tradit, quod tamē efficere co-  
gitur in materia ciuili, idq;  
ex vsu stylōq; recepto. Horū  
plura, quia sunt omnibus ob-  
uia, referre postpono. † In-  
13 terim tamen si quis nuntiorū  
siue executorū materiam pul-  
chram, vtilem, singularem, &  
quotidianā abundanter scire  
desiderauerit, ad Bartholo-  
Chassaneum Cōsuetudinū  
Burgundiæ cōmētatorē insig-  
nē, tit. *des Iustices & droitz*  
*discelles. vniuerso. §. vij. ne sim*  
longior, eundem remitto.

### De Annotatione bo- norum.

CAP. XIII.

SVMMAE.

- 1 *Annotatione bonorum fit propter primam contumaciam.*
- 2 *Annotatione dicitur quædam compulso ad comparandum.*
- 3 *Annotatione dicitur quædam præparatio ad confiscationem.*
- 4 *Annotatione dicitur quæ fit in causis criminalibus, in quibus fit bonorum publicatio.*
- 5 *Error non pusillus nonnullorū Iudicum nostri temporis.*
- 6 *Annotatione quando fieri debeat remissive.*
- 7 *Receptor vsu stylo, ac cōsuetudine quorū bonorū annotatione vtimur.*

BON



**R**ONORVM  
 † annotationē  
 non fieri, nisi  
 propter primā  
 cōtumaciam,  
 explorati iuris  
 est, vtputa quando aliquis de  
 aliquo crimine in iudicium  
 euocatus, praesentiam sui facere  
 cōtemnit, id est, se absentat  
 nolens ad iudicium venire:  
 eius bona tum ad manum  
 iustitiæ (si ita fari liceat) ponū  
 tur: dicunturque annotari, vt  
 si infra annum redierit, & se  
 crimine purgauerit, integrā  
 rem suam habeat: si neq; redierit,  
 neque qui se defendat habuerit,  
 tunc post annū bona publicentur,  
 l. finali. ff. de requi. reis. & l. j. C. eodem ti.

- 2 Ita q; annotatio † merito dici potest quædam compulsio ad comparendum, & casu adueniente verificationis † delicti, quædam præparatio ad confiscationem. Animaduertite tamen secundum D. Ang. in d. l. j. C. de requi. reis. annotationē duntaxat in causis criminalibus fieri debere, in quibus fit bonorum publicatio. In aliis autem causis criminalibus, vbi non venit publicatio imponenda, bona non sunt ad manum curiæ ponenda, quantuncunque sit contumax reus. Iudices † tamen nonnulli huius temporis secus faciunt, ingenio ac iudi-

cio, quo moti, nescio, & pro contumacia faciunt indistinctè subhastari bonā, secundū l. fina. C. de requi. reis. de qua annotatione habetur in l. j. & per vniuersum illum ti. ff. de requi. reis. Per Bartol. qui ibi declarat, † quādo fieri debeat annotatio, in l. inter. ad finem, ff. de publi. iudi. & quomodo † fieri debeat, habetur in l. j. §. j. & in l. fina. ff. de requi. reis. Inolito receptōque vsu, stylo, & ac consuetudine, bonorum vtimur annotatione, per commissionem criminalem executoris, simul atq; per inquisitionem seu informationem ipsi de præmissis constiterit.

### De Citatione reali, id est, Cap- tura.

C A P. XV.

S V M M A E.

- 1 *Citatio realis absque licentia, autoritate, vel commissione iudicis fieri nequit.*  
 2 *Exceptiones aliquot superioris præcepti.*  
 3 *Exules, hostes Reipublicæ sunt.*  
 4 *Repertus in flagranti crimine, potest capi etiam sine licentia Iudicis.*  
 5 *Capti, citra Iudicis autoritatem, carcere claudendi sunt in.*



- tra viginti horas, secundum nisi &c.  
Bartolum.
- 6 Iidem carceri tradendi intra 19 Executori non permissum è tem-  
sex horas secundum alios. plis, aut cæmeterijs temere ab-  
strahere.
- 7 Captura quatuor modis ab offi- 20 Loca sacra nemini grauioris  
ciarijs exercetur. sceleris reo patronari possunt.
- 8 Officiarius Iustitialis innocen- 21 Executori quando, & quomo-  
tes suo arbitrio comprehendens, do, maleficum è sacratis lo-  
punitio fit obnoxius. cis abstrahere dabitur.
- 9 Inuectio in nonnullos arrogan- 22 Loca sacra leniter maleficis pa-  
tes Officiarios. trocinia sunt, nisi &c.
- 10 Diffamatum duntaxat com- 23 Officiario seculari quando cle-  
prehendere licet. ricos captiuare conceditur.
- 11 Diffamati, infamia sua dicam 24 Executori licitum subinde ma-  
suis moribus praferunt. leficu è propria domo ereptum  
captiuare.
- 12 Executor dissimulãs commissam 25 Executor omnem dissimulabit  
manus iniectionem, quomodo pu- salui conductum, vel similem  
niendus. purgationem.
- 13 Executoris aut apprehensoris 26 Appellatio iure criminaria per  
non est, captum ob quamlibet totam Flandriam nulla.
- etiam pollicitam fidem libera donare relaxationi.
- 14 Executori in captura poscenti 27 Executori non licere rebellem  
subsidium, nullus officarius, maleficum interficere.
- nullus ipsi subditus impunè id 28 Executor quando ab homici-  
recusare poterit. dio malefici capiendi excusan-  
dus.
- 15 Executori vbiuis locorum ape- 29 Violenta manus in iusticiam in Offi-  
riendi sunt carceres, modo id po- ciarium aut executorem quomo-  
poscerit, minimum vna nocte. do punienda.
- 16 Executori maleficum rebellem 30 Captum è manibus Executoris  
comprehensuro, permittitur do- siue Officiarij vi liberãs, rei ca-  
mum obsidere, ostia & fenestras pti periculo fit obnoxius.
- infringere.
- 17 Executori ex vna autoritate 31 Executori de commissione pera-  
concredita permittitur decem eta, non de iniurijs relatis, fides  
quicquid ad illam capturam vi habenda.
- debitur necessarium.
- 18 Executoris non esse, carcere 32 Executori maleficum in aliud  
constrictum vj illinc eximere, territorium confugientem, &  
subsequi, & captiuare licebit.

Nullò



**N**ULLI fas esse  
 † potest ( ut  
 antè memini-  
 mus ) absquè  
 cõmissione si-  
 ne autoritate iudicis, quèuis  
 violenter siue realiter citare,  
 aut apprehensione constringere:  
 Textus clarus & tibi nec  
 inconcinne Barto. in l. ne-  
 minem. C. de exhib. rels. Ve-  
 rùm fallit † hæc regula mul-  
 tifariam, veluti in moneta-  
 rum falsariis seu violatori-  
 bus. l. j. C. de fal. monet. In 3  
 iis qui passim publicèque la-  
 trocinio grassantur, trita &  
 vulgata l. capitalium, §. fa-  
 mosos, ff. de pœnis. In incen-  
 diariis, §. incendiariis, in iam-  
 iam dicta l. capitalium, l. qui  
 ædes, in principio, ff. de in-  
 cend. & l. qui ultimo, ff. de 4  
 pœnis. In violentis fœmina-  
 rum compressoribus, l. raptor-  
 es, C. de episc. & cleri. & l.  
 raptores, C. de rap. virg. In sti-  
 pendiariis, qui furtim duces  
 effugiunt, l. iij. ff. de re milita.  
 & l. j. C. de deserto. & occul.  
 lib. xij. In arborum, & vinea-  
 rum stolidis incisoribus, ac  
 deprædatoribus. l. ij. ff. arbo.  
 furt. cæsar. In furibus cum sar-  
 cina furti deprehensis, popu-  
 lóque fugiètes ipsos clamo-  
 re tali insectante: tenete fu-  
 rem,prehendite furem, l. si  
 quis in seruitute, ad finem, &  
 l. interdum, §. qui furem, ff.

de furt. huic non parum ser-  
 uit. l. itaque, ff. ad leg. Aquil.  
 In veneficis, in incantatori-  
 bus qui veneficiis siue incan-  
 tationibus aut puteos, aut  
 aquarum riuulos vitiant, l. fi.  
 C. de malef. & math. quas om-  
 nes, hisque ad eò similes,  
 quilibet citra iudicis vel per-  
 missum vel mandatum com-  
 prehendere potest. Capturæ  
 itidem quorumlibet expositi  
 sunt Apostatæ, nōnæ velatæ,  
 transfugæ, fugitiui, item exu-  
 les: quos † nemo non Reipu-  
 blicæ, secundum iura ac sty-  
 lum, hostes suspectos habet,  
 & communè perniciem. Ve-  
 rùm enimverò, citra infor-  
 mationem prænam huius-  
 modi captura nulli permitti-  
 tur: nisi vbi delinquentes in-  
 uenti fuerint † in ipso facto, &  
 adhuc flagrante crimine com-  
 prehēsi: quo quidem casu cui-  
 us cõceditur, quoties flagras  
 crimè capitale est, aliàs verò  
 minimè, l. raptores, & l. vnica  
 paulò antè citatis, & l. capite  
 quinto, ff. ad leg. iul. de adul.  
 & stup. Debent autem omnes  
 iam dicti captos, quibus  
 sine iudicis autoritate appre-  
 hendere datur, captum illi-  
 cõ † carceri iustitiali intra xx.  
 boras ( vt nonnullis placet )  
 tradere, sub pœna priuati  
 carceris, aut alia arbitraria:  
 aliàs priuato capere nō licet,  
 vt l. vnica. C. de priuat. carce.



Ita egregius iuris interpres Bar. & sequaces tenent in iā-  
 iam allegata l. capite quin-  
 5 to. Alij intra sex horas id fa-  
 ciendum (si quidē id fieri po-  
 test) aut manent. Huius memi-  
 6 nit S. Tho. 2. 2. q. 65. † Præto-  
 res, Subprætores, Satellites,  
 clientes, idque genus reliqui  
 Officiarij Ciuitatū, Oppidō-  
 rum, Castrorum, Ditionum,  
 Pagorum, quatuor modis ca-  
 pturam exercent: Aut ex de-  
 latione generalis inquisitioni-  
 nis: In præsentē flagranti cri-  
 mine: Ex partium postulatio-  
 ne siue requisitione: Et ex in-  
 7 diciis multis. Officiarius ius-  
 titialis, qui aliquem legalē,  
 legēve dignūprehendit pro-  
 prio arbitrio, quouis tēpore,  
 nulla vrgente causa, siue (vt  
 vulgō dicitur) ex vento, capto  
 haud mediocrem facit iniu-  
 tiam, imō ignominiam irre-  
 tractabilem, teste Baldo in l.  
 vnica, C. de in integr. restitu-  
 necnon lafone multa allegā-  
 te in l. iij. §. si quis cōdemna-  
 tus sit. numeris 22. & 23. ff. de  
 re iudica. atque ea de causa  
 punitioni subiacet nequaquā  
 9 mediocri, etiamsi huius† in-  
 felicissimi æui nōnulli arro-  
 gantes Officiarij, contra om-  
 nem rationem ac æquita-  
 tem, contrarium facere mini-  
 mē erubescant, intrepidē su-  
 stinentes sese habere (vt pra-  
 Ætorum oculis vtar) ora au-

rea, & manus aureas: quasi  
 10 ipsis omnia tam iure quā in-  
 iuria impunē concessa fuerit  
 dicere & facere: cū† tamen  
 neminem nisi malæ famæ si-  
 ue diffamatum comprehen-  
 dere liceat: veluti scurrās, ga-  
 neones, heluones, nebulo-  
 nes, tenebriones, nugatores,  
 vanos, & nullius pretij homi-  
 nes, quos vtique proprio ar-  
 bitratu, siue ex vento capti-  
 11 uare licebit: † quod ij infā-  
 miæ suę dicam suis moribus  
 præferāt, iuribus paulō antē  
 allegatis. Quisquis executō-  
 12 rū dissimulante† manus in-  
 iectionē negligit, quā tamen  
 in mandatis susceperat, suis-  
 que viribus id fuerat integrū  
 & liberū, suspendēdus est offi-  
 cio, & p̄ iudicis prudētia ple-  
 ctendus acriter. Si verō captū  
 remiserit liberum, adeōq; ad  
 fugā cōniunter iuuerit, velū-  
 ti ex malitia, aut aliōqui cor-  
 ruptus muneribus: tum olanē  
 priuēdus moueaturque foret  
 officio, & præterea quouis of-  
 ficio declarādus perpetuō in-  
 dignus, & omni executioni  
 inutilis & inhabilis: deinde  
 13 exilio, aliāque pœna arbitra-  
 ria multādus. † Neq; itē exe-  
 cutoris aut apprehēsoris est,  
 captū donare relaxationi siue  
 dimittere, etiāsi bona fide re-  
 cipiat se ad cōstitutū diē redi-  
 turū. Hoc pacto enim cōmis-  
 sionis formā excederet. Non  
 pot

14 potest Iudex, officarius, taut quicūque subditus executori in apprehensione vllum reculare subsidiū, si quando illud petierit. Nam si ex illius detractione quippiam consequeretur dispendij, vel pars aduersaria vel ipsa Iustitia. in illum animaduertendum foret, pro Iudicis prudentia.

15 † Vbiuis locorum executori aperiendi sunt carceres, modo id poposcerit, certè vel minimū vna nocte, quatenus cōmentariensi pro sumptibus & laboribus ibi respondeat.

16 Executori, † vt maleficum rebellem & pugnacem cōprehendat, permittitur multa satellitū manu, & præsidio domum circuncingere & obsidere: adhæc & ostia & fenestras infringere. etiamsi id lateræ commissionis non expresserint. † Quando enim illi captandi autoritas conceditur & committitur, intelligitur tū illi permissum quicquid ad cōmissionis suæ plenā executionē spectare videbitur: textus notatu dignus ac literis purpureis scribendus in l. illud, & ibi Bar. Pau. Castren. & Doct. ff. de acqui. hered. textus admodū singularis in c. ex parte, cū ibi notatis per Ant. de Bur. Panor. Præpos. & alios Canonistas, de sponfalib. c. prudentiam, §. sexta. ext. de offic. delega.

his accedat textus aureis literis scribi haud indignus, cū adiūcta sua singulari gl. in l. quanuis. C. de fideicommissis.

18 Si verò † maleficus, constructus carceris vinculis per Iustitiam foret, non esset executoris illum perfractioe carceris eximere, nisi id expressè per commissionem in mādatis habeat. Neque item

19 fas tū illi potest esse maleficus è tēplis, ex cœmeteriis, aliisve locis sacratis violenter extrahere absque peculiari illius mandato habito. l. fidei. & l. vlti. C. de his, qui ad ecclēf. confugi vbi (solito more) D. Cyn. acutam narrat distinctionem: quā casu emergente videndam nec dissuadeo, & c. inter alia. ext. de immu. ecclēf. Verū licet interrim templum istud & cœmeteriū obsessione circundare, & tum curare de amplioris autoritatis commissione, si id negotij circūstantia, & materia dispositio postulent. De

20 homicidio, † de raptu virginum, idque genus grauioribus siue atrocioribus criminibus nullum templum, nullum (inquā) cœmeteriū, maleficum vlla libertate tutò donare potest: quamobrè nō iniuria illinc abstrahi possunt, tex. & ibi glo. in §. homicidia, & in §. neque autem, in authē. de manda. princip. cola.



la. iij. & no. gl. in verbo. Abducere. in l. ij. C. de his qui ad ecc. cōfug. Ang. laboriosissimus in suo tract. malefic. sub singularissima glo. in verbo, Fama publica. versic. Quartò quæro, an vbilibet liceat capere malefactorē, &c. Idē Ang. in eo. tract. in gl. in verbo, In scalis sancti Petronij, ad exordiu, quē ī materia hac, & alia criminali legēdū ac relegēdū nemo non luadet. Attamen

21 æquū fess hīc talem violentā à sacro abstractionē ab Episcopo, ipsiusve vicariis prius efflagitare: quam si imprudenter hi negauerint, vi illic extrahere licet, contra Episcopi mentem & gratiā, citra sacrati etiam loci violationem: vt iura præfata aperte demonstrāt, præalleg. §. Homicidia, & §. neque autē, nec nō D. Ang. in locis statim citatis, & Sali. in Auth. si quis, C. ad l. tul. de adul. & stup. De

22 leuioribus autē criminibus, templum & cœmeteriū reo libertatis confugia sunt. l. fidei. l. vlt. & c. inter alia. supra in medium adductis, nisi hic maleficus sacratum locum maleficis suo violaerit ipse, committendo. scilicet crimen in templo, vel in cœmeterio, c. fin. & ibi D. Panor. & alij scribentes ext. de immu. eccle. in Authentico, vt liceat matri & auig. §. quia

verò ita reperiuntur, colla. 8. In his enim non admodum inlīsto, quandoquidem iuris canonici dispositioni in his standum sit, arg. no. cap. j. de no. oper. nunciatio. Si tamen quispiam immunitatis materiam suū & acutiū examinatam inspicere desiderauerit, cōuolabit ad commentaria in Consuetudines Burgundia incomparabilis viri Bartholomæi à Chassanæo, sub titulo, Des iustices & droictz dicelles, Rub. Si aucun commet simple larcin. §. Quinto, & versic. Sed ad materiam immunitatis, &c. per tres columnas, necnō ad excellentissimum V. I. Doctorem D. Oldradum in suis consiliis, consilio 154. incipiente, Quidam deliquit, &c.

23 Officiario † seculari clericos itidem & viros ecclesiasticos in flagranti crimine repositos comprehendere licet, sed captos tradere debet ipse ordinario, sed hic exoluere præcul dubio expensas iustitiæ cogitur. c. si Iudex laicus, cum ibi notatis, de senten. ex communi. li. 6. Neque hic in flagranti crimine ipsis duntaxat officiaris fas est clericos siue ecclesiasticos captiuare: verū etiam quibusuis aliis extra omnem officij administrationem, modò eos captos tradatur, vt supra, dicto

dicto cap. si iudex laicus. Se-  
 cularibus item officariis li-  
 cet capere clericos, seu eccle-  
 siasticos non in vestitu, habi-  
 tu, tonsurâque ecclesiasticis  
 repertos, captosque detinere, 27  
 donec Iudici spiritali inno-  
 tuerit, an vestis in qua capti  
 fuerint, clericalis sit, an non.  
 cap. ex parte. iij. & ibi D. Pan-  
 eiusq; imitatores ext. de pri-  
 uil. & excessib. priuilegiato.  
 24 Executori † licitum est capti-  
 uare criminofum, atque etiã  
 è domo propria extrahere. l.  
 j. C. de offic. diuer. iud. & no-  
 tat. in l. nemo de domo. ff. de  
 25 reg. iur. In † grauioribus item  
 delictis non abftinebit ab ap-  
 prehensione gratia alicuius  
 falui conducti, aut fimilis per-  
 miffionis, & condonationis  
 prærogatiuæ, quales literas  
 maleficus ipse huic execu-  
 tori exhibere contenderet: sed  
 in executione exercenda per-  
 get executor, Rei ipsius ont-  
 gationem tum difsi-  
 mulaturus: neque fimiliter  
 ipsam ad vllam appellatio-  
 nem admittet, † quandoqui-  
 dem appellatio in re crimi-  
 naria per totam Flandriam  
 nihil loci habeat, sicuti id  
 passim fortiter asserunt. Vel  
 faltem comprehensum non  
 finet abire liberè, donec illi  
 per superiorem fuerit vlti-  
 or constringendi per pro-  
 hibitionem adempta pote-

stas, vt antè. Neque etiam de  
 iure licet aliud appellare tri-  
 bunal ob capturam, sed tan-  
 tum ob immodicam & plus  
 æquo diuturnam carceris cu-  
 stodiam, & ob sibi pernicio-  
 sum administrationis iusti-  
 tiæ defectum. Nulla rãtio-  
 ne licet apprehensori, male-  
 ficum inter apprehenden-  
 dum (quamlibet acris etiam  
 fuerit & fortis malefici re-  
 bellio, & corporis sui defen-  
 sio) interimere, etiam si exul-  
 sit, aut aliòqui morte ipsa di-  
 gnissimus. Id enim non per-  
 mittitur, præterquam Iudici  
 cui soli vniuersa in corpus,  
 atque ad eò in vitæ extinctio  
 28 nem potestas est collata. † Ve-  
 rum enim uero si certò ap-  
 tètque executori commissum  
 fuisset, talem maleficum ita  
 apprehensione vrgere, vt  
 aut viuum aut enectum tan-  
 dem caperes: vel certè ca-  
 tãmque violenta fieret scele-  
 rati rebellio, vt concertatio  
 videretur periculosa, victo-  
 ria dubia, & contrà execu-  
 tori à sese propulsanda foret  
 scelerosi violenta inuasio,  
 hoc pacto apprehensor ab  
 homicidio tali commissio ex-  
 cusaretur. Neque culpæ vlli  
 executor sit obnoxius, ob læ-  
 sionem, aut mutilationem,  
 si quando de malefici impe-  
 tuosa rebellionem docere po-  
 terit, l. ij. & lege, si quis per-  
 cuff



cufforem. C. ad l. Cornel. de  
fica. Ita videtur sentire Bald.  
subtilis in simili, in l. addi-  
ctos, C. de Epif. audient. nec-  
non D. Ange. in suo tractatu  
malefi. in gl. in verbo. Fama  
publica, versu. Et primò, quã-  
do Officialis vadit pro ma-  
lefactore capiendò. Idẽ Bald.  
in l. fi. C. de exhib. reis. Quis

29 quis † violenter executori  
apprehensuro restiterit, vio-  
lenta manu ipsius sinum aut  
gulam cõstrinxerit, similẽm-  
ve violẽtiam illi impeggerit,  
periculo se committit perdẽ  
di pugni, aut alterius mul-  
ctæ pro qualitate impetus. &  
animi ad nocendum auidi.

30 Quisquis autem † violenter  
maleficum criminis gratia  
vincum, è manibus executoris  
aut satellitis extraxerit, is  
sefe exponit periculo subeun-  
di eandem pœnam corpora-  
lem, vel ciuilem, pro ludicis  
arbitrio, quam subiisset ca-  
ptus, si extractus non fuisset,  
argumento l. ad commenta-  
riensem. C. de custo. reo. & l.  
quoties. C. de exactorib. tri-

31 buto. lib. x. † Executori de in-  
iurijs, violentiis, alijsue ex-  
cessibus in commissiõis sue  
executione ( vt fortasse re-  
fert) nulla alia, nullaque ma-  
ior fides per Iudicem dabi-  
tur, quàm quòd ad talium in-  
iuriarum veritatem inqui-  
rendam (si volet) iubebit pro

cedere. De ipsa verò execu-  
tione facta, & quicquid ipsam  
concernere videbitur execu-  
tori indubitata fides habebi-  
tur, vt & paulò ante memi-  
dimus. † Quoties maleficus  
diffamatus executores in se  
quentem profugiens, sese in  
alterius ditionem & territo-  
rium receperit, licebit nihi-  
lominus executori, & ibi per  
alienam iurisdictionem è ve-  
stigio, atque ardenti cursu  
fugientem maleficum subse-  
qui, atque in territorio eodẽ  
in iustitiæ fauorem appreh-  
endere: sed ita captum de-  
bebit tradere illius territo-  
rij domino & præfecto, vbi  
captus fuerit, si quidem id  
captus aut dominus poposce-  
rit. Huius quæstionculæ vt-  
cunque meminit D. Ange. in  
præfato suo tractatu malefi-  
ciorum, sub glo. in verbo. Fa-  
ma publica, versu. Sextò quæ-  
ritur, An si Officialis vult ca-  
pere malefactorem, & in  
iunctis additionibus ibidem,  
quem petire,

### De Carceribus,

C A P. XVI.

S V M M A E,

- 1 Carcerẽ varia forma & vsus.
- 2 Pana perpetua carceris, mortis  
comparatur.
- 3 Carcer, custodia, non pana  
esse debet.

Carce

4 *Carceralis punitio in pane & aqua ad tempus Iudici seculari nonnunquam conceditur.*

5 *Apostolus Paulus Roma fuit detentus sub libera custodia.*



1

**M**ULTAE sunt carcerum siue ergastulorum forma: † Alij 3  
nanque carce

res ad corporis punitiōem, siue pœnam parantur, qualibus vtuntur curiæ spirituales, seu Iudices ecclesiastici, maleficos condemnantes ad perpetuam, vel temporalem carceris pœnam: c. quamuis, de pœnis, lib. vj. Ioan. à Platea, & Ang. in l. nemo carcerem. C. de exactorib. tributo. lib. x. c. nouimus, ext. de verb. signific. Panor. in c. at si clerici, & in c. cum ab homine,

2

ext. de Iudic. † quæ quidē pœna perpetui carceris, morti vocul. in comparatur, In nocentio, & aliis testibus in c. qualiter & quando, ext. de accusatio. Panor. in c. tuę discretiōnis, ext. de pœnis. Alij ad solam criminoforum siue facinoroforū custodiam seruiunt, donec processus fuerit formatus. Hoc autem fit bifariam, quando scilicet leuiter malefici, simpliciter absq; vllius catenæ, compedis, aut alterius ferramenti adhibitione seruātur. Grauius verò

criminofis dictis compedibus adstricti custodiuntur, donec de delicto cognoscatur, l. ij. C. de exhibē. re. ad sibi, donec reperit cognitio celebrata discrimen. Hac incarcerationandi forma vtuntur Iudices seculares, qui nullos vnquam perpetuis mancipados carceribus decernunt, † quandoquidem custodiæ istæ ciuili iure consuētis, neutiquam puniendis corporibus inuentæ siue extractæ sunt, l. j. & fin. C. de cust. reo. l. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis. l. incredibile. C. eo. tit. de pœnis, d. l. nemo carcerem, l. verum est, ff. de verb. signific. Vnde Iurisconsultus perpetuos carceres prohibet, de quo admodū multa D. Ang. in d. l. nemo carcerem, Horū recordatus est Angel. in suo singularissimo tractatu maleficiorum, sub glo. in verbo, Fama publica præcedente. vers. Et primò sciendum est. quòd carcer regulariter ad custodiam, nō ad pœnam inuentus est. Bald. in l. imperiū. ff. de Iurisdict. omnium Iudicum, Idem Bal. in l. j. C. de confess. Angel. in l. qui in carcerem. ff. de eo quod met. caus. quos loco atque tempore opportunis, studiosus lector videre poterit. Verū enim uero † in leuioribus delictis, quibus iura aut statuta nul-



lum peculiare decernūt sup-  
plicium, subinde seculari lu-  
dici permittitur carceralis  
punitio: nempe, vt crimino-  
sus in carcerem coniectus ad  
certum tempus, solo pane &  
aqua maceretur, aut aliās ca-  
stigeretur, l. j. §. fin. ff. de aleæ lu-  
su, & aleatorib. vbi textus,  
¶ **Q**ui compulsi ludere, &  
multa mulctetur, aut in la-  
tomias, vel vincula publica  
ducatur. Vbi de iure civili est  
vnicus casus specialis, quo  
carcer est ad pœnam, teste D.  
Bart. in suo tractatu de car-  
ceribus. Huius meminit ad-  
amussim Ioan. à Platea, in al-  
legata l. nemo carcerem. Alij  
carceres soli extenuationi at-  
que corporum exercitationi  
accommodantur, eorum po-  
tissimum qui condemnatio-  
ni ipsorum pro viribus satisf-  
facere negligūt, nec sese ire  
alieno, quo grauantur, exi-  
mere student. Angel. in suo  
tractatu malefic. sub gloss. In  
verbo, Fama publica præce-  
dente, versicu. quotuplex au-  
tem sit carcer. Alij bellorum  
temporibus magis sunt vsui,  
quibus coarctantur capti, do-  
nec constitutam ipsis pecu-  
nariam mulctam pro iure  
militari dependerint, vt in  
vniuerso titulo, De capti. &  
postlimi. reuert. Quia autem  
seruantur sub fida seu libera

custodia, hoc est, quos seruā-  
dos tradimus fidei satellitū,  
aut stipatorum, non dicimus  
hos propriè incarceratos: nō  
licet tamen illis longius, quā  
pro permessa fide quōquam  
se se diuertere, l. Diuus, j. ff. de  
custod. & exhibit. reorum. &  
iamiam citata l. nemo carce-  
rem. Itaq; † fuit Romæ Pau-  
lus Apostolus detentus sub  
fida siue libera custodia, ca-  
pite vltimo Actuum Aposto-  
lorum. Ad eandem quoque  
fidem deuincti sunt, quicun-  
que sese iuramento adstrin-  
xerunt non exire Oppida,  
Castra, domus Satellitū, at-  
que similia ipsis constituta  
loca: hic, si quid amplius de  
carcere desideres, ex variis  
eximij D. Baldi scholiis peti-  
to, nempe, Authentica, si ca-  
ptiui, C. de Episco. & cleri. l.  
imperium, ff. de iurisdic. o-  
mnium iudic. l. vnica. C. de  
confessis. atque Angel. in l.  
qui in carcerem, ff. de ea  
quod metus caus. necnon in  
tractatu maleficiorum, sub  
solenni & sæpe allegata glos-  
sa, in verbo, Fama publica  
præcedente, versiculo, quo-  
tuplex autem sit carcer. at-  
que Bartol. in d. suo tractatu  
de carceribus, cum sine nu-  
mero similibus scribentium  
palsibus, hoc loco prolixita-  
tis euitandæ gratia omisis.

De Carcerariis, siue Commentariensibus, hoc est, Carcerum custodibus.

## C A P. XVII.

## S V M M A E.

- 1 Capti, ab ipsa hora traditionis periculo carcerarij commissi sunt.
- 2 Carcerato reperto mortuo, contra commentariensem presumitur.
- 3 Carcerum custodes negligentes, qua pena puniantur.
- 4 Incendium, Ruina, aut similis casus fortuitus, claustrarij absoluit ab eruptione, fugaque captiui.
- 5 Carcerarij plures, quomodo excusentur, fugam capiente ipsorum uno cum captiuis.
- 6 Carcerum custodibus fas est nonnunquam ferreis manicis siue catenis captiuum constringere.
- 7 Validiores arctius constringendi debilibus.
- 8 Commentariensium est vinctos blandè, alacriterque exceptos, grata humanitate tractare.
- 9 Quae carcerum custodibus sint prohibita.
- 10 Incarcerati non sunt inedia, siti, aut fame torquendi, dignè ve solatio priuandi.
- 11 Carcerum custodibus quae officia potissimum incumbant.
- 12 Iudicij officij erga Captiuum

insontem.

- 13 Captiui intra mensem relaxandi, nisi &c.
- 14 Carceratorum causas oportet esse summarias.
- 15 Mulierum carceres secludendi à virorum carceribus.
- 16 Commentariensis vinctam cognoscens, qua pena plectendus.
- 17 Carcerarius iure debet reum absolutum illico dimittere, verum vsus nunc secus obseruat.
- 18 Officiarius, Fiscus, aut ostiarius, nullam dat cautionem de expensis carcerati.
- 19 Commentariensibus prohibetur pecunia, vestibus aut alijs rebus spoliare.



**C** A P T I O mnes  
 † quotquot  
 sunt, ab ipsa  
 hora traditionis,  
 fortunæ ac  
 periculo Carcerarij  
 commissi sunt: ad  
 eod vt si † quispiam  
 in carcere casu quodam  
 reperitus fuisset enectus,  
 neq; certo de interemptione  
 constaret, mors isthæc ipsi  
 commentariensi imputaretur,  
 nisi legitime hinc sese  
 expurgatum reddere posset.  
 Glossa est admodum  
 singularis in l. cum ita. §. species. in verbo,  
 nec dolo. ff. de leg. ij. feruit. l. cum  
 res. §. item, ff. de leg. j. quam  
 gloss. refert ad hoc, & sequitur  
 Ioa. de Ana. in c. ad falsariorum,  
 in fine primæ col. de



cri. falsi. eandem adstruit singulararem Ang. Aretin. in suo tract. maleficiorū, in gloss. incipiente, fama publica precedente. in 13. char. in verb. Secundo quaero. in l. j. in fi. & in l. ad Commentariensem. C. de custo. reo. Huius meminit excellentissimus I. V. Doct. D. Hippol. à Marsil. in suis consiliis criminalibus, consilio liij. numero 35. in j. volumine. Si praeterea captiuus, crimine notatus, incuria, negligentia, aut ebrietate carcerarij, vel suorum carceribus effractis aufugerit, obnoxius fit hic idem carcerarius, in eadem poenis, multis, & suppliciiis, quibus ille fugitiuus, siue capitalibus, siue civilibus, arbitrio iudicis: trita & vulgata l. ad commentariensem, addita glos. memorabi. in verbo, qui fugerit. C. de cust. reo. Neque vlla expurgatione claustrarij carceris, aut ipsorum cuiuspiam dilueretur incuria. Verum si incendiū, ruina, aut quid similis forte evidentis periculi accidisset carceribus ab istiusmodi scelero si eruptione fugaque, claustrarius immunis foret & liber, potissimum si quid eorum, praeter ipsius culpam euenisset. l. milites, & l. fi. ff. de custod. & exhibi. reo. nec inconcinniter his seruit l. si vt certo. §. proinde. ff. cōmo-

da. Si verò militia, fauore, aut donariis corruptus, illos scelerosos apertis claustris emisisset, planè capitaliter plectendus foret, praë allegata l. fi. Sicubi locorum carceribus praeficerentur carcerarij duo aut tres, quorum tertius vnà cum captiuis, laxatis vinculis sese in fugam daret, reliqui claustrarij (nisi huic re aut consilio suppetias attulissent) indemnnes, & immunes erūt à culpa, & à poena liberi. l. fi. verfic. interdum, ff. de custod. & exhibi. reo. & ibidem D. Alexander in apostil. ad Bar. ait praedictam l. finalem nedum singularem, sed singularissimā ad hoc, Quòd custos carceris non tenetur de facto sui socij, quia iuste erat de suo socio confisus. Quod dictum refert D. Bolog. signandum pro castellanis, in suis additionibus ad praecitaram l. si carcerarij (si ita dari liceat) seu carcerum custodibus sibi criminosos captiuos, ad repetitionem vsque traditos, ferro compedibusque constringere, modò suris, tibiis, pedibus, aliisque membris illaesis, minimèque mutilis reddiderint, l. j. §. interea. C. de custod. reo. Captiuus illico à confessione criminis capitalis conuiciendus est in compedes, siue in vincula publica

7 Et aut cum primùm testimo-  
 nio criminis reus conuictus  
 fuerit, donec de eo pronuncie-  
 tur. l. si confessus. ff. de cust.  
 & exhibit. reo. Idem quoque  
 fiat ei, qui è rupto carcere fur-  
 tim effugerit, quòd similis  
 fugæ suspitione iam certo ta-  
 8 xadus fuerit. Iuuenis t̄ arctius  
 fortiusque constringendus est  
 sene. Rursum validus firmius  
 continendus languido. Sanus  
 fortius ægrotò ac valitudina-  
 rio: atque item de aliis. vbi  
 summa prudentia in rerum  
 ac personarum perspectione  
 Commentariensi vtendum  
 fuerit, secundū gloss. & doct.  
 in l. si vt certo. ff. commo.  
 quod nec displicuit D. Hip-  
 polyto de Marfil. I. V. Doct.  
 meritisimo in sua practica  
 caussarum crimin. in §. attin-  
 gam. numero 15. Cippario-  
 rum t̄ siue commentarien-  
 sium erit, captiuos blandè  
 alacrit̄erque exceptos grata  
 humanitate, atque clementia  
 officiosa tractare: saltem il-  
 9 los t̄ ad loca quòd cœlestis aër  
 pertingere nequit, non sedu-  
 cere: neque aliquò protrude-  
 re tam procul ab omni homi-  
 num copia, vnde voces ipso-  
 rum & clamores à nemine  
 exaudiri valeant. Neque vlla  
 10 sinant t̄ ratione, captiuos si-  
 ue vinctos inedia, siti, aut fa-  
 me torqueri, ne pœnis carce-  
 rum perimantur. l. j. C. de cu-

stod. reo. Iason Doct. insignis  
 in l. si vinctum. ff. de re iudi-  
 ca. Nullos amicorum aut af-  
 finium ab horum solatio ar-  
 ceant & colloquio, nullorum  
 elemosynis, ciborum, aut po-  
 tuum ipsis elargiendis ob-  
 stant, nisi per Iudicē ipsis ex-  
 pressè fuisset vetitum. Singu-  
 11 list̄ quibusque mensibus car-  
 cerariorum est, suorum capti-  
 uorum seu vinctorum nume-  
 rū significare Iudici, causam  
 & delicta, quorum gratia si-  
 bi traditi sunt, parit̄ cum  
 ipsorum, ætate valetudine, &  
 imbecillitate: vt aut conui-  
 ctos, velox pœna subducatur  
 aut liberandos, custodia diu-  
 rna non maceret: idq; sub  
 pœna viginti librarum auri.  
 l. si. C. de cust. reo. Verū istud  
 practica vsus non recipit. Iu-  
 dices item fuerit, captiuos dili-  
 genter de singulis, prospice-  
 re, iubere, & mandato curare,  
 ne quid ad vitæ cōmoditatē  
 necessariū ipsis deficiat, Cle-  
 12 mēt. j. §. sanē. & ibi Car. de hē-  
 ret. Si t̄ Iudici compertum  
 esset, captiuum quempiam  
 ibi coniectum, absque vlla  
 persona actore aut crimina-  
 tore, illius muneris foret hūc  
 vinculis, & carceribus relaxa-  
 tum, pristina libertati resti-  
 13 tuere. t̄ Debet insuper iudex  
 omnes captiuos intra vnus  
 mensis spatium (iuris ratio-  
 ne) absolueret, vel sententiā  
 d 3



damnare, quatenus ipsa ad hoc materia plenè parata depolcat, expressa l. finali. C. de custod. reo. † Carceratorum enim causa est summaria, sicut causa miserabilium personarum, vt inquit D. Cynus in l. finali. C. si quis alteri, vel sibi, quem refert & sequitur D. Bartolus in tractatu suo, de carceribus, ad finem, vbi etiam allegat D. Cynum in l. j. C. quando Impera. inter pup. & viduas. Dicitq; quòd de hoc videtur esse textus, & ibi Bald. in l. finali. C. de cust. reor. sapiusculè allegata. Ita recitat D. Hippolyt. de Mar. filiis, in sua causarum criminalium practica, sub §. attingam, numero 75. Mulieres † captæ ob crimen, à virorū consortio separandæ sunt, ac priuatis suis mancipandæ custodiis, aperta l. quoniam, cū Authentica seq. & ibi Bald. & Salicetus. C. de custod. reo. Cardina. in Clemen. j. §. ij. de hæreti. vel pro nouis Constitutionum legibus detrudantur in arcem aliquod monasterium & cœnobium, fideliter ibidem conferuandæ, donec iudex negotiū plenè discussum finierit. Authen. hodie. C. de custod. reo. necnon in Authentico, vt nulli iudicū. §. necessarium. vnde iam citata Authentica deprompta est, coll. ix. constitutio. ix.

16 Quisquis † Cippiarius, siue commentariensis carnali cōpessione quampiam suarū captiuarum cognouerit, etiā si id cum ipsius cognitæ gratia factum fuerit, capitis crimini sit obnoxius, & gladij animaduersione plestendus. Ioannes fabri in §. item lex Iulia, ad finem, Institutio. de publicis iudic. Bartholom. à Chassanæo in Rubrica. cap. des iustices & droitz dicelles, fol. 17. colum. iij. etiam si in carcerata esset meretrix, teste D. iacob. Boullenc Ebroicen si, iuris vtriusque prolyta, in Repetit. §. famosos, constituti in l. capitalium. ff. de pœnis. licet enim meretrix possit impunè cognosci, non tamen dum est in carcere iudicis detenta, ne fiat iniuria castitati carceratorum, ratione loci, qui est publicus. l. j. C. de offic. ciuil. Iudic. pro hoc tex. in arg. in l. quod ait lex, ibi, quare non vobiscumque. ff. de adulter. Ad hæc casu emergente, consulite D. Nicolaū Boër. decisionum aurearū in signiū. q. cccxvij. vbi tractat. Quid de iudice, aut senatore, siue consiliario regio, vel præside, aut cancellario, vel commentariense, qui carnaliter cognoscit mulierem coram eo, vel curia litigantem, aut carceratam, vel alia ratione iurisdictioni

ni tantum subditam, an pu-  
 17 niatur? Cogitur t̄ carcerarius  
 captum, nunc crimine abso-  
 lutum, illico relaxare, atque 19  
 suæ liberati pristinae dimitte-  
 re: semper actionem suorum  
 sumptuum recuperaturus ab  
 illis, qui talem capturæ prius  
 mādare ipsi curauerant, idq;  
 solum iuris decreto. Verum  
 hodie vsu iam recepto, solent  
 commentarienses suos capti-  
 uos seu vinctos retinere, do-  
 nec per ipsos, aut alios sibi de  
 impensis sumptibus satisfac-  
 tum fuerit. Commentarien-  
 sium fuerit, ipso captiui tra-  
 ditionis tempore, à partibus  
 aduersariis quorum autorita-  
 te capti sunt, flagitare cautio-  
 nem & fideiussionem de ex-  
 pensis infumendis: Vel certè  
 ab his expensis per exteri cu-  
 iuspiam suppeditationem li-  
 berari: nisi is captus ad sum-  
 ptuū certitudinem satis fue-  
 rit opulentus, vel nisi contra  
 officarium aut fiscum dun-  
 taxat carceri traderetur, quòd  
 horum vterque satis sit diues  
 soluendis sumptibus ostiarij  
 18 † & reliqui officarij, quum  
 captos tradunt carcerariis,  
 ex mandato siue commissio-  
 ne Principis, aut Consilij, nō  
 debent vquam respondere  
 aut iubere fidem de expensis  
 exoluendis. Quod fuerit so-  
 lius impetrantis: nisi ostia-  
 riis illis per impetrantes de

executionibus, atque cæteris  
 sumptibus euenturis esset sa-  
 tisfactum. Non possunt com-  
 mentarienses, † aut suorum  
 quiuis captum, pecunia, vesti-  
 bus, aut aliis rebus, vllō mo-  
 do spoliare, sub prætextu &  
 titulo sumptuum aut expen-  
 sarum carceralium, neque vl-  
 lo alio prætextu. Hæc de Car-  
 cerariis scripta sufficiant.

### De effractione Car- ceris.

C A P. XVIII.

S V M M A E.

- 1 Carceris effracti pena.
- 2 Captus, commentariensem effra-  
 gens, ladens, aut occidens, gla-  
 dio punitur.
- 3 Captus reuelans carceris effra-  
 ctionem, laxandus est vinculis.
- 4 Captiuum criminarium violen-  
 ter extrahens carcere, quomo-  
 do puniatur.
- 5 Qui aufugit è carcere, in fuga  
 (ex quauis etiam captiuitate)  
 suspectus conuincitur.
- 6 Iudex debet considerare quid  
 mouerit fugientem vel effra-  
 gentem, quò securius iudicet.
- 7 De iure Pontificio non reperit-  
 tur specialis pena statuta in ef-  
 fractores carceris.
- 8 Sacri canones: sacras leges ini-  
 tari non dedignantur, & econ-  
 uersò.





**Q**UISQVE Iſtcri  
 minimaliter captus  
 carceribus, citra  
 omnē etiam vio  
 lentiam, effuge  
 rit, vt quorum ostia repperit  
 aperta, is exilij, relegationis,  
 siue alia pœna arbitraria, pro  
 Iudicis prudentia damnādus  
 fuerit: aperta & clara l. j. ff. de  
 effracto. & expil. Si verò hinc  
 violentē, atque effractis fori  
 bus, siue conspiratione cum  
 cæteris qui in eadem custo  
 dia fuerant, eruperit, atque  
 crimen ob quod cōiectus sit  
 in neruum, nunc factum sit  
 propatulum, siue ipsius crimi  
 nis nunc conuictus fuerit te  
 stimonio, capitis animadu  
 sione plectēdus fuerit, etiam  
 si crimen ipsum antē capita  
 le non fuisset, l. j. in prin. pau  
 lō antē citata, notabili l. mi  
 lites agrum, §. eius fugam, ff.  
 de re milit. Martia. Eum qui  
 carcere effracto fugerit, etiā  
 si non antē deseruerit, capite  
 puniendum Paulus scripsit.  
 & l. si quis aliquid, 2. §. miles,  
 ff. de pœnis, Ipsa nanque car  
 ceris violenta eruptio fugien  
 tem illius reum efficit, l. in  
 eos. ff. de custod. & exhibit.  
 reor. & ibi glos. D. Iasonem  
 in sua solenni repetitione l.  
 admonēdi, sub numeris 172.  
 173. 174. & 175. ff. de iureiurā.  
 multa deducentem videbitis.  
 Et ratio, cur is acrius pu

niatur, est, quòd maius, & in  
 tenius hac effractione, deli  
 ctum reddatur, ideòque nec  
 mirum si plus puniatur, argu  
 mento l. iij. in fin. C. de episc.  
 audien. l. seruos, circa mediū,  
 C. ad l. iul. de vi publ. l. capita  
 lium, §. solent. ff. de pœnis, &  
 l. omnes, De delatorib. lib. x.  
 C. Itidem quicunque captus  
 †commentariensem effuge  
 rit, læserit, aut occiderit, is  
 gladij animaduersione capi  
 taliter damnandus erit. Cap  
 tuius seu †vinctus ravelans,  
 prodens, & quoquo modo Iu  
 dici proferens, quòd cæteri  
 concaptiui carceris effraccio  
 nem moliantur, laxandus est  
 vinculis, & crimen per Prin  
 cipem (modò id remissibile  
 fuerit) meritò remittendum  
 erit, d. l. in eos. ad fin. iuncta  
 ibidem glos. plurima allegā  
 te in verb. Releuādos. quam  
 per occasionem lege & masti  
 ca lectionis te nunquam pi  
 gebit. Quicunque violentē  
 4  
 criminarium captiuum (cri  
 minis tametī immunem)  
 extraxerit carcere, is quin  
 quennalis exilij pœna iuridi  
 cē damnabitur, l. j. §. item &  
 effracto. ff. de effracto. &  
 expilato. iamiam quā sæ  
 pissimè allegata. Sin crimini  
 obnoxium capitali, confesso,  
 aut testibus conuictō ita ex  
 traxerit, capitaliter item pu  
 niendus erit, argumento l. j.  
 statim

statim adducta, & l. ad commentariensem. C. de custo. reo. atque glossæ singularis ibid. in verb. Qui fugerit.

5 † Cuius carceres, compedes, aliæve vincula vel minimis etiam indiciis, confectione, aut violatione notantur, is 7 fugæ, & ex quavis etiam captiuitate, aufugij suspectus conuincitur, perditque priuilegia, gratias, & omnem benignitatem aliis concessam captiuis, veluti relaxationes sub fideiussione, liberationem ex compedibus, exitus ad beneficia cæli, accessus ad luculêtas fenestras, idque genus alia amica humanitatis donaria. Si cõringeret captiuum semel grauius lædere, aut etiam ex desperatione 8 similive occasione sese interimere, neque Iudex, neque commentariensis huius læsionis ac interemptionis (si quidem eas ex desperatione actas aperte constiterit) culpam incideret. Si verò ea occasio nõ clara, sed dubia prodiret, obiiicienda esset commentariensis, donec ab ea sese expurgatum reddidisset, l. fina. §. ergo. ff. de custo. & exhibit. reo. Casu tamen emergente debet Iudex animaduertere, & considerare, quid mouerit fugiẽtem vel effringentem, quò securius iudi-

cet. Ita adstruit egregius vir iurisque peritissimus Ioan. Berberius in suo singularissimo ac compendiosissimo viatorio seu directorio iuris, sub Rubrica, de effractoribus carcerum, versus medium.

† De iure autẽ Canonico seu Pontificio non reperitur specialis pœna statuta, sed per generalitatem regularum, de quibus in c. at si clerici, & in c. cum non ab homine, de iudi. ac per c. tuæ, extr. de pœnis. poterit Iudex ecclesiasticus ad instar regularum ciuiliu, qualitatibus personarum, & delictorum pensatis, punire. Nam posset effractorem deponere, per lecturam & notata in c. ex literis, de excessib. prælato. † Sicut enim leges nõ dedignantur sacros canones imitari: ita & sacrorum statuta canonum, principum constitutionibus adiuuantur, ca. j. & ibi scribentes, extr. de no. oper. nunci. ca. vlt. in fin. ext. de secund. nupt. in authentico, vt cleri. apud proprios episcopos primùm conueniantur, §. penult. colla. 6. In Authen. de eccles. tir. in principio, colla. 9. & in authent. quomodo oportet episc. §. vlt. colla. 1. vide Nicolaum Boër. in suis decisionib. aureis. q. 215. & q. 216.



De Relaxatione  
Carceratorum.

CAP. XIX.

SVMMAE.

- 1 Relaxationes carceratorum variae sunt.
- 2 Carcerarius nequit criminosos vinctos vlllo modo relaxare sine iudicis ordinatione.
- 3 Index temerè captiuum relaxans, aut mandans relaxandum, ad quid teneatur?
- 4 Criminaliter coniectus in carcerem absque mandato, aut informatione praevia, is repente laxandus est.
- 5 Quomodo & quando in carcerati laxantur à vinculis.
- 6 Flandria vsus, & nu. 8.
- 7 Captiuus non est relaxabilis, vbi fiscus alternatiua vtitur conclusionem.
- 9 Captus nonnunquã relaxatur, aut per cautionem ante adiudicationem, aut per consignationem post adiudicationem.
- 10 Mulieres honestae in leuibus criminibus non debent persona liter detineri.
- 11 Mulieres non relaxantur fide iussoribus, si crimina atrociora sunt.
- 12 Mulieres infames, impudicae & inhonestae, etiã pro leuibus detineri possunt criminibus.
- 13 Cestio honorum nihil habet loci in lite criminaria, in qua ca-

ptus patienter criminis multam corporali poena subeat, nec cessum est, &c.

14 Paupertas à poena nõ excusat.

15 Qui non habet in ere, luat in corpore.



VVM Sæpiusculè certiamus reos pro multifariis criminibus incarcerari, ex quibus carceribus postea diuersimodè relaxantur, non incongruum nobis fuit, hoc loco de carceratorum relaxatione pauca in medium afferre. Reorum itaque relaxationes diuersæ sunt. Aliæ nãq; fiunt post causæ decisionem, idque post latam sententiam. Aliæ autem fiunt lite adhuc pendente. Earum verò relaxationum, quæ post litis decisionem fiunt, quædam fiunt per sententiæ executionem: Aliæ per gratiam ex beneficio & indulgentia principis. Aliæ denique propter innocentiam incarcerati, cumque plenè & adamussim de illius innocentia constiterit. Relaxationum autem quas fieri diximus lite pendente, quædam fiunt per compositionem poenæ, factam cum curia, officuario, fisco, aut similibus. Aliæ fiunt, gratia fideiussoris præstitæ, de sese præsentando, quoties id Iudici visum fuerit, & soluendo poenã, &c.

Aliæ

Alia sunt, quæ fiunt licenter, & de facto, per fugam in carcerati: quæ subinde accidunt cum fractura, & violentia carcerum: quâdoque autem clanculo absque aliqua fractura aut violentia. Huius autem postremæ diuisionis vtrûque meminimus cap. iamîâ præcedente, de effract. carceris. Quamobrè nequaquam hic decreuimus istarû diuisionû omnia mēbra exactiûs atque copiosius explicare, nēpe contenti earû capita vtrûq; aperuisse, & lectoris auuiditatem exacuissè, vnde ipsum (hic su per sedēdo) iustiûs ad maximi nominis interpretē D. Paulû Grillandum remittimus. lib. v. tit. de Relaxatione carceratorum. Quantû autē relaxatio concernat ipsos carcerarios, qui aliquando temerè, suo periculo, aut ex Iudicis decreto relaxant. Itē & de cōclusionum varietate, hic obiter pauca monstrare statui mus. Non est igitur † quòd Carcerarius aut commentariensis putet sese posse criminofos vinctos vlllo modo relaxare. aut emittere, sine Iudicis ordinatione, etiâ si essent innoxij, aut dignos fideiussores, ac vades constituerent. Si enim id fecerit, extra ordinē arbitrio Iudicis plectendus est, & omnis damni restituē

3 di obnoxius. † Itidem ipse Iu-

dex qui temerè captiuum relaxat aut mādāt relaxandû, ad damni reparationē tenetur, quod hinc iustitia, siue pars aduersa consequeretur.

4 Qui criminaliter † coniectus fuerit in carcerē, absq; mandato, commissione, aut informatione præuia, is repētē citra cautionem laxandus erit. Itidē is, cuius caussa talis fuerit, vt solo exilio foret relegā dus: quandoquidem exilium nō vrget captiuum diu carceribus constringendum. Pariratione † censebitur de quouis alio crimine, quod capitis pœnam, mēbri abscisionē, publicā installationē, flagellationē, aut similia nō postulat. Captiuus capitaliter captus, nō est laxandus vinculis sub fideiussione, nisi crimen in causam ciuilem fuerit cōuertibile, & nisi fiscus niteretur ciuili conclusioni, nempe, vt reus pœnam centum librarû grossorum subiret, aut aliam multam pecuniariam. Neq; item laxandus erit, si fiscus tueretur cōclusionem criminalem in subsidium: nempe ceterum librarum grossorum, aut aliam summā intra mensē dependendā: quā nisi statuto tēpore illi exoluerit, amputetur illi pes, manus, aut aliud membrum. Sed ne tum quidem relaxabitur, quoties fiscus concludit copulatiuè, hoc



hoc pacto: damnetur summa  
centum librarū grossorum,  
& manu truncetur. In Flan-  
6 dria † vsu receptum est, vt  
quantis procurator alternati-  
uas conclusiones proferat,  
criminali tamen suæ conclu-  
sioni cōstanter innitatur, quò  
decernatur ipsi super ea per  
7 ordinem iustitia. † Similiter  
non est captius relaxabilis:  
vbi fideus alternatiuē ac an-  
cipiti institerit conclusioni: vi-  
delicet, præcidatur manus.  
aut centū lib. grossorū mul-  
ctetur. Tum enim in pruden-  
tia iudicis fuerit, alterutrum  
adiudicare, pro qualitate fa-  
8 cti. Vfus † tamen Flandriæ,  
iam olim recepit captiuos le-  
uare, quoties procurator quo  
quo modo à conclusione pri-  
ma deflexerit, hoc est, alter-  
nauerit: quāquam ipsam cri-  
minalem conclusionē adhuc  
9 mordicus presserit. † Quis-  
quis captus fuerit ob nō iudi-  
catas, vel ob quas nō incidit  
set multas criminales, vnde  
semel liberum esse, negando  
contenderet: profectò is car-  
ceris angustiis cum cautio-  
ne hac, quòd in iudicio com-  
parebit, & iudicata persol-  
uet, leuabitur. Si verò mul-  
ta prius fuerit abiudicata  
ante subleuationem, oportet  
prius ( pro stylo & vsu ) nu-  
10 Mulieres † honestæ in cauf-

sis criminalibus, vbi crimen  
sit leue, non enorme, neque  
admodum atrox & graue, nō  
debent personaliter detineri  
neque incarcerari: sed per fi-  
deiussores de iudicij obserua-  
tione relaxari, si quidē ipsos  
nancisci & cōstituere potue-  
rint: si verò eos constituere  
nequierint, ne tum quidem  
detinebūtur, sed stabitur ea-  
rum fideiussoriæ aut iurato-  
riæ cautioni, per quam rela-  
xabuntur. Quòd si crimen  
11 fesset atrox & grauissimū,  
tunc non incarcerantur apud  
viros (vt superioribus titulis  
tactum est) sed intruduntur  
siue mittuntur in monaste-  
rium vel in Ascetion custodi-  
endiæ, aut honestis matro-  
nis traduntur, per quas custo-  
diuntur, vt inquit text. nota-  
bil. in authen. vt nulli iudi. §.  
necessarium. versic. si verò cri-  
men sit, &c. in auth. hodie no-  
uo iure. C. de custo. reg. Hæc  
12 autē † intellige de mulieribus  
honestis, honestamque vi-  
tam degētibus. Quandoquid-  
em mulieres infames, impu-  
dicæ, & inhonestæ, huiusmo-  
di priuilegio frui nō meren-  
tur, D. Bar. eximio ita attestā-  
te in d. auth. vt nulli iudi. §.  
necessariū, atq; Bal. & docto-  
ribus ita tenētibus in d. auth.  
hodie nouo iure. Cessio fat-  
que bonorum renūtiatio ni-  
hil habet loci, nil purgatio-  
nis

nis in lite criminaria, in qua captus patiēter criminis mulctam, emendationem corporali pœna subeat, necessum est, dum nec re nec opibus hanc aliōqui præstare potue-

- 14 rit. † Paupertas igitur nequaquam illū à pœna excusabit,  
 15 Regulare enim est † vt qui nō habet in ære, luat in corpore, ex quo sumere hanc conclusionem nec extraneū fuerit: Qui pœnā pecuniariam præinopia soluere nō possit, corporalem pœnam sustineat, & corpore iure plectatur, l. j. §. generaliter. ff. de pœnis. Vbi text. Generaliter placet in legibus publicorum iudiciorū, vel priuatorum criminū, qui extra ordinem cognoscunt præfecti vel præsides, vt eis qui pœnam pecuniariā egen tes deludunt, coërtionē extraordinariā (nempe corporalem) indicant. & ad hoc notat illud Bart. ibi, & l. si quis id quod iurisdictionis. §. in seruos. ff. de iuri s. dic. omn. iudic. vbi in corrumptem album prætoris, datur actio popularis quinquaginta aureorum, sed in seruos, si non defendantur à dominis, & in eos qui inopia laborāt, corpus torquendum est, ait text. & ibi per Odofr. & l. fin. ff. de in ius voc. vbi si libertus vocet in ius patronum sine venia, incidit in pœnā quin-

quaginta aureorum: si verò laboret inopia, castigatur in corpus, & cap. ad liberandū, ext. de iudeis. vbi Christiani, arma, ferrū & lignamina galearum deferentes & apportantes Sarracenis, excommunicantur, & anathemate notantur, nec possunt ecclesiæ reconciliari, nisi omnia restituant, quæ ex cōmercio tam damnato perceperint, & tantundem de suo transmiserint in subsidium terræ sanctæ, Quod si fortē soluendo non fuerint, sic aliās reatus taliū castigabitur, vt in pœna inפורים, aliis interdicitur audacia, similia præsumendi: nam poterunt subiici verberibus loco pœnæ, secundum glos. ibi in verb. Sic aliās, aliquot passus allegantem, & l. cum sic iniustum. C. de sepul. viola. vbi si quis propter debitum defuncti, impediatur defuncti sepulturam, punitur pœna quinquaginta librarū auri, aliōqui laborans inopia luit corpore, dicente textu, Eum verò, qui in huiusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere: vel si minus idoneus ad eam pœnam persoluendam sit, suo corpore sub competēti Iudice pœnas lue-re statuimus, & text. in l. quicumque. C. de seruis fugit, vbi suscipiētes seruū fugitiuum  
 tenen



- tenentur eum restituere, & insuper cum eo parē seruum dare, vel cum eo xx. solidos reddere. Quòd si ad prædictam pœnam soluendam, is qui susceperit, minimè sufficiat, æstimatione competentis Iudicis castigatio in eum procedat. Allegare plura alia iura potuissimus, sed quia plus ostentationis, quàm fructus in eo situm, reliqua hic silentio præterire duximus: hæc pauca ex proluxa disputatione D. Frederici Schenck ex Baronib<sup>9</sup> de Tautēburch Iuriconsulti, viri in legum studiis nō parui nominis, in sua Triade forensi, sub titu. De liberto actore vel reo. c. iij. sufficiant. Vbi proculdubio illud præcitatum vulgare axiōma. Qui non habet in ære, luat in corpore, admodum feliciter discussit & examinavit, quem loco ac tempore studiosis petere licebit.

De Fideiussione in re,  
seu materia criminaria.

CAP. XX.

S V M M A E.

- 1 Reorum relaxandorum sub cautione, quatuorplex ratio & differentia.
- 2 Index detinens volentem idoneè satisfacere, tenetur iniuria-

rum actione.

3 Captivus criminalis non valens constituere fideiussores, captivus permaneat.

4 Penam corporalem nemo, nisi res ipse subire poterit.

5 Nemo sui corporis periculo pro alio fideiubere poterit.

6 Membrorum suorum dominus nemo est.

7 In insigendis pœnis corporalibus, habenda personarum ratio.

8 Iudex acriter expendat fideiussiones in crimine criminali.

9 Bartoli distinctio in fideiussione criminorum.

10 Baldi distinctio pro fideiussione criminorum.

11 Quæstio, quomodo nobilis per cautionem relaxandus.

12 Quando fideiussio extinguitur, & quando non.

13 Fideiussionis amplitudo in re criminaria.

14 Non constituendi fideiussores, de non inferendo maleficio.

15 Maleficus non solum pro maleficio, in gravioribus criminibus: sed &c.

16 Maleficorum bona, fisco committuntur, salvo creditorum iure.



VANDOQUI dem iamā præcedēte cap. nō nullarū relaxationū mētionē

fecerimus, hoc loco nō ab re fuerit & alterius speciei relaxationis meminisse quæ sit, quum crimen dubium est, &

Iudex est in actu inuestigandæ veritatis : quæ fieri solet fideiussore præstato per Reū de se repræsentando, quoties ad hoc fuerit requisitus, hoc est, ad libitum & voluntatem Iudicis: vel de non recedendo ex certo loco, ciuitate, oppido, castro, aut prætoris palatio, sine Iudicis licentia, & de soluendo pœnam. Examinemus nūc de quibus criminibus siue delictis sit relaxandus Reus sub cautione prædicta: Id itaque paucis admodum, vnica nēpe distincti iuncula fiet. Est nanque Reus aut in crimine, ob quod venit illi imponenda duntaxat pœna pecuniaria. Hoc autem casu Reus aut fuit confessus aut plenè conuictus: quo non debet relaxari, sed detineri, donec persoluerit pœnam. l. si confessus. ff. de custo. & exhib. reo. Aut nec cōfessus nec conuictus fuit: hoc casu debet relaxari præstata cautione digna de se repræsentando, vel de non recedendo ex certo loco, vt inquit Bart. in l. j. ff. eod. titu. de custod. & exhib. reo. vbi post Iacobum de Arena, declarat istum articulum reducēdo ad praxim. Pro quo item facit text. in l. fin. C. eod. titu. l. j. & l. si quis. ff. eo. tit. In quibus iuribus in effectu disponitur, quod in criminibus illis, in quibus ve-

nit imponenda pœna pecuniaria, Reus debet præstato idoneo fideiussore, relaxari. Et ratio est, quòd pœna ipsa non minùs satisfieri potest fisco per fideiussorem, quàm per principalem, argumento l. denique. & l. sequent. ff. de iure fisci. Quinimò, si Iudex velleret retinere Reum restrictum citra relaxationem, qui paratus esset prestare idoneum fideiussorem, posset tum agi contra Iudicem in syndicatu, actione iniuriarū, vt no. Bar. in l. si verò pro cōdemnato. §. j. ff. qui satisd. cogan. Si verò captiuus criminalis non poterit constituere fideiussores, necesse est captiuus permaneat, teste Bartol. in d. l. j. ff. de custod. & exhib. reo. & in d. l. si verò pro cōdemnato. §. j. & l. eos. j. §. super his. C. de appella. Aut certe crimen leue est, & nequam atrox. tum fideiussoribus relaxabitur. l. diuus. j. ff. de custo. & exhib. reo. Aut crimen est atrox, vel tale, ob quod incidit in pœnam corporalem, isto casu non debet Reus regulariter per fideiussores relaxari, sed personaliter detineri, dicta l. diuus. j. Ratio est, ne eludatur iudicium, si postquàm repertus fuisset culpabilis, fugam arripere: id nanq; esset propriè iudicium fallere, & eludere: quod



quod scilicet huic pœnæ corporali non possit per alium,  
 4 quàm ipsummet Reū † principalem satisfieri, tamen si fideiusfor expressè se antè obligasset ad quamlibet pœnam corporalè, & dixisset se velle subire omnem pœnā in corpore suo, quam reus pateretur, si in carcere ad sententiā vsque fuisset detentus. Nemo  
 5 † enim poterit se deuincire ad sistendum quempiam iudicio sub pœna proprij capitis, corporis, aut membri sui: quòd hac in re nullus sui corporis aut membri dominus fuerit. Attamen principali,  
 6 † & ei cuius res agitur, licebit se obligare ad redeūdum in iudicium, sub pœna duntaxat quasi cōfessi criminis, 8  
 pendendi scilicet beneficij, remissionis, alteriūsve gratiæ, exilij subeūdi, aut similiū: non autem sub pœna capitis, pugni, oculi, alteriūsve membri, trita l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & videre D. Bart. in d. l. j. ff. de custo. & exhib. reo. necnon ca. de occidendis, c. si non licet, & c. cū homo, xxij. q. v. in quibus quidem iuribus habetur, quod † quando sumus in huiusmodi criminibus, in quibus venit inferenda pœna corporalis, sit personarum ratio ac distinctio, pro modo facultatum, dignitatis, honoris, pro cri-

minis qualitate, innocētij Rei, & similib. iuxta text. l. j. crebrò allegatum, ff. de cust. & exhib. reo. & secundum ista iudex decernet, an Reus sit detinendus in carceribus, an in palatio, militibūsve custodiendus, an fideiusforibus committendus, qui erunt fideiussores, non de representando, sed de sistendo in certo loco, & non recedendo ab illo: aut in vinculis cōficiendus, secundum quod declarat D. Bart. dictum illud lac. de Are. in d. l. j. in ij. col. & sic iudex secundum qualitates & conditiones istas, arbitrabitur modū detentionis ipsius Rei secundum quod considerat Iurisc. in saepenumero allegata l. j. Quare † iudicis hic fuerit diligenter expendere, quo pacto fideiussiones in crimine criminali acceperit. Si enim hinc vllum oriretur incommodum, id omne fisco aut parti per ipsum deperdendum esset, aut Reus est in crimine, ob quod inferenda fuerit pœna arbitraria: & isto casu, an Reus sit fideiusforibus relaxandus, an non, Bar. in d. l. j. ff. de custo. & exhib. reo. hunc in modum distinguit; Aut † delictum est adeò turpe, vt verisimile sit Iudicem ob id impositurum pœnam corporalem, & tum iudicatur sicut de pœna corporali

porali simpliciter, ideóq; nõ erit fideiussoribus relaxandus, d.l.j.ff. de cust. & exhib. reo. Aut verisimile est iudicem arbitraturum, pœnã debere esse pecuniariam, & tum licebit relaxari: d.l. Si verò pro cõdemnato, §. j. ff. qui satisd. cogantur. isto enim casu iudicatur de eo, sicut de crimine, pro quo venit imponenda pœna pecuniaria simpliciter, d. l. si verò pro cõdemnato. & videte Bart. in d. l. j. qui tamen (venia tanti viri dixerim) non ita distinctè loquitur: sed quærit, Quid si per defectum pœnæ pecuniariæ veniret imponenda pœna corporalis, fas erit tũ per fideiussores relaxari? & regulatiter id fieri posse concludit negatiuè. Post tamen explicat modũ & cautelam, quomodo possit relaxari, videte ibi per eum. † Subtilis autem Bald. in d.l. nullus, C. de exhib. et alia vitur (suo more) distinctione, & clario re ac copiosire, dicens: Aut sunt rei in crimine, ob quod venit imponenda pœna ordinaria, aut extraordinaria, & arbitraria. Primo casu, id est, quando ordinaria & determinata, aut est pœna corporalis, aut pecuniaria: si corporalis, non erit fideiussoribus relaxandus, imò detinendus & custodiendus in car

cere, d.l. nullus, in fine, & l. si quis in ea. C. de custo. reo. & l. j. ff. eo. titu. Quando autem est cõfessus delictum, aut legitime conuictus, non solum est detinendus, sed etiam in vincula coniiciendus ad sententiæ definitionem, & denique ad ipsius sententiæ executionem, d.l. nullus, in principio, & l. si confessus, ff. eod. tit. ideò tunc non est per fideiussores relaxandus: quandoquidem fugiendo posset illudere Iudici, & pœnam debitam iniquè iustitiæ suffurari, quòd vtique non fuerit in potestate fideiussoris soluere iudicatum, teste Bald. in d.l. nullus. Si autem imponenda sit pœna pecuniaria, & reus confessus delictum fuerit aut conuictus, non erit simili ratione relaxandus, sed detinendus, & cõfessim cõdemnandus, d.l. j. & fin. C. de custo. reo. & l. si confessus, ff. eo. titu. Aut si non confiteatur, sed negat, debet per fideiussores dimitti: sed debebunt hi promittere de eo representando, & iudicato soluendo, d.l. j. ff. de custo. & exhib. reo. Huic seruit etiam text. in l. cum clericis. §. j. & §. ipse verò. C. de episco. & cleri. qui text. si rectè syncerèque inspiciatur, propriè loquitur de fideiussore huiusmodi: nempe de representando, &



stando iuri, & iudicato sol-  
uendo sub certa pœna. Ter-  
tio verò casu, dum reus est in  
pœna arbitraria, dicit Bald.  
considerandam esse criminis  
qualitatem, loci, iudicis, &  
fori consuetudinem, & con-  
ditionem personæ, quemad-  
modum notatur in simili, in  
l. quid ergo. §. pœna grauior,  
ff. de his, qui notan. infra. vnde  
si verisimile fuerit, pœnam  
esse corporalem, idem tum  
iudicabitur, quod de ordina-  
ria corporali: si verò constet  
pœnam esse pecuniariã, idẽ  
in iudicãdo seruabitur quod  
in pecuniaria ordinaria. Præ-  
dictis vt cunq; enarratis, lu-  
bet hic inferere quæstionem  
notabilem, & vñibus nostris  
sæpe frugiferam, cuius recor-  
datus est D. Paulus Grillan-  
dus in suo tract. de relaxatio-  
ne carceratorum. sub cap. de  
fideiussoribus reorum, nu-  
mero 8. † Spectatæ fidei &  
autoritatis vir quispiam, no-  
bilitate, opibûsque præcel-  
lens, accusatur alicuius cri-  
minis, ratione cuius de iure  
communi aut ex statutorum  
forma, pœna corporalis ve-  
nit imponenda. Hic in ius  
vocatus seu citatus compa-  
ret: examinatus omnia neg-  
gat: iudex vult ipsum deti-  
nere, donec absoluator pro-  
cessus, & purgentur indicia.  
Replicat dicendo, quòd est

paratus seipsum obligare de  
se representando toties, quo-  
ties, &c. sub pœna mille du-  
catorû, &c. & de stando iuri,  
& parèdo iudicato: vel dicit,  
quod vult præstare idoneam  
cautionẽ de se representãdo,  
vt suprà. Quæritur, an iudex  
poterit illum relaxare sub  
tali fideiussione, vel propria  
obligatione? videtur prima  
facie respondendum nega-  
tiuè: quia cum sit pœna cor-  
poralis, posset eludi iudiciũ,  
vt antè diximus, & notatur  
in d. l. j. C. de custo. reo. & l. fi.  
C. de requir. re. Contrarium  
tamen veritati arbitror con-  
sonum: Quòd iudex pro cri-  
minis qualitate, & magna  
personæ conditione, pro di-  
gnitate vel innocentia, pote-  
rit arbitrio suo detentionem  
ipsam moderari, ac dictũ no-  
bilem dimittere, aut sub pro-  
pria iuratoria, aut sub fide-  
iussoris obligatione, de se re-  
presentando, vel de non de-  
cedendo ex certo loco, secũ-  
dum quod notat Barto. in d.  
l. j. ff. de cust. & exhibit. reor.  
Concludendum est igitur,  
Iudici in relaxandis aut re-  
seruãdis reis criminosis, ma-  
gnam dari & concessam esse  
à lege autoritatem, & arbi-  
trium, teste Iurifcon. in d. l. j.  
ff. de custo. & exhibit. reo. dũ  
dicit: de custodia reorũ, pro-  
consul æstimare solet, vt rum  
in car

in carcerem recipienda sit per-  
 sona, an militi tradenda, aut  
 fideiussoribus committenda,  
 vel etiam sibi. Hoc autem,  
 vel pro criminis, quod obiici-  
 tur, qualitate, vel propter ho-  
 norem, aut propter amplissi-  
 mas facultates, vel pro in-  
 nocentia, vel pro dignitate  
 eius, qui accusatur, facere so-  
 ler: quibus coniecturis verifi-  
 mile esse videtur, ipsum reū  
 nō fugitulum, nec iudicium  
 delusurum, d. l. j. & l. non om-  
 nnes. §. à barbaris, ff. de re  
 milit. & d. l. cum clericis. §. j.  
 & §. seq. C. de episco. & cleri-  
 & per Bal. & Ang. in l. ij. C.  
 de exhib. reis. Circa prædicta  
 12 autem † obseruandum erit,  
 quòd fideiussio de repræsen-  
 tando, proculdubio extincta  
 sit, quando sententia lata est  
 in causa principali. Item &  
 ea fideiussio, quæ sit ad sisten-  
 dum iudicio, aut iudicis sen-  
 tentiæ obediendum. Verum  
 illa fideiussio, quæ facta est de  
 soluendo ac parendo iudica-  
 to, nequaquam censetur cessa-  
 re atque extincta esse, nisi  
 postquam sententiæ paritum  
 fuerit. Qui pro alio spon-  
 derit in rebus criminalibus  
 ciuilitè institutis, is malefi-  
 co nullam sponsonem præ-  
 stabit, quicumque etiam fac-  
 rit, vbi sententia lata, aut ap-  
 pellatione, reformatione, aut  
 simili modo fuerit retracta.

13 ta. Notandum † autè hic fue-  
 rit, fideiussionem hic tam la-  
 tè esse accipiendam, vt in se-  
 quoque superiorem appella-  
 tionis iudicem cōplectatur,  
 & quicquid per ipsum senten-  
 tia decernendum fuerit: licet  
 do. Hippol. de Marf. cōtrariè  
 & negatiuæ sententiæ inhæ-  
 rere videatur in sua solenni  
 repetitione Rubricæ, ff. de fi-  
 deiussoribus. sub nume. 108.  
 plurima (vt solet) ibidem al-  
 legans, ad medium tamen in  
 nostram opinionem conde-  
 scendens, cui etiam seruiunt  
 quæ idem Hippolyt. posuit  
 in d. Repetitione, num. 91. ad  
 q. An fideiussor teneatur ad  
 augmentum: quem, occasio-  
 ne emergente, videre nec  
 graue fuerit. Nemo etiam  
 cogendus est, fideiussores  
 14 † constituere de nullo ma-  
 leficio inferendo: ad id enim  
 difficulter quis fideiussores  
 15 inuenerit, † in grauioribus  
 delictis criminaliter inten-  
 tatis, non licet vni malefi-  
 co præbere fidem pro alio:  
 sed licebit id in paruis de-  
 lictis, ciuilitè institutis. Et  
 vt præsens cap. absoluiamus,  
 sciendum est, omnia male-  
 ficorum bona, credita & cō-  
 stituta esse in manu Fisci,  
 dempto creditorum iure,  
 quibus hic semper ius potis-  
 simum permanet, tritissi-  
 ma lege aufertur. §. Fiscus.



ff. de iur. fisci. Multa hinc addita, quæ declarari potuissent cap. præcedente.

De captiuorum seu vincitorum aggrauatione.

C A P. XXI.  
S V M M A E.

- 1 Incarceratus an possit recom- mendari?
- 2 Processus prioris causæ. semper præcedit.



1 **Q**UISQVIS vnus maleficij causa captus seu vinc- tus fuerit, alterius quoq; maleficij gratia ab alio Offi- cuario grauari poterit, quod & vulgò dici solet: Is qui est recommedatus in carceribus ex vna causâ siue delicto, po- terit ibi recommedari & ag- grauari ab eodem siue ab alio ex alia causâ seu crimi- ne. Recommedare nihil aliud est, quàm eum, qui est incar- ceratus, detinere etiam pro alio crimine. D. Valrico Za- sio Iurisc. clariss. teste, in le- ctura l. in ius vocari, cum dua- bus legibus sequentibus. ff. de in ius vocand. Ita tamen vt prioris causæ processus semper præcedat, neq; alterius causæ grauamine remo- retur. Cy. & Bart. in l. qui de crimine. C. de accusat. & in-

script. Huius meminit plenif- sime Bart. in l. si quis seruus. §. qui exhibendi. ff. de custo. & exhib. reo. deducens, Car- ceratus ex vna causâ, quando possit ob aliam ibi recom- mendari & aggrauari iunctis additionibus ibidẽ, ad quem nactis ocium recurrendum fuaserim.

De præsentatione siue contumacia.

C A P. XXII.  
S V M M A E.

- 1 Citato non licet contemnere Iu- dices euocationem.
- 2 Competentia iudicis in crimina- libus, in tribus locis consideratur domicilij, delicti, & capture.
- 3 Delinquens tres contra se sor- titur Indices.
- 4 Citatus non comparens, quomo- do contra ipsum procedatur.



1 **C**ITATUS o t i- re criminali pullã fas erit contẽnere Iu- dices euocatio- nẽ, sed corã ipsius tribunali cõpareat, oportet, modò is cõ- petens fuerit. l. si quis ex alie- na. ff. de iudi. & ibi Bal. & An- ge. videte Bar. in l. nõ videtur. ff. eodem tit. In tribus autem locis, t̄ Iudicis competentia in criminalibus spectabitur, videlicet in loco vbi citatus morat

moratur. l. ij. C. de iurisdic. omn. iud. & ibi Bal. ac eius sequaces, vbi delictum commissum fuerit. l. j. & authē. Quia in prouincia, & ibi Bal. aliiq; scribentes. C. vbi de crimin. agi oportet. & l. iij. ff. de offic. præsid. Et vbi citatus captus  
 3 fuerit. Itaq; t̄is qui delinquit, tres contra se sortitur iudi-  
 4 ces, Bal. in d. l. j. Quoties t̄citatus comparere neglexerit, contra ipsum proceditur per non cōparationem, cap. absens. iij. quæst. ix. vti ex sequētib; doceberis. Verūm si is captus fuerit, atque crimen existat capitale, nulla opus est præsentatione super rotula (vt aiunt) aut comparitione in consistoria, quod tum processus formetur extraordinariē in carcere, nisi certē fuerit aduersa pars conquirens: aut crimen ipsum non fuerit capitale: quibus casibus procedendum esset ordinariē, ac causā præsentanda.

### De comparitione in materia criminali.

C A P. X X I I I.

S V M M A E.

- 1 Procurator in causa criminali, interuenire an possit?
- 2 Officium suum alicui esse damnosum, est iniquum.
- 3 Causæ ob quas procurator in cri-

minalibus interuenire nequit.



N R E B V S  
 † siue materiis criminaliter institutis, citatus ipse personaliter compareat, necessum est: per procuratorem autem minimē, secundum D. Barto. theoreticam, in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. & in l. seruū quoq; §. publicē. ff. de procuratorib; Copiosē D. Alexander in d. l. accusatore. §. ad crimen. Doctores in cap. veniens, ext. de accusat. coniuncta ibidem optima & memorabili glo. in verb. Criminali. in cap. in criminalibus. v. quæst. iij. in cap. si quādo. ij. quæst. vj. in cap. absens, iij. quæst. ix. latissimē D. Alexander in ij. volu. consiliorum, consil. cxvj. Lud. Rom. consil. ccxv. & D. Matthæus de afflictis, in suis decisionibus Neapolitanis, decisione lxxij. Ratio, Quod vtiq; sententia contra procuratorem proferenda, nihil in ipsius procuratoris personā agere poterit, vt qui nihil peccauerit, eōq; indignus sit, qui alterius viri peccati pœnā immeritō sufferat. Quod indignum si quando contingeret, nullā vicissim actionem haberet procurator in constitutorē suum, vt à condemnatione liberaretur. Vnde † colligeretur



procuratorium officium, ipsi De procuratoribus in re  
procuratori haud parum ita  
fore damnosum: quod cum  
rationis equitate apertissime  
pugnat, l. sed si quis. in prin.  
ff. de testamen. Sunt prætereà

- 3 & talia complures rationes, 1  
cur ipsum maleficum iudici  
personaliter sistendum velint: 2  
quas & Barthol. à Chassa. iu 3  
rium doctor expressit abun-  
de in Commentariis consue-  
tudinum Burgundia, titulo, 4  
*Des dreictz & appartenanz*  
*à gens mariés. §. v. fol. 145. nu.* 5  
23. 24. 25. 26. 27. Quod ini-  
quum foret procuratorē pro  
caussa sui (quē defendit) ma-  
lefici absentis, cōdemnari ad  
mortem vel aliam poenā: de- 1  
inde, ne iudicium fiat illuso-  
riū, neve maleficia relinquan-  
tur impunita: & quod princi-  
palis acrius, meliusq; propria  
defendat causam, quā pro-  
curator. Postremò (quæ rati-  
onum omniū vna est ef-  
ficacissima) quòd ex male-  
fici citati comparatione, ex-  
hibitione & præsentatione,  
eque ipsius vultu, aspectu,  
qualitate personæ, constan-  
tia, trepidatione, ex oculo-  
rum sermonisq; indicio plu-  
rimum iudex consequatur  
indicij, & censuram subin-  
de multo certissimam, quā  
ex procuratoris constitutio-  
ne, nunquam eliceret.

CAP. XXIII.

SVMMAE.

1 Procurator in causa crimina-  
li regulariter non admittitur.

2 Aliquot fallentie.

3 Procurator in crimine publici  
iudicij, ad allegandum causas  
absentia admittitur.4 Reipublica vile est, absentes à  
quibuscunque defendi.5 Absens criminofus non damna-  
tur.

N CRIMINA  
libus negotiis  
tam publicis,  
quā t̄ priua-  
tis, non solet

quispiam regulariter ad con-  
stitutionem procuratoriam  
admitti. D. Bartol. in l. accusa-  
tore. §. ad crimen. ff. de publi.  
iudic. & in l. seruum quoque.  
§. publicè. ff. de procurato. D.  
Alexander latè in d. l. accusa-  
tore. §. ad crimen. Scribentes  
in c. veniens. extr. de accusat.  
coniuncta ibi celebri glos. in  
verb. criminali. in c. in crimi-  
nalibus. v. q. iij. in c. si quādo.  
ij. q. vj. in cap. absens. iij. q. ix.  
Alexā. in ij. col. consiliorum,  
consil. cxvj. Luc. Rom. consil.  
ccxv. D. Matth. de Afflictis in  
suis decisionibus Neapolita-  
nis, deci. lxiiij. & l. j. ff. an per  
2 aliū caus. appel. agi pos. t̄ Ver-  
rūm

vum multifariam cōperimus hanc regulam fallere. Primò nanque, Academiis, Vniuersitatibus, atque Collegiis permittitur in causis criminalibus constituere procuratores vel syndicos: quòd in ipsa iudicialis censura, veluti in priuatas personas, non cadunt. Et si vniuersitas conuenitur, non potest respectu vniuersitatis, esse pœna capitalis, ideòque defendi potest per syndicum: Cùm enim vniuersitas non deliquerit verè, nõ poterit capitaliter puniri: sed illi de vniuersitate, qui interfuerunt facto vel consilio, bene possunt capitaliter puniri, si crimè est capitale, argumèto l. j. §. j. ff. de magistra. conueniend. Specu. in tit. de accusato. vers. quid si vniuersitas deliquit. Bald. in Specu. de pace Constã. §. damna, in ver. & ideò nos videmus. & in l. Polia. in vers. extra quæro quid erit. C. de his, quib. vt indig. & in Spe. de accusatore, vers. Sed nunquid potes. Secundò in accusatione ingrati tudinis, cùm quis aliũ ingrati tudinis accusat. l. sed & hæ personæ. §. patronus. ff. de procuratoribus. Deinde in minoribus siue leuioribus criminibus, argumento l. leuia. ff. de accusat. & l. j. §. j. ff. an per aliũ cau. appel. agi. pos. & ple nè notatur in d. l. seruũ quo-

que. §. publicè. In criminibus non criminaliter, sed ciuili ter institutis. c. tuq. ext. de procurato. & c. super his. ad fin. ext. de accusatio. In consortibus leuiorum criminum: pos sunt enim hi loco alterius in eodem crimine cõsortis constitui, vt meminimus sup. tit. de fideiussione in re crimina ria. In crimine iniuriarum, in quo illustis persona etiã per procuratorem intendere & excipere potest. cap. absens. §. nisi. iij. q. ix. & l. vlt. C. de iniuriis. In crimine suspecti tutoris. l. non solum. §. vlt. ff. de procuratoribus. quod Innocen. & Ioann. Andr. extendunt ad prælatum suspectum. In domino defendente seruum in crimine. l. si cui. §. pœna. ff. de accusatio. Item in quouis crimine publico aut priuato, quod sola relegitione, aut pœna pecuniaria dignum est, potest procurator suæ petitioni, aut reputationi instanter inniti, ad excusandum, excipiendum, probandum, confurandum. Postremò, in quibusuis negotiis, quæ principalis ipse coram & præsens efficeret ac præstaret. l. prima. §. primo. addita gloss. in verbo. Ignominia. ff. an per aliũ causa appellationum agi possint. dicto capitulo, veniens. extr. de accusationib.



iuncta ibidem glos. in verb. Criminali, d. l. seruuum quoq; § publicè, cum glossa magistrali, in verb. Datur, ff. de procurat. Verùm in delictis, quæ  
 3 †merentur corporalem sanguinis pœnam, nunquã procuratori principalis absentia occupare, intendere & excipere licebit, nisi ad enarrandum malefici capitalis absentia causas, vel exceptiones obiciendas, d. l. accusatore, §. ad crimẽ, & ibi amplissimè Bar. fa. l. absens, ff. de procur. & l. reos, C. de accus. quia reipublicæ † vtile est absentes  
 4 à quibuscunq; defendi, & quemlibet pro eo verba faciẽtem audiri, d. l. seruũ quoq; §. publicè, & c. reos, xxiiij. q. v. dictis tribus gl. in verb. Ignominia, Criminali, & Datur: quas videre poteris has fallentias describentes. In criminalibus verò, vbi statutorum benignitate criminalia conuersa sunt in ciuilia, licebit procuratori absentis criminosi occupare defectũ, & absentiam, Veluti si statutum sic habeat: Quisquis alium occiderit, dependet mille libras Paris. vel similem summam pecuniariam: vbi procuratori fas erit occupare per vniuersum rei processum. Sin hoc pacto statutũ habeatur, Qui alterum occiderit, vel decollabitur, vel mille

librarum Parisensium summa multabitur, non esset eo casu admittendus procurator: quòd capitalis pœna principalis pœnæ loco sit posita. Non † sinunt iura absentem criminofum condemnare (imò diuinæ & humanæ leges hoc prohibent) quòd ipsemet ludici, neque tit auditus, neque aliàs per procuratorem sese ludici sistere liceat, l. absentem, ff. de pœnis, addita ibi gloss. in verb. Absentem, l. absentem, C. de accusat. & d. c. absens, iij. qò. ix. Verùm si ederetur statutum, vt absens contumax ob id criminaliter condemnari posset, tanquam in iudicio victus tum licitum esset absentem ad suæ absentie expurgationem procuratorium transmittere. Nam si talia statuta contra ius commune edita & admiffa, criminofum absentem criminaliter condemnant, ex eo plurimi volunt, eadem quodque statuta non absõna ratione, absentem etiam releuare, vt vniuersum negotiũ suum per procuratorem defendat. Si verò per statutum decerneretur, vt is absens criminofus, & exul impunè posset occidi: atque ex eo deinde reperiretur, qui eundem criminofum absentem, & exulem neci dedisset, poterit tum hic procuratorem sufficere, qui suam

suam absentiam excuset, al. 6  
legans & deponens eum oc-  
cium fuisse exulem. Non- 7  
nulli dicunt, si ante litis con-  
testationem non excuset contra  
procuratorem exceptum, nō  
licere procuratorem deinde 9  
reiiicere. Sed apertè vetant  
iura contrarium, nemini fas  
esse in criminalibus atque  
adeò capitalibus causis ad  
absentem defendendum, oc-  
cupare. Atque is procurator  
qui hoc tentaret, non esset à  
Iudice admittendus, etiam si  
pars aduersa ipsum non reii-  
ceret.

De exonerando in  
materia crimi-  
num.

CAP. XXV.

SVMMAE.

- 1 Qui criminaliter vitatus, com-  
parere in causa nequit, debet  
se exonerare per eum quem  
velit.
- 2 Indigni & inhabiles in causa  
criminali admittuntur ad exo-  
nerandum.
- 3 Mulier vel minor potest com-  
parare ad exonerandum.
- 4 Praxis recipit, vt exoneratio-  
nem habeat in mandatis ab ab-  
sente, sedque iuret.
- 5 Patri in capitalibus permitti-  
tur impedire contumaciam fi-  
lij, & e contra.

- 6 Pater & filius censentur vna  
persona.
- 7 Pater filij causam defendens,  
seipsum censetur defendere.
- 8 Excusationes quae impediunt  
absentem comparere.
- 9 Graues morbi & periculosi exo-  
nerant.
- 10 Leues morbi &c. nequaquam  
excusant.
- 11 Absentia ob officium, excusatio-  
nem, siue reclusus exonerationem  
parit.
- 12 Insigne patriae aut Reipublicae  
commodum, citatum excusat.
- 13 Venti validi & tempestates  
quando excusent.
- 14 Mulieres impregnatae, à com-  
paritione sunt excusabiles.
- 15 Bella à comparitione excusatio-  
nem praestant.
- 16 Pestilentia excusant.
- 17 Aëris intemperies, à compari-  
tione excusationem tribuit.
- 18 Aegritudines ex acrimonia vi-  
ni, mors proliis, & similia infor-  
tunia, nullam praestant citato  
excusationem.
- 19 Contumax nequit reputari, quò  
citatus comparere non tene-  
tur.
- 20 Excusationes aliae necessariae,  
aliae probabiles, aliae merè volun-  
tariae.
- 21 Infirmitas à comparitione ex-  
cusat.
- 22 Incarceratio itidem à compa-  
ritione excusat.
- 23 Inimicitiae capitales tribuunt  
citato excusationem.





**Q**VI criminaliter citatus, † cōparere ex causis non potest, debet sese exonerare per eum, quem velit, cuique quān optimē fedit, si quidem legitima exonerandi subsuerit causā. Atq; hoc casu nō modō procurator, sed & quiuis alij, procuratorio munere etiā indigni † aut inhabiles, sunt admissibiles: veluti vxor, liberi infra xxv. annorum ætatē, æquites † aurati, religiosi, & similes, Bar. in l. accusatore, §. ad crimen. num. 17. ff. de publi. iudic. no. 8  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 † in capitalibus permittitur impedire contumaciam filij (vt nonnullis placet) si is pater sub condicta pœna. cautionem constituerit de filio ad designatum diem sistendo Iudici. Barto. in d. l. accusatore, §. ad crimen, num. 8. argumēto. l. j. ff. de liber. homi. exhibend. Aliis verò videtur hu-

iusmodi cautionis siue satisfationis constitutionem patris pro filio, non esse necessariam, quod † utique pater, & filius eandem quasi personam fictione legis exhibeāt, sintque tanquam vna persona, l. fina. ad finem. C. de impuber. & aliis substitut. & ibi Barto. & §. ei verò, qui. & ibi Ange. Instiru. de inutilib. stipula. adeò † vt pater filij causam defendens, seipsum censeatur defendere. Simili ratione & filio datur in criminalibus impedire contumaciam patris, ob rationes iam habitas. Aequa fuerit † proteclatio, si executor ipse sine fraude testetur, citatum alibi esse captum: idq; constet artestatione siue certificatione iustitiæ eiusdem loci aut simili. Item fortiter absentem citatum excusat, si constiterit, quod is in manus, & arbitriū competentis Iudicis, sese ab eodem crimine purgandum dederit, & crediderit. Pari ratione per alium excusatur, si Iudici palām fuerit, ipsum eodem tempore coram superiori Iudice citatum, cuius iussibus, & authoritati † æquius parendum fuerit. Graues item morbi, & periculosi, si quidem ij duorum, aut ipsius medici (cui hic fidem habere par est) testimonio, Iudici innotuerint, citatum, alter

- alterius ope intermedia, con-  
 stanter excusant, ac exone-  
 rant. Leues verò morbi, læ-  
 siones parvæ, levis rei iactu-  
 ra, aut aliud simile impedi-  
 mentum, nulla ratione cita-  
 tum de personali præsentatione ac comparitione excu-  
 sant. Quod huiusmodi leuicula ludicè parum admodum  
 17 moueant. Absentia t̄ ob officium, & obsequium Principi præstandum. l. si cui. §. tamdiu. ff. ex quib. caus. maio. notat Bart. in l. abesse. eo. ritu. Bald. in l. ab eo. C. quomodo & quādo iudex, & l. qui com-  
 11 meatus. ff. de re milit. aut ob testimonium eodem tempore coram alio tribunali feren-  
 12 dū: Aut t̄ ob insignie aliquod patriæ aut reipublicæ com-  
 modum excusat, & exonerat citatum, l. fin. C. de cursu publi. lib. xij. & in l. iubemus. C. de nauib. non excusan. lib. xj. & l. j. C. ut nemini liceat inempt. spec. se excusa. lib. x.  
 13 Similiter t̄ excusant validi vēti, & tempestates eum, cui per mare traiciendum fuerit, l. ij. §. si non, ad medium. 38  
 14 ff. si quis cautio. Mulieres t̄ in prægnatæ, aut nō ita dudum ē puerperio leuatæ, hac quoque parte sunt excusabiles, facit d. l. ij. §. si nō bella. Pesti-  
 15 lentia, t̄ idque genus alia pe- ricula t̄ in loco citati similiter excusant, D. Matthæo de  
 afflictis attestante in suis de-  
 cisionibus Neapolitanis, de-  
 cisione 50. nume. 2. & 4. c. ex  
 parte, j. & ibi Doct. Bal. Alb.  
 & Philip. ext. de appella. & l.  
 recusare. §. fina. & ibi Bal.  
 & moderni, ff. ad S. C. Treb. fer-  
 uit. glo. in Clementina, ne in  
 agro. in verb. Rationabili, de  
 17 statu monach. Vbi aëris t̄ in-  
 temperies, infirmitas, & plu-  
 ra alia haud dissimilia, à Cō-  
 paritione, & residentia excu-  
 sant: notatur in l. ij. §. penul-  
 timo, ibi, vel aliqua fortuita  
 calamitas & c. ff. si quis cau-  
 tionib. crebrò allegata. quo  
 textu, Summus pontifex Gre-  
 gorius xij. se excusauit, quare  
 non venit ad concilium Pi-  
 sanum, timens grauitatem  
 cœli Pisani, vt refert Maria-  
 nus in c. veniens, ext. de accu-  
 sationibus. & Felinus in cap.  
 accedens, secundo. versiculo,  
 Sexta conclusio, vt lite non  
 contesta. & est celebris gloss.  
 in verb. Suorum infirmitate.  
 in capit. cum filius, xxiiij. di-  
 stinctione. & in cap. quorun-  
 dam, lxxiiij. distinct. Verum  
 38 ægritudines t̄ ex acrimonia  
 vini, mors prolis, aliæque si-  
 milia infortunia, nullam præ-  
 rexunt citato apud Iudicem  
 excusationem, nisi ipsi id ita  
 visum fuerit. Ad prædicta  
 possent adaptari ea, quæ no-  
 tat D. Matth. de Afflictis in  
 suis decisionib. Neapolita-  
 nis,



nis, decisione 289. atque D. Feli. in cap. accedens. 2. ext. vt lite non contesta. quæ omnia atque singula videre poteritis. Nec † potest dici contumax, si non compareat: quia nequaquam potest reputari contumax, qui citatus non tenetur comparere, secundum Bal. in l. generaliter. ij. colum. C. de Episco. & clericis. Epilogando tamen dicamus cum D. Bart. in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. referente Inno. in ca. veniens 1 ext. de accusat. † Nonnullas esse excusationes necessarias, quæ impediunt absentem comparere: nempe quæ 21 citatus sit infirmitate impeditus vel 22 carceratus † vel simili ex causa comparere aut transire iter nequeat, habebitur ratio humanitatis, sicut haberi solet & hyemis, & nauigationis, & ceterorū, quæ calu cōtingunt, dicta l. si cui. §. tandiu. Alias excusationes esse probabiles, quæ eum excusare à comparendo possent, tamen venire possent, si 23 vellet, vt puta, quia † in illo loco habet inimicitias capitales, & ita à comparitione excusatur. l. de atate. ff. ad S. C. Treb. Faciūt notata in Clement. pastoralis, de re iudica. & tunc si procurator cum mandato comparet ad eum excusandum, admitteretur, se-

cundum Bal. loco præallegato. Aliàs esse merè voluntarias vt pote, tu non es meus Iudex, & similes. Plura apud D. Bar. egregiè tractata loco sapiusculè citato, reperire haud dubio poteritis.

De publica fide, siue (vt vocant) Saluiconductu.

CAP. XXVI.

S V M M A E.

- 1 Saluiconductum an Iudex possit dare citato?
- 2 Saluiconductum conferre, solius Principis est, &c.
- 3 Saluiconductus subinde Iudici, vtgente ex causa, ac partis vocata, conceditur.
- 4 Saluiconductus à Iudice expediri debent, cum prudenti cognitione rerum ac informatione debita.
- 5 Saluiconductus interdum non seruatur.
- 6 Saluiconductus in fraudem & rei publicæ dispendium, à Iudice non largitur.
- 7 Saluiconductus etiam iuratus, non seruatur delinquenti secundum Baldum.



VANDO citatus procura uir per alterū semel de absentia expurgatū reddere, siue exonerare, dicēs, sese ad cōparendū non aud

audere committere itineri, 4 grauibúsq; causis, † & non  
 metuens ne ab aduersario nisi parte aduersa vocata, vt  
 suo in via forsitan interem- in Auth. de mād. princ. §. sed  
 peus, vi & crudeliter inter- neque, colla. iij. Et non nisi is  
 matur: mittit tum Iudex offi legitime fuerit expeditus, cū  
 carios & satellitium, sed ci- matura atq; prudenti cogni-  
 1 tati impendiis. † Porro si po- tione rerum & causarum, &  
 poscerit saluiconductū, vt se in informatione debita. Si qui-  
 curus, & periculo liber, ad- dem eiusmodi † saluicōdu-  
 5 re Iudicē valeat, in arbitrio ctus leuiter cuiquam fuissent  
 tum Iudicis fuerit ipsum sal- donati, & absq; certa rerum  
 uiconductum aut concedere, 5 cognitione, causa & modo  
 aut recusare, pro qualitate cri- debito, crimenq; ipsum adeo  
 minis, & personæ: Barto. in l. foret enorme, vt vel ipsius  
 is qui reus. ff. de publi. iudic. gratia ab Ecclesia, seu loco sa-  
 Notatur in capi. venientes. cro foret extrahendus: in Iu-  
 ext. de iureiurando, necnon dice tamen fuerit eūdem sal-  
 Feli. in cap. accedens. ij. num. uiconductum ita perperam,  
 9. ext. vt lite non contesta. Sa- & contra æquitatem permis-  
 lic. in l. reos. in v. col. Vers. ex- sum, denuo refringere, & per-  
 peditis cōtrariis. C. de accus. missione priori nil obstante,  
 Neque velim hic quisquam cōtra eundem maleficum, vt  
 existimet eum saluicondu- 6 antè, procedere. Nō enim † Iu-  
 ctum permissum esse cui- dicis fuerit vllos saluicondu-  
 2 bet indifferenter: cū ipsum ctus in fraudē, & reip. dispen-  
 conferre solius fuerit Principi diū vllō modo largiri. Glos.  
 pis, aut illius qui Principis in verb. neque custodies. in d.  
 personam publicē refert, vt Authent. de manda. princip,  
 notant Bar. & Bald. in l. con- Coll. iij. in §. neque autē ho-  
 uentionum, in ij. oppo. ff. de- micidis. Idem videntur senti-  
 pact. & ibi per Alex. in j. col. re Ia. de Ra. & Cyn. in l. præ-  
 vbi allegat plures concordan- senti, C. de his, qui ad eccles-  
 tias. Ad hoc etiā lubebit vide- confug. Pet. & Barth. in l. il-  
 re Bal. in tit. de pace Cōstāt. licitas, §. ne potētiore. in fi.  
 in §. Imperialis, in fin. primæ ff. de offic. præsid. Rursum si  
 col. in vlib. feudo. Verū enim 7 Iudex † ex certis causis vrgen-  
 3 uerò est, vbi † huiusmodi sal- tibus, debitis formis, & mo-  
 uiconductus subinde priua- dis cuiquam concessisset sal-  
 to alicui Iudici conceditur: uiconductum: eūque etiam  
 sed id non nisi ex vrgentibus malefico poscenti graui iura



mento adstrinxisset: deinde is maleficus supra causam concessi saluconductus, enormius aliquod admitteret crimen, nil obstante priori saluconductu concessio, nil obstante iuramento, poterit ludex eum maleficum comprehendere, comprehensum pro criminis qualitate condemnare: quod ipsum nunc grauet noua causa, ob quam non meretur prioris saluconductus privilegio & gratia frui. Simile enim exemplum testatur se se conspexisse Bald. in dicto §. item sacramenta, in ultima columna, de pace iuramen. firmanda in ciuitate Padua, ubi cuidam bannito concessus fuerat saluconductus, tunc liberè que adeundi ciuitatem: quam quum ingressus fuisset, denuo recens commisit flagitium, expendendo scilicet adulterinam, falsamque monetam: ob quod nil sibi illo patrocinate saluconductu, illico laqueo suspensus vitam finierat. His itaque utcumque de saluconductus materia enarratis & admonitis, & quod eadem materia per doct. in l. denunciamus. C. de his, qui ad ecclesiam confug. abundè tractetur, non decreui his latius inhaerendum. Qui plura desiderat, eò confugiat.

De defectu, non comparitione siue contumacia, contra impetantem, in materia criminum.

C A P. XXVII.  
S V M M A E.

1. *Contra procuratorem generalem in Flandria nequaquam decernitur contumacia &c.*
2. *Qui sunt procuratoris generalis vicarij?*
3. *In alijs consistorijs, si non comparuerit impetrans, &c. captiuus statim liberatur carcere.*
4. *Citatus si non comparuerit, decedit à purgationis iure.*



CONTRA procuratorem generale nusquam per totam Flandriam quippiam decernitur, per absentiam, siue impetrantis defectum, quod nunquam non sit, qui procuratoris generalis absentis vicis occupet, inque illius locum surrogetur: hinc iure dictus illius vicarius siue substitutus. Sunt autem procuratoris generalis vicarij, reliqui procuratores Curiae omnes. Attamen si in consistorijs, & concilijs, siue in feodorum tribunalibus non comparuerit dominus impetrans, nec ipsius praetor, nec subpraetor,

- 6 *Consuetudo magni consilij.*  
 7 *Vt ex stylo quistiam criminaliter citatus cõdemnetur per contumaciam, requiritur preire quatuor citaciones, &c.*  
 8 *Exilia ex contumacijs prelatasunt interlocutoria.*  
 9 *Exiliũ omne includit infamiã.*  
 10 *Probationis in criminalibus debent esse luce clariores.*  
 11 *Vbi de hominis salute tractatur, diligentius fieri debet examinatio.*  
 12 *Sanctius est impunitum relinquitur facinus nocentis, quã innocentem damnari.*  
 13 *Mulctæ sub panæ confiscatione confunduntur.*  
 14 *In materia securitatis, si citatus nõ comparuerit, ipsa securitas iudicatur prima non comparitione, per contumaciam &c.*  
 15 *Quando citatus personaliter compareret, nequaquã in sinu atione opus est.*  
 16 *Securitatem statuerenolens incaverem detruditur, donec eã constituerit.*  
 17 *Securitas quando adiudicetur in Curia Flandriæ.*  
 18 *Securitatis cõstitutio in Frãcia.*  
 19 *In materia purgationis, si citati secunda contumacia non comparuerint, impetrã ob citatorũ cõtumaciã indicabitur purgatum.*  
 20 *Quonam pacto procedendum sit per fiscum, quoties multi criminis eiusdem criminis citantur, quorum alij comparuerint, alij verò non.*

De defectu, absentia, &  
 non comparitione  
 contra cita-  
 tum.

## CAP. XXVIII.

## S V M M A E.

- 1 *Citatus criminaliter, si non paruerit, illius bona ob non comparitionẽ, illicõ per fiscum notantur.*
- 2 *Purgatio contumacia, intra annum admittitur, cuiusque tum sit effectus.*
- 3 *Heredes privilegio defuncti hęc gaudent.*
- 4 *Absens non damnatur crimine corporali.*
- 5 *Stylus Camera Flandria.*





**L** VXTA iuriū  
 rationē, † quis  
 quis criminali-  
 liter citatus  
 nō paruerit, il-  
 lius bona vniuersa, ob nō cō-  
 paritionem, illicō per fiscum  
 notantur, & comarantur  
 literis. Qui si intra annū ad-  
 ueniat, semet ab illa contu-  
 macia purgaturus, † bonis  
 antē ita notatis, denuo liberē  
 fruatur, necessum est. Quo  
 item † priuilegio gaudent il-  
 lius hāzedes, quoties intra  
 annum contrigerit ipsū ob-  
 ire mortem. Si vetō ante an-  
 num non veniat, sese purga-  
 turus à non comparitione, &  
 calumnia, bona illa, quæ di-  
 ximus à fisco proscripta, in  
 fisci manus adiudicantur dā-  
 nata. Non est tamen is con-  
 tumax, à sua defensione, &  
 purgatione proponenda post  
 annū, aut quoties velit, planē  
 reiectus. Quod iura † nullum  
 absentem reiectent, nec vlla  
 corporali pœna condemnent:  
 licet in multā pecuniariā,  
 ob contumaciam, talem ab-  
 sentem subinde cōstringant.  
 Verūm stylus † & vsus rece-  
 ptus habet, vt quisquis in Ca-  
 mera Flandriæ citatus fuerit  
 personaliter, & non compa-  
 ruerit, incidat in contuma-  
 ciam: isque denuō & secundō  
 citandus est per conclusionē  
 manuum: qui si ne tum quidē

comparuerit, ob iteratam &  
 secundam contumaciam à lu-  
 dice traditur cōmissio illum  
 comprehendendi, sicuti lo-  
 corum per totam Flādriam,  
 extra sacrata loca inueniri  
 poterit. Nam si nusquam ap-  
 prehēdi poterit, citabitur ad  
 pœnam exilij, siue omnium  
 bonorū cōfiscationis. Quōd  
 si neq; hoc remedio citationi  
 pareat, acrius deinde contra  
 ipsum, tanquam cōtumacis-  
 simum proceditur: nempe ad  
 perpetuū exilium Flandriæ,  
 & pœnam confiscationis om-  
 nium bonorum suorū, ad  
 vsū Comitis Flandriæ, abf-  
 que vlla alia inquisitione,  
 quā quæ præcellerat. In  
 magno concilio cōsueuerunt  
 ob contumaciā dāmnare exi-  
 lio ex † omnibus huius infe-  
 rioris Germaniæ finibus, sci-  
 licet Brabantia, Limburgo,  
 Luzemburgo, Flandria, Ar-  
 tētia, Hannonia, Hollandia,  
 Zelandia, Frisia, Namurq;  
 Mechlinia, &c. Vt autem ex  
 stylo † quispiam criminali-  
 ter citatus, condemnetur per  
 cōtumaciam, requiritur præ-  
 ire quatuor citationes, & qua-  
 tuor contumacias: quarū tres  
 prorsus sunt necessariæ, quar-  
 ta abūdans ex gratia adici-  
 tur. Quibus peractis, impe-  
 trans emolumenta, quæ sibi  
 per contumaciam sperat fu-  
 tura, exhibet per INTEN-

DIT:

DIT: quo viso, vnà cum informationibus, actis acritatis, munimentis, & meritis causæ, curia pronuntiat exilium, & bonorum confiscationem: huiusmodi contumacie intuitu nihilominus si talis exilio damnatus innocentia suæ conscius fuerit, ne utiquam priuatur libertate se se suamque contumaciã purgandi, & iudicio sistendi. Nam huiusmodi exilia, ex contumaciis prolata, nihil sunt, quàm interlocutoria, quæ sunt reuocabiles, l. quod iussit. ff. de re iudica. c. cum cessante, ext. de appella. Veruntamen confiscatio semper hic locum obinet (nisi Principis clementia huic confiscationi cedens, bona cuncta exilio ita dånato refunderet) adeo, vt etiam si contumax is ciuili fuerit Gandensis, Brugenfis, Yprenfis, aut aliorum similibus locorum Flandriæ, vbi ciues à confiscatione sunt liberi, Curia tamen non delinat confiscationem adiudicare Principi: quæ quidem libertas aut priuilegium potest allegari in executione. Et fieri etiam potest, vt hic contumax absens bona sua habeat extra limites Flandriæ, quòd dictum priuilegium (vt nonnulli conantur iustinare) sese non extendit. Deinde qui se finit in crimi-

nibus per contumaciã condemnari, iacturam facit non solum bonorum, verum etiã nominis, honoris, & famæ: quandoquidem exiliũ omne includit infamiam, ob quã is permanet infamis, donec per Principem priori nominis sui integritati restituitur, quorum meminit excellentissimus I. C. D. Nellus à sancto Geminiano in suo insigni tract. De Bannitis, sub secundo tempore: nempe de occurrentibus post perfectũ bannum ipsi bannito, ad quẽ lectorem remittimus. Sunt qui autem, absentes contumaces in re criminaria, criminum obiectorũ esse reos & obnoxios, omniãque obiecta habenda esse pro confessis, quòd is cõdemnabilis sit in principali, ratione suæ contumaciæ, quam æstimant pro facta probatione: contumax enim videtur fictione iuris crimen cõfiteri. Verum alij censent per talem fictam probationem, aut confessionem, nullum absentem absolute, siue diffinitiuè condemnari posse, quòd probationes criminarias neutiquã oporteat esse fictas, verũ luce clariores, vulgaris. l. sciant cuncti. C. de prob. & ibi Sal. concordat verbo tenus, c. sciant cuncti, ij. q. viij. c. Epiphanium presbyterũ, v. q. vj. J. qui sen-



11 tenciã. C. de pœnis. † Diligen-  
 tius enim debet fieri exami-  
 natio, vbi de hominis salute  
 tractatur, non autem ex præ-  
 12 sumptione: quia † sanctius  
 est. impunitum relinqui faci-  
 nus nocentis, quàm innocen-  
 tem dñari. tritissima l. ab. 14  
 sentem, ff. de pœnis. l. iij. §.  
 idem tamen constitetur. ff. de  
 min. xx. an. cum mille con-  
 cordantibus. Quando accer-  
 situr & citatur quispiam ob  
 crimen personaliter ad pœ-  
 nam pecuniariam, ob quam  
 etiã comparere recusat: cita- 15  
 tur deinde ad maiorem pœ-  
 nam, & ad audiendam simul  
 sententiam multæ, & pœnæ,  
 in quam prioris contumaciæ  
 causa incidat. Præterea, ci- 16  
 tatur & tertio ad maiorem  
 pœnam, & c. Porro si nec harũ  
 pœnarum timore perterri-  
 tus comparuerit, ob quartã  
 contumaciã (quam ex gra- 17  
 tia abundantem diximus) cõ-  
 demnatur exilio, & honorũ  
 p̄scriptione siue cõfiscatio-  
 ne. Sed in † hoc casu multæ  
 18 seu pœnæ per cõfiscationem  
 confunduntur, vbi cõfiscatio  
 locum habet. Nam vbi ea  
 cedit, omnes pœnæ iam dictæ  
 adiudicandæ sunt, & exeque-  
 dæ. Quoties exulat quispiã  
 ad certam pœnam, simulque  
 præcipiatur, ne ante eiusdem  
 pœnæ solutionẽ redire, præ-  
 sumperit: nõ est eis exul pœ-

næ executioni subiectus, dñi  
 paret exilio: in ipso nanque  
 fuerit vr̄libet, aut exilium,  
 aut pœnã persolvere. Si verò  
 durante exilio, contingeret  
 ipsum intermori, hæredes in  
 pœnã seu multã latam nõ  
 incidere. In materia † secu-  
 ritatis, si citatus non compa-  
 ruerit, ipsa securitas iudica-  
 tur prima nõ comparitione,  
 per contumaciã, & impetrãti  
 illicõ cõceduntur literæ, qui-  
 bus parti aduersæ insinuet.  
 Hanc autem formã vsurpa-  
 mus in Flandria. Si verò † ci-  
 tatus personaliter ipse cõpa-  
 reat, & certitudinẽ seu secu-  
 ritatem propria firmauerit  
 dextra, nulla opus erit illi in-  
 sinuatione faciẽda. Cũ au-  
 tem † eam certitudinem sta-  
 tuere nolit, cõprehenditur, &  
 in carcerẽ detruditur, donec  
 eam constituerit. In Flandria 17  
 nulla † certitudo siue secu-  
 ritas per non comparitionem  
 adiudicatur: nisi Curia seu  
 concilio cõstiterit, citationẽ  
 factã fuisse in personam, vel  
 domũ seu domicilium citati,  
 & eo die ad citationem cõsti-  
 tuto. Nam si is incuria, aut  
 aliã prætermisus fuerit, rur-  
 sum ab integro noua parabi-  
 tur citandi cõmissio. In Fran-  
 18 cia † habet, vt in materia cõ-  
 stituẽdæ certitudinis siue  
 securitatis, necessariõ requiran-  
 tur duæ non comparitiones  
 siue

19  
 c  
 p  
 t  
 n  
 b  
 f  
 20  
 c  
 v  
 p  
 s  
 p  
 r  
 1  
 m  
 r  
 2  
 R  
 ca  
 r  
 3  
 lu  
 ab  
 4  
 R  
 re  
 gat  
 5  
 Bo  
 su

sive defectus: potissimum, quando citatio non fuerat facta in personam citati. † In materia purgationis, si citati secunda contumacia non comparuerint, impetrans ob contumacia, & citatorum absentiam, iudicabitur purgatus: nequaquam tamen recuperabit suas expensas, quod suum fuerit purgationem peragere.

20 Quoties † multi criminosi citantur eiusdem criminis, quorum alij comparuerint, alij vero minime, non cunctatur procurator aut fiscus ob absentium defectum, aduersus praesentes procedere: nec contra absentes cessat procedere, ratione contumaciae.

### De contumaciis purgandis.

C A P . XXIX.

S V M M A E .

- 1 Absentium cuiuslibet, iure permittitur absentia obiecta purgatoria excusatio.
- 2 Reducuntur intra annum, ad iudicatur bonorum proscriptorum restitutio.
- 3 Ex stylo & consuetudine, nullus admittitur ad purgandam absentiam in re criminali.
- 4 Restitutio ex causa solae apparenter necessaria, admittitur purgatione absentie in re criminali.
- 5 Bona in manibus Principis constituta, quandiu permanent.



B S E N T I V M

sive † deficientium cuiuslibet, iure permittitur absentiae sive deficientiae suae obiectae (quoties liber) purgatoria excusatio, & sese iudici sistendi potestas, ut supra quoque meminimus. Qui si intra annum redierit, adjudicatur ipsi bonorum per fiscum proscriptorum rursus integra possessio, & restitutio, l. si. ff. de requiren. reis, & l. j. C. eod. titu. sicuti antea demonstratum est.

3 Ex stylo † & consuetudine in solita, nullus admittitur ad purgandam absentiam & defectum in re criminali: nisi per restitutionis in integrum beneficium, & indultum

4 † Principis, permittitur ad apparenter necessariam excusationem. Tum autem non redit ad bonorum suorum usum & possessionem: cum ea † in Principis manus (ut vulgo circumfertur) constituta fuerint: sed ibidem durante lite seu processu conservantur, donec per sententiam iudicis e manibus Principis rursus liberanda denuntientur. Neque item ad bonorum suorum possessionem redit: maxime, quoties eorum confiscatio, per contumaciam declarata fuerit, nisi id forsitan contingat



ex speciali Principis sui gratia, per certas apertasq; ipsius literas ritè in Financia, vt de-  
get, verificatas.

concludit aut ciuilitè, aut crimi-  
nialiter.

Parti aduersa omnis adimitur  
criminaliter concludèdi facultas,  
ex stylo & consuetudine.

De libello formando, seu  
petitione faciendâ  
in re criminali.

Libellos Fiscus ante litem contestationem commutare potest.

C A P. XXX.

S V M M A E.

- 1 Libellus non fit per Fiscum in re criminaliter intentata ex officio.
- 2 Libellus formatur per Fiscum in crimine ciuilitè intentato ex officio.
- 3 Libellus formatur per aduersarium ciuilitè.
- 4 Libellos criminum oportet esse clarissimos.
- 5 Libellos non oportet carere substantialibus.
- 6 Libellus non necessario exprimit diem, nisi ratione alibi.
- 7 Libelli nõ egent conclusionibus, in criminibus criminaliter intentatis.
- 8 Libellus accusatoris, ex consuetudine concludat.
- 9 Consuetudo, stylus, vsus, non recipiunt duplam, aut quadruplam restitutionem.
- 10 Bona ablata iudicis est non sibi deprauari, sed cognito veròque domino restituere.
- 11 Exclamatio auctoris, in rapaces officarios.
- 12 Libellus in actione iniuriarum



**I** N CRIMINE  
criminaliter

intentato per  
Fiscum ex officio (potissimè

malefico capto) nullam fiscus petitionem siue libellum format: sed curie illicò præuiam informationè communicat: cupiens, vt maleficus Reus sit per eiusdem informationis articulis, ligato pede, examinetur. In criminet verò ciuilitè per fiscum ex officio intentato, format is petitionem seu libellum, capitq; conclusionè materiæ accommodâ. In materia criminũ vbi ipse aduersarius impetrâs est, format libellus seu petitio per eũ de aduersariũ, ciuilitè insistendo conclusioni ciuili, scilicet honorabili, & p̄ficiq; seu fructiferæ emendæ, cū expensis dânis, & interesse. Fiscus autè siue procurator cõcludit aut ciuilitè, aut criminaliter, pro cõditione criminis. Omnes libellos seu petitiones criminarias, oportet esse clarissimas. Ne quid t̄ ipsoũ substantialium accusationis desit, sed vti apertè referât, & expriment

manent annum, mensem, indi-  
 cationem, locum, & omnes cri-  
 minis patrati qualitates. l. li-  
 bellorum. ff. de accusat. & ibi  
 6 Bartol. ac eius sequaces. † Ve-  
 rum diem ipsum simul effere-  
 re, non erit necessarium, nisi  
 id Reus requisierit, compro-  
 baturus suum A L I B I. Rur-  
 7 sum † in materia criminum  
 criminaliter intentatorum,  
 nulla opus est conclusionem:  
 quãdoquidem iura, ipsas pœ-  
 nas & punitiones criminibus  
 debitas & proprias illico, ci-  
 tra conclusionem ullam, re-  
 ferant, & commoſtrent. Ita  
 Bart. in d. ta. l. libellorũ. cui  
 feruit l. j. §. j. ff. ad S. C. Turp.  
 8 † Vt tamen ac consuetudine  
 receptum est, quoties accusa-  
 tor postulat Reum cõdemna-  
 tum pro ratione iurium, aut  
 ad constitutiones seu leges  
 municipales. statutas in ma-  
 teria manifesti facti, in quo  
 fur vnã cum re furtiua pre-  
 henditur, posse aduersarium  
 concludere, vt fur cõdemne-  
 tur in forefactis, & omnibus  
 expensis, & de manifesto fur  
 to ad quadruplam solutio-  
 nem. l. inter omnes. §. quod  
 dicimus. ff. de furt. nihilomi-  
 nus procuratoris est præter  
 hæc, conclusionem semper infi-  
 9 iure. Cùm † duplã siue qua-  
 druplam bonorum restitua-  
 tionem nec stylus, nec con-

ſuetudo, nec vsus vnquam re-  
 ceperit, quod sufficiat parti  
 aduersariæ propria suarum  
 rerum ablatarum restitutio  
 10 per officium Iudicis, † cuius  
 est, cui libet ad restitutionem  
 rerum suarum succurrere &  
 patrocinari, sicubi poterit.  
 11 Quid † igitur hic vetat, nos  
 grauiter exclamare in quo-  
 rundam nostræ infelicissimæ  
 ætatis iniquos Prætores, Pro-  
 prætoreſ, latrûcutores, id-  
 que genus alios officarios,  
 qui quotidie huiuscemodi  
 res furto ablatas (& si quã  
 optimè nouerint, quorũ sint,  
 quibusve ablata) non vereant  
 tur eas sibi ipsi, tanquam  
 proprias vindicare, ascribere,  
 & reseruare: quum procul  
 dubio hoc atq; simili potissi-  
 mum casu, furibus ipsiſ atq;  
 prædonibus iisdem sese te-  
 stentur esse similes, simili-  
 busque censuris, & suppliciis  
 esse, nedum iure humano, ve-  
 rum etiam diuino obnoxios  
 & plectendos. quod innume-  
 ris locis, & autoritatibus nũc  
 facile monstrauerõ, sed cùm  
 id luce fuerit clarius, cùmq;  
 id nullus, nisi corrupto iudi-  
 cio insanaq; mente præditus,  
 vnquam negauerit. statui om-  
 nibus iis locis abstinere, &  
 ad rem nostrã iam intermis-  
 sam, denuò redire. In actio-  
 12 nibus itaq; iniuriarum libe-  
 rã fuerit parti aduersæ vtro-



libet concludere modo, aut  
 ciuilititer, aut criminaliter. §.  
 in summa. Instituit. de iniur. §.  
 Verum alterutris electione  
 decidit à libertate electionis  
 alterius, ut iura testantur, in  
 l. quod Senatufconsultum &  
 l. prator. §. j. ff. de iniur. & §.  
 liberum. Instit. de leg. Aquil.  
 13 Nam finolitis iam olim sty  
 lo & consueta sine parti ad  
 uerfæ omnia admittitur crimi  
 naliter, in quavis etiam mate  
 ria, concludendi facultas. Por  
 14 rò t̄ in manu fisorum fue  
 rit, quoties ipsis visum fuerit,  
 vel res deposcat, conclusio  
 nem, vel additione, vel de  
 tractione commutare. Veluti  
 si quid asseruerint cõgisse in  
 terdiu, post narrare poterunt,  
 factum esse noctu. Verum  
 hæc fieri oportet ante litis cõ  
 testationem, teste Barto. eius  
 que sequacibus, in l. edita. C.  
 de eden.

### De dilationibus in re criminaria.

CAP. XXXI.

S V M M A E.

- 1 Super libello criminali, iura ad  
 mittunt reo deliberationem.
- 2 Super libello criminali, & in  
 quisitione facta per fiscum ex  
 officio dicitur taxari, nequaquam ad  
 mittitur reo deliberatio, & ar  
 3 ticulorum copia.
- 3 Reus nonnunquam coritur respo  
 dere illicò ad propria maleficia.

4 Inductæ siue dilationes tridua  
 na nonnullis in locis admittuntur.  
 Reus in crimine ciuilititer insti  
 tuto fructur singula dilatio  
 nibus, sicut in materia ciuili.



V R A t̄ admit

tur Reo (si qui

dem id volue

rit) deliberatio

nem & consul

tationem faciendam super  
 libello seu petitione, ipsi cri  
 minaliter facta, intenta, & ex  
 hibita: tradunturque eidem  
 criminum obiectorum arti  
 culi, ut iis inspectis & cog  
 nitis, cum iustis dilatio  
 nibus, & matura consultatio  
 ne siue consilio, felicius  
 semet ab iis defendat, & exp  
 purget: modò tamen hic sit  
 pars aduersa conquerens: &  
 inquisitio præcesserit ad in  
 stantiam & requisitione par  
 tis. Huic quadrant l. j. ff. de  
 edeo. & c. inducia accusatis,  
 §. offeratur. iij. q. iij. & ibi scri  
 bentes. Quoties t̄ aurè libel  
 lus seu petitiõ. & inquisitio  
 facta sunt per fiscum ex solo  
 ipsius officio abso; vlla par  
 tis aduersæ querimonia, siue  
 requisitione, nulla t̄ reo lar  
 gienda erit articulorũ exem  
 plaris copia, neq; vlla dilatio  
 ad deliberatione siue cõsul  
 tatione Verum t̄ respondendũ  
 ei fuerit illicò, & pede stante  
 (vt aiunt) ad proprios excuf  
 sus, propriasque maleficia. In  
 nonnul

4 nonnullis tamen locis admittuntur induciæ siue dilationes triduanæ, siue ad triduum, si quidẽ eas petierit: & 3 proceditur de triduo in triduum. Ceterũ in crimine civiliter instituto ac intentato, fruitur Reus singulis dilationibus, sicut in materia civili.

### De respondendo per exceptionem.

CAP. XXXII.  
SVMMAE.

- 1 Reo concessum est, aut per se, aut per causidicos, suas exceptiones proponere.
- 2 Reus in ipso rerum principali cardine, oportet personaliter respondere.
- 3 Exceptionis declinatoriæ, dilatoriae, & peremptoriæ, exempla. & nu. 4. & 5.
- 6 Somnus delictum excusat.
- 7 De crimine bifariam agi potest civiliter, & criminaliter.



- 1 **N**OVVS crimine, tã capitali, tã quã aliõ, concessum est Reo per se, & item per causidicos, aduocatos, & procuratores, in iudicio respondere, & proponere quaslibet suas exceptiones declinatorias, dilatorias, & peremptorias, siue rectius, eliforias, perinde atq; in civilibus negotiis. Verũ in prin-

cipali rerum cardine, planè oportet reum ipsum respondere, proprio ore profiteri aut difiteri. Declinãdo tã iudicem sibi suspensũ, auster efferre suspicionisq; causam euidenter ostendere & citare poterit: Aut dicit se eiusdem criminis gratia, coram alio tribunali constitutũ & citatum, quo desiderabit mitti. Item tã differẽdo, vel ad dilationis ac moræ productionẽ, poterit reiectare executionẽ, asserens officarium sua commissione in citando autprehendendo vsum fuisse citra autoritatẽ & mãdatũ iudicis, aut præter omnẽ informationẽ (vt vocat) præuiam. Aut apprehensionẽ destruet, dicendo, ipsum fuisse immunem à tali apprehendendi autoritate: Aut extra suæ iurisdictionis terminos cõcigisse. Vel certè parti suæ aduersæ contradicere ac refutare eam poterit, dicens ipsam accusationibus ineptam & inhabilem, eõq; in iudicio minus audiendã: quippe, ob vitã ipsius infamiã, quã illi inteturũ prædicabit. tã Peremptoriẽ assuere poterit, sibi crimen esse remissum, & cõdonatũ, aut exiliũ reuocatũ, aut sese prius obicẽ maleficiũ tulisse supplicium aut certè cõpositione placasse animũ iudicis vel officarij: aut his similia præstruet



vel citabit, A L I B I: nempe se  
 tempore patrati criminis, nō  
 fuisse in eodem loco. Item li-  
 cebit ipsum factum inficiari:  
 nihil ē esse rei sibi obiecta:  
 aut si quid eius rei tandē in-  
 ueniretur, id neutiquam de-  
 stinata malicia, aut nocendi  
 libidine, sed vis illata repel-  
 lendæ gratia factum esse, aut  
 infortunio, aut simili casu  
 fortuito, aut quod fecerit dor-  
 miens: iure tñaque somnus  
 factum excusat & diluit, D.  
 Hippo. de Marit. teste in l. j.  
 ad exordium, ff. ad l. Cornel.  
 de sica. num. 46. atque tex in  
 Clement. vnica. de homicid.  
 nisi ex consuetudine sapius  
 consueffet cedere, quo casu,  
 non excusaretur, quū ita me-  
 ritō cōfugeret, cum aliis cō-  
 cumbere, vt inquit Bārt. in l.  
 pet. de parrici. & Ang. in suo  
 tract. maleficiorum, in glos.  
 in verb. Et ad hoc colloquiū,  
 in versū. Sed quid si quis pro-  
 pter ebrietatē deliquerit, &c.  
 Quos videte. Affirmare item  
 licebit, sibi crimē esse remis-  
 sum, & interemptū, ipsi tum  
 quamlibet iniuriarum actio-  
 nem, benigno clementique  
 animo condonasse, & igno-  
 uisse. Verū ne plus æquo hoc  
 nomine sibi placeat, quod  
 ipsi cum parte aduersa bene  
 conueniat, & iniuriam remi-  
 serit: quasi tunc ab omni cri-  
 mine purgatus existeret. Nā

etiam si tita sese res habeant,  
 bifariam tamē adhuc de cri-  
 mine ipso poterit agi: quippe  
 ciuilitē in gratiam partis, &  
 criminaliter ex officio fisci.  
 Nunquā enim pars plena-  
 riē potest remittere, cum de-  
 trimento fisci: nec contrā, fi-  
 scus vnquam remittet, cū de-  
 trimento partis. Porro in sin-  
 gulis his exceptionibus, Iudi-  
 ci summarie, atque ordine fa-  
 ciendum, & ius dicendum  
 est: non excus, atque in rebus  
 ciuilibus agere consuevit.

De remissione in ma-  
 teria crimi-  
 nali.

CAP. XXXIII.

S V M M A E.

- 1 Remissio in criminalibus nul-  
 lum habet locum.
- 2 Præuentio remissionē excludit.
- 3 Præuentio priuat Iudicem, etiā  
 competentem, iurisdictione.
- 4 Nemo tenetur litigare & com-  
 parere pro eadem causā coram  
 duobus iudicibus.
- 5 Præuentio fit varijs modis.
- 6 Præuentio citationis realis, præ-  
 fertur citationi verbali.
- 7 Remissionem suorum ciuium nō  
 consueuerunt facere ciuitates  
 priuilegiata.
- 8 Domini de consilio, nulla vtur  
 tur remissione in priuilegiatis.

Vagab

9 *Vagabundoru nulla sit remissio.*

10 *Vagabundi vbi libet possunt conueniri, & puniri.*

11 *Crimina vbiunque claruerint, punienda sunt.*

12 *Delicta non debent remanere impunita.*

13 *Reipub. interest, vt animaduertatur in maleficos.*

14 *Vbi te inuenero, ibi te iudicabo.*

15 *Vagabundus quis dicatur?*

16 *Tribunalibus contendentibus, quis vsus dominis de Consilio.*

17 *Remissio an vlla consuetudine tollatur.*



**H**ac de remissionis materia varij varia scribere. Sunt qui contendant, de iure communi remissioni in criminalibus locū esse, iuxta §. si verò quis. in Authent. vt nulli iudicium, colla. 9. ponderantes tex. ibi. Iubemus prouinciæ illius iudicem, &c. & ibi Barr. cū sequacibus: quod verbum (iubemus) est verbū necessitatis, l. j. & ij. ff. quod iussu. & notatur in Authent. qua in prouincia, C. vbi de crimin. agi oportet. Alij autem, nempe Bal. eiusque imitatores secus censent, dicentes, se nusquam legisse legem vllam, in criminalibus remissionem admittentem: vide eundem Bald. in Addit. Spec. de accusatore, versi. Sed quid si offensus. Antò. Francisc. in

addit. ad D. Abba. Panor. in c. si. ext. de fo. comper. His altercationibus hoc loco non decreui prolixius insistere, vtique rem istam (quò ordinis decorum aptè seruetur) vel tantula citatione attigisse contentus. Quare omnis hic innumeris opinionibus, statuit propriam sententiam aperire, qua cenfeo, remissionem in criminalibus nullum habere locum: nempe, quòd præuentio omnem huiusce modi remissionem excludat.

Præuentio enim isthæc priuat alium iudicem, etiā competentem, iurisdictione: ne quis teneatur litigare, & comparere pro eadem causa coram duobus iudicibus, vt habetur in c. proposuisti, ext. de fo. comper. & in c. vt debitus, ext. de appella. & per Spec. in tit. de refer. present. in §. ratione autem caussar, in versi. Item quod sublatum est, & in versicu. Item quod impetrans. Hippol. de Marti. in l. fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. Et præfatam præuenientem variis contingere modis, in dubitarum est: nempe. quandoque per citationem: quandoque per litis contestationem: quandoque per libellum: quandoque per sententiam: quandoque per arrestum. aut per personalem comprehensionem seu capturam,



quam vulgò vocant, citationem realem. Et † præuentio citationis realis præfertur citationi verbali, quòd crimen comiteretur ipsam personam: in quam is iudex suam executionem exercet, qui ipsam prior captura constrinxerat, secundum Bart. in l. iij. ff. de custo. reo. & in l. j. ff. de pœn. & in l. diuisim. ff. ad Turpil. & Bald. in l. j. C. vbi de crimi. agi oport. & in Auth. sed nõ uo iure, C. de ser. fugit. Cuius præuentiois amplè meminerunt Bart. & Alexand. in l. si pluribus. ff. de lega. j. Idem Alexand. in l. si Titius, ff. de verb. obliga. Doct. in c. Capitulum sanctæ crucis, extrà de rescript. & in c. si duo. de procurato. lib. vj. Idem Alexand. post alios, in l. sepulchri, ff. de sepul. violat. Cyn. & Bald. in l. j. C. de his, qui accu. nõ poss. Idem Alexan. post Bart. in l. denuntiasse, §. quæritur. ff. de adul. Hippol. de Matril. in d. l. si. ff. de iurisd. omni. iudic. l. si quis postea, ff. de iudic. Angel. Aret. in tract. maleficio. versic. Citentur. Attamen si maleficus alibi, quàm suæ habitationis seu domiciliij, aut criminis patrati loco, fuisset apprehensus, posset tunc iudex domiciliij siue loci habitationis malefici, repositere remissionem. † Neque Brungensibus, neque alijs priuile-

giatis Ciuitatibus vnquã co-  
suetum est, suorum ciuium  
remissionem facere. Domi-  
ni † de consilio nulla vtuntur  
remissione in priuilegiatis  
causis, veluti ob Saluegardie  
Principis infractionem: ob  
violationem pacis Principũ;  
ob temporum irruptiones, &  
violentas: ob crimen læsæ  
Maiestatis: ob enormia faci-  
nora, semel atque iterum au-  
cta, & duplicata (vulgò  
faict bouen faict) ob vim, of-  
ficiariis officiantibus, suaque  
adhuc officia exercentibus, il-  
latam. Neq; item ob alia si-  
milia facinora, potissimùm  
quoties ipsi de his præuentio-  
nem habent. Neque similiter  
remissionem faciunt ob an-  
nua admissa, id est, ob facino-  
ra plus anno commissa, aut  
vltrà, atque adeò quæ ob ius-  
titiariorum, aut officiariorum  
negligentiam impunita  
relicta sunt, & c. Porro de va-  
gis siue vagabundis malefici-  
cis, nempe, quibus nulla est  
in Flandria certa habitatio-  
nis sedes, nulla fit similiter  
remissio: quòd vbi libet loco  
10 rum, † vbi reperiuntur, con-  
ueniantur, & punitioni sub-  
iaceant, l. j. & ibi gl. in verb.  
reperiuntur, in fi. C. vbi de cri-  
mini. agi oport. §. si verò quis  
comprehensorũ in Authent.  
vt nulli iudic. Crimina enim  
11 vbi † vbi claruerint, ibi sunt  
puni

punienda, vt in c. ecce, xxiiij. q. iij. & in c. si quid, lxxxvj. di-  
 stinct. & in c. j. & ibi Doct. de  
 coll. derogē. & voluit glos. in  
 verb. Præteribat, in c. ij. eod.  
 12 titu. Et delicta non debent  
 remanere impunita, lita vul-  
 neratus. j. responso, in fio. ff.  
 ad leg. Aquil. c. vt fama, ext.  
 de senten. excommuni. Rei-  
 13 publica tertiã interest (quem  
 admodum superioribus locis  
 frequenter recensimus) et  
 prouincia purgetur malefi-  
 cis, vt in l. congruit, ff. de of-  
 fic. præsid. Et de eo potest in-  
 telligi illa autoritas: Vbi te  
 14 inuenero, tibi te iudicabo, te-  
 ste Panor. in c. fin. nu. 13. ibi.  
 Tertio glos. dicit, ext. de for.  
 compet. vbi dicit: Quod vā-  
 15 gabundus dicitur ille, qui  
 non habet domicilium cer-  
 tum, vel habitationem, quo-  
 tidieque per varias ciuitates  
 vagus oberrat. glos. in l. eius  
 qui manumit, §. si ff. ad mu-  
 nicip. & Barto. in l. dies cau-  
 tionis, §. prætor ait, ff. de dam-  
 nose. Hippo. de Marfil. suis in  
 consiliis, consi. lxxxvj. Quan-  
 16 do autem inter duo tribu-  
 nalia de iurisdictione nasci-  
 tur contentio ac controuer-  
 sia, Domini Consilij Flan-  
 diæ ex autoritate superio-  
 ri, tibi maleficum iubent ad-  
 ferri, formando processum, I  
 & punitionem exercendo, ci-  
 tra vllm præiudicium. Cùm

huius remissionis vsum pau-  
 lō antè dixerim variis opi-  
 nionum fluctibus iactari, eò-  
 que esse ambiguum. & infre-  
 quentem: haud absurda hic  
 nascitur quaestio: Antremis-  
 17 sio quopiam modo consue-  
 tudine posset tolli? Cui pla-  
 nè affirmatiuè respondendum  
 erit, modò is iudex, in cuius  
 territorio remittendus degit,  
 delinquentem ipse puniat.  
 Hoc enim casu non læditur  
 vtilitas publica, quod male-  
 fici crimina nō maneant im-  
 punita. tūc mihi suffragan-  
 tur Panormia & Felin. in ca-  
 sū. ext. de fo. competē. Quis-  
 quis hac de re plura deside-  
 rat, is legat D. Bertachinum  
 in suo repet. in verb. iurisdic-  
 tō. Specula. titu. de remis-  
 sionibus, & D. Bartholomæū  
 à Chassaneo humanorū iu-  
 rium Doctorem, ac Com-  
 mentatorem Cōsuetudinum  
 Ducatus Burgundiæ, in titu.  
 Des adueu, per aliquot co-  
 lumnas.

De respondendo,

pede liga-

to.

CAP. XXXIII.

SVMMARIE.

Vsu procedendi in magno Con-  
 silio contra respondentem pe-  
 de ligato.

Vsu



- 2 *Vsus procedendi Consilio Flandriae.*
- 3 *Captus interrogatus debet pertinenter respondere de veritate.*
- 4 *Causarum aequitas, vel iniquitas per Iudicem, non per reum discutienda.*
- 5 *In confessum nulla partes Iudicis sunt, nisi in condemnando.*
- 6 *Homicidium confitenti, sed ad sui defensionem necessarium, partitum, incumbit onus probandi.*
- 7 *Homicidium prorsus negans, & quatenus probatum fuerit, se commisisse ad defensionem, dicens, non habetur pro consilio.*



1

**I**N MAGNO consilio, post petitionem exhibitam, atque post delictorum Rei informationem inspectam, vsu receptum est, citatum illico per arrestum personaliter sistere Iudici, ipsumque urgere ad respondendum articulis per procuratorem exhibitis, pede ligato, hoc est, uti captiuum, vbi si in respondendo nihil fateatur, nihilque affermet sibi contrarium, causam vel suam damnosam, neque item admodum grauetur ipsa informatione prauiam, recipitur tamen ad processum ordinarium, in quo admititur occupaturus per procuratorem, & ut defensiones suas peragat scripto. Deinde, ut informatio recognoscatur, accuratius habetur

tur, ad onus ipsius citati. Tandem concludunt per omnia ordinarie procedendum esse in causa siue processu, uti aequum est, ac oportet. Verum si idem citatus, interrogatus pede ligato, ceperit quippiam confiteri sibi damnosum ac onerosum: aut si inter respondendum quid variet, dubiiue sententiam fluctuet & haeriter, praebens haec similiue occasione sese suspectum, vndeque euidencia iudiciorum, aut suspicionum aduersus ipsum nascantur argumenta: decernitur tamen Curia eundem citatum debere recipi in carceris custodia, ut ibi processus ipsius agatur, & tractetur. In consilio Flandriae consuetum est, interrogare officarios citatos ob sua ipsius commissa personaliter, non per commissarios, neque priuatim, sed publice, & palam in confistorio, verbis & rationibus: ceteri autem non officiarum interrogantur seorsum & priuatim. Quod nihilominus etiam fit in officariis, quoties admissum non concernit ipsorum officia. Captus tamen interrogatus, debet id, quod Rei est, respondere, nudamque fateri veritatem: non per (credit) aut (non credit) sed per veritatis confessionem aut negationem. Vbi si adstruat

4

5

struat se delicti patrati esse  
 immunem & expertem: aut  
 dicat, nego me illius crimi-  
 nis Reum, insufficientis est il-  
 la respōsio: cū ipsius respon-  
 sionem conueniat aperte fa-  
 ctum, aut nō factum crimen  
 prodere iis scilicet verbis, qui-  
 bus affirmet & dicat, se fecif-  
 se, aut nō fecisse: Non autem

4 † vt dicat, se criminij de iure  
 esse, aut non esse obnoxium:  
 quādoquidem caussarū æqui-  
 tas vel iniquitas per ipsum  
 iudicem discutienda propo-  
 nitur, non per Reum. Si verò  
 interrogatus, vniuersum crimi-  
 nem libens aperte, & non co-  
 actè fateatur, ab omni vltio-  
 ri quæstione, & disceptatione  
 prorsus superfedendum fue-  
 rit. Nam in causis per se lu-  
 benter, aperte, planèque vni-  
 uersim cōfessis, sola opus est  
 Iudicis cōdemnatione & sen-  
 tentia, hinc vulgò dicimus.

5 † Quòd in confessum nullæ  
 partes Iudicis sunt, nisi in  
 condemnando. l. proinde. ff.  
 ad l. Aquil. l. fina. j. respon. ff.  
 de custod. reo. & l. cum Reis.  
 C. de pœnis. Ita tenuit D.  
 Bal. de Periglis Perusinus in  
 suo insigni tract. De quæstio-  
 nibus & tormen. Ca. ij. & nu.  
 2. atq; D. Ange. Aret. in tract.  
 suo maleficiorum, in glossa  
 in verb. Fama publica præce-  
 dente, in versicul. Et primò,  
 quando sponte cōfitetur, &c.

notant glossæ, & Bartolus  
 in l. j. §. diuus, in princip. ff. de  
 quæstionibus. Si verò inter-  
 rogatus crimen omne con-  
 stanter negauerit, Iudex vl-  
 terius procedit ad criminis  
 probationem explorandam,  
 & examinandam: vbi si om-  
 nia certa, vera, probatāque  
 deprehenderit, properanter  
 procedit ad ferendam senten-  
 tiam. Si autem probationem  
 repererit minùs clarā parūm  
 que euidentem, ad eò vt præ-  
 ter magna indicia, suspicio-  
 nes, aut semiplenam proba-  
 tionem, nihil habeat, cū ani-  
 mum intendit ad personæ, ac  
 criminis qualitatem, nec non  
 ad criminis quantitatem: se-  
 cum expendens, an istiusmo-  
 di indicia, & suspensiones ha-  
 bitæ ex personæ, criminis-  
 que tum qualitate, tum quā-  
 titate, torturæ sufficiant, &  
 ad rem propriùs acriùsque  
 tormentorum generibus ex-  
 plorandam, conueniant. Cæ-  
 terùm si captus interrogat-  
 um delictum partim fate-  
 tur, partim inficiatur: ita vt  
 fateatur se fuisse eodem lo-  
 co, & tempore patrati homi-  
 cidij: cæterùm homicidium  
 à se admissum negauerit: Iu-  
 dex huiusmodi respōsionem  
 non secus, quàm totam nega-  
 tiuam accipit, & ad probatio-  
 nem procedit. Verùm si ca-  
 ptus agnouerit se commississe



se illud homicidium, sed non eodem loco, eodemque tempore, accipit Iudex tanquam vniuersim, vel plane confessam, proceditque ad condemnationem. Porro si tēdōtetur de commisso homicidio, sed id defendendi sui corporis caussa, necessario fecisse prætulerit. homicidium quidē confessum sibi referuar Iudex, & ad illum prætexitur probandum, necessitatēque demonst. andam, Reum procedere iubet. Ira expresse tenuit D. Lanfrancus ab Ariadno V.I. Doctor excellentissimus, in suo tract. Confessionum, ad finem, num. 17. & 20. Quocirca prudentissimē, tutissimēque responderit Reus, si ad hanc formam, responsionem suam composuerit: Ego homicidium illud prorsus à me patratum nego: & si quid postea quo uadam testimonio contra me secus inuentum fuerit, & cognitum, id omne nunc dico propriae uita defendēdi fecisse gratia. Nam hac responsione nihil habet Iudex quod sibi deberi putet, seu teneat pro confesso. Ad postrema haec, si lubet uidebitis scripta Bartoli ad l. Aurelius §. idem quaesit. num. 2. ff. de libera. legata. Necnon Bald. in addit. Spec. in titu. de Confessionibus. in

versicul. Cōfiteor hominem occidisse. Atque D. Hippo. de Marfil. nostrae memoriae in criminalibus praestici summi in §. postquam. & nume. 23. & 24. in §. secunda, numero 14. in sua praxi caussarum criminalium.

### De criminoso tradendo torturae.

C A P. XXXV.

S V M M A E.

- 1 Maleficus quaestioni nunquam traditur, cum pars formalis probationem offert.
- 2 Maleficus torturae non traditur, quum delictum percipi potest probatione ordinaria.
- 3 Iudex ad quaestionem non facili, nec repente profiliat.
- 4 Quaestio ob crimina leuia nequaquam fit.
- 5 Crimina leuia quaesita sunt?
- 6 Non interrogatus pede legato nequaquam torturae subicitur.
- 7 Ad quaestionem non proceditur, quum de crimine commisso non satis constat.
- 8 Quaestioni non est tradendus confitens & agnosens.
- 9 Quando Reus de sociis positus interrogari?
- 10 Quaestione siue tortura nullus ad iudicandum est, nisi ex Iudicis mandato.
- 11 Criminosus appellans, auditur.
- 12 Quaestionibus nullus danandus est

est, nisi crimen patratum, sufficientibus indicijs liqueat.

13 Redargutio in nonnullos Iudices & Prætores, tyrannidem in maleficos.

14 Fama, contraria fama eliditur.

15 Fama, præsumptiones & indicia precedentia, per contraria subsequencia eliduntur.



I

VNQVAM maleficus traditur quaestioni, cum pars formalis & aduer-

sa offert criminis manifestam probationem, aut quum res percipi potest per probationem ordinariam. Ita probant l.

4 edictum, & l. Diuus Pius, &

ibi Doct. ff. de quaestionibus,

& l. quoties. C. eod. titul. &

hoc firmat Gan. in suo tract. 5

maleficiorum, sub rubri. de

quaest. de torm. ad exord. vbi

inquit, dominum iudicem

quaestionem de aliquo habere

intendentes, ante omnia

habere debere & iuris & hu-

manitatis considerationem 6

hanc nepe, ut non facile nec

repetere ad quaestionem profi-

liat, si aliqua alia via leuiori, 7

vel veriori potest obiecti cri-

minis veritas inueniri ac ha-

beri, quantumcunque etiam

adint indicia, vel verisimi-

lia argumenta. Cui nec dis-

sensit Angel. Aret. in tract. suo maleficiorum, in verb.

fama publica, in 15. char. in 8

versicul. Secundo quaero, & c.

cui seruit dicta l. edictum.

& ibi Bartol. & hanc esse com-

muniem doctorum opinionem

aiunt. Quod probato delicto,

iudex nequeat Reum

quaestioni tradere, testatur

Hippol. de Marsil. in sua pra-

xi caussarum criminalium,

in §. nunc videndum, nume-

25. & in l. j. in princip. in ver-

sicul. quarto requiritur. ff. de

quaestionibus. & in sua repe-

ritione. l. fina. C. de probat.

Necnon latissimè in suis con-

siliis, consilio l. j. incipiente,

Licet nedum plenè & c. Ne-

que itè fiet huiusmodi qua-

estio ob crimina leuia, quæ

nec vitam, nec membri mu-

tilationem, aut abscissionem

concernunt. Sunt autem le-

uuiscula crimina, quempiam

capillis conuellerè, pessunda

re pedibus, impingere cola-

phos, conuicia ingerere, in-

iuriam verbis inferre, hisque

similia, dicta l. edictum. Ne-

que item huiusmodi quaestio-

mittitur quisquam, nisi in-

priùs fuerit interrogatus, pe-

de ligato. Neque etià, quum

de crimine commissio nō satis

euidenter cōstitit. Veluti ne-

cessum est priùs Iudicem esse

consciū, in cōdicio cū cōiuncto

latrocinio, & non casu in-

teruisse, & villata, & latroci-

nio absumptū esse, nō natu-

rali morte. Nō tradendus est

etiam



etiam quaestioni quoties crimen impositum liberè fatetur, & agnoscit, aut profiteri promittit † citra cruciatum: nisi intentati criminis cum ipso & alij fuissent participes: ad quos prodendos, quaestione cogendus est, si aliter prodere nolit, l. sicuti, C. de quaestione, iuncta ibidem glo. in verb. conscientia. Ample D. Francisc. Brunus in suo excellenti tract. De iudiciis & tortura, q. iij. primæ partis, vers. Quarto an mendacium &c.

10 Nullus † ad iudicandum est tortura, nisi ex mandato & consensu iudicis: principio enim pronuntiandum est per iudicem, deueniendum esse ad torturam, priusquam deueniatur. Ita tenet D. Hippolyt. de Marù. in sua praxi causarum criminalium, sub §. nunc videndum, num. 2. D. Francisc. Bru. in tract. suo, de indic. & tortura. in ix. char. col. iij. huius dicti expressè meminit D. Bart. (qui iure primò fuerat citandus) in suis consiliis, consilio incipiente, Punctus quaestionis &c. Vbi † si maleficus à tali mandato & commissione appellauerit, audiendus est: nò procedendum ulterius, donec de appellatione, sententia quid fuerit definitum, idque ex iure, l. vnica, ff. nil noua. appellat. interposita, l. ij. ff. de appel. reci. & c. cum sit Roma

na. §. præterea, ext. de appel. 12 Nullus itē † quaestionibus dandus est, nisi crimen patratum, sufficientibus indiciis, dignisque liquerit praesumptionibus: atque hoc item ex iure, l. cum cognitionaliter. C. de quaestionib. l. vnus, in principio, ff. eod. tit. Sunt tamen † nonnulli prætores, & Iudices sanguine fraterno adeò inexaturabiles, ut illicò quemuis malæ famæ virum, citra vlla certa argumenta aut indicia, corripiant ad fauissimam torturam, inclementer dicentes, cruciatum facile ab illis extorturum rerum omnium confessionem. Verum hanc tyrannidem, & fauiciam acriter domini de consilio puniunt, quum ad ipsorum notitiam isthæc seueritas per aliquem defertur, † Si quando inquisitio (vulgò informatio) facta est ex sparsa fama, & post hanc informationem spargatur fama cõtraria, nulla ratione tū ex priori fama Reus ad iudicandum est tortura, nisi alia noua dignaque eiusdem crimini sibi pararit Iudex indicia aut praesumptiones. Fama tamen, praesumptiones, & indicia praecedentia, per cõtraria subsequentia eliduntur. Huic seruiunt & suffragantur notata lac. But. & Bart. in l. si ita. §. fin. ff. de fund. instr. ac D. Francisc. Bru. in

De  
gn  
suff  
  
1 In  
tot  
tra  
2 In  
ca  
3 In  
con  
aq  
4 Con  
sci  
5 In  
Ex  
luc  
6 In  
im  
fall  
7 Leg  
vni  
8 In l  
9 In  
hab  
10 In  
quic  
11 In  
12 In  
pin  
bit  
14 In  
quo  
16 E

in suo vili & practicabili tra-  
ctatu, de iudicijs & tortura,  
q. v. primæ partis, num. i.

De iudicijs tortura condi-  
gnis, hoc est, ad torturam  
sufficientibus.

C A P. XXXVI.

S V M M A E.

- 1 Iudicia quando dicatur esse ad  
torturam legitima Iudicis arbi-  
trio committitur.
  - 2 Iudiciorum sufficientiam iudi-  
care solius est Iudicis.
  - 3 Iudicis arbitrium, discretio, &  
conscientia, debent esse iuri &  
æquitati consona.
  - 4 Conscientia publica, dicitur con-  
scientia legi aut canonis.
  - 5 Iudex debet sequi regulas legum,  
& non conscientiam suam legi-  
bus aduersantem.
  - 6 Iudicium hominis proprie sue  
inimicentis sententia, plerumque  
fallit, & fallitur.
  - 7 Legi magnam facit iniuriã, qui  
vult videri lege prudentior.
  - 8 In Iudice debent esse duo sales.
  - 9 Iudex, quando veram & rectã  
habet conscientiam,
  - 10 Iudicis arbitrio relinquitur,  
quicquid à iure nõdeterminatur.
  - 11 Iudicia trifaria sunt.
  - 12 Iudiciorum remotorum, ac pro-  
pinquorum, Plenorum & indu-  
bicatorum quis effectus, et nu. 13.
  - 14 Iudicium ad torturam qui &  
quot testes efficiant, & nu. 15.
  - 16 Exempla iudiciorum in latro-
- cino, furto, adulterio.
  - 17 Iudicium ad torturam efficit  
vnus testis, de visu deponens,  
quando alie circumstantia non  
deficiunt.
  - 18 Fuga an faciat iudiciũ ad tor-  
turam.
  - 19 Fugiens fractis carceribus ha-  
betur pro confesso.
  - 20 Fuga facit iudicium cõtra fu-  
gentem.
  - 21 Confessio diffamati extrajudi-  
cialis, an præbeat iudicium ad  
torturam.
  - 22 Fama sola, an faciat iudicium  
ad torturam.
  - 23 Fama, res est fragilis & perni-  
ciosa.
  - 24 Fama iuncta alijs adminiculis  
facit iudicium sufficiens ad tor-  
turam.
  - 25 Fama vehemens, efficit sufficiens  
iudicium ad torturam.
  - 26 Inconstantia, mendacium, va-  
riatio, seu vacillatio, pavor, tre-  
pidatio, an faciãt iudicium ad  
torturam.
  - 27 Cautela pro Iudicibus exami-  
natur.
  - 28 Iudiciumne vnus, an plura re-  
quirantur ad torturam.
  - 29 Pluralis locutio, singulari non  
acquiescit.
  - 30 Communis doctorum opinio.
  - 31 Pluralitas nonnunquam in sin-  
gularitatem resoluitur.
  - 32 Iudicium vnũ, an plura requi-  
rantur ad torturam, Iudicis ar-  
bitrio relinquitur.
  - 33 Iudicium variis nominatur mo-



du apud Iurisperitos.

34 Iudici verò & prudenti quid  
considerandum, quò res ad tor-  
ture questionem exigitur.

35 Quæstio, siue tortura nõ est om-  
nibus ex æquo, nec vniformiter  
inferenda.



1 **A**NDICIA  
suspicionèsq;  
† vllæ sufficiãt  
quæstioni siue  
torture, nullis  
certis documētis, nullaq; do-  
ctrina id cõprobari poterit,  
neq; ea vllis innitũtur regu-  
lis: sed vniversum † id nego-  
tium geritur penes arbitriũ,  
discretionem, ac cõscientiam  
Iudicis, cuius solius est iudi-  
care suspiciones, probabiliã-  
que argumenta, aut digna,  
aut indigna esse tormentorũ  
discussione. Et in hoc conue-  
niunt omnes doctorũ senten-  
tiã. His quamoptimè seruit  
Insignis & vtilissima l. iij. §.  
eiusdem quoq; ff. de testi. Ita  
cõsuerũt Albe. Paul. de Elea.  
Odo. Cyn. & Bar. in l. fi. ff. de  
quæst. dicit tamen ibidẽ Bar.  
In nonnullis criminibus pos-  
se dari aliquam viam, ad co-  
gnoscendũ indicia ad tortu-  
ram sufficientia. Idem etiam  
notarunt (teste Bar. in d. l. fi.)  
doctores in l. vlt. C. eod. ti. de  
quæst. Bal. in l. ij. in j. co. nu. 8.  
C. quor. app. nõ recip. lo. And.  
iq. cum in contemplatione,  
de reg. iur. Alex. in suis consi-

liis, cõsil. lxxvij. Incip. In casũ  
sa accusationis, in j. vol. & ibi  
in cõsilio lxx. inci. Habita su-  
per cõtentis, in fi. Et licet hoc  
† verũ sit, quòd an indicia sint  
sufficientia ad torturã, an nõ,  
relinquatur arbitrio, discre-  
tionis, & conscientiã Iudicis:  
tamẽ tale eius arbitrium, dis-  
cretio, & conscientia debent  
esse iuri & æquitati consona,  
aliã robore proculdubio ca-  
rerent. Ita notabiliter ait lu-  
do. Rom. in cõsiliis suis, cõsi.  
ccclxvj. incipiẽte, Quæstio est  
nunquid, &c. in penul. col. &  
consilio cccclj. incip. quedam  
mulier, &c. Huic congruit,  
quòd qui habet potestãtẽ dis-  
ponendi secundũ arbitrium,  
discretionem, ac conscientiã,  
nequaquam debet sequi pro-  
prium arbitrium, vel propriã  
discretionẽ atq; conscientiã.  
sed publicã, quæ est regulata,  
& reformata secundũ leges  
& canones. Et illa dicitur cõ-  
scientia publica, scilicet con-  
scientia legis & canonis. Textus  
est insignis, iuncta gl. in c. iud-  
dicet, ij. q. vij. & Bald. in l. j.  
C. qui accus. nõ poss. Ideòque  
dixit idem Bald. in l. fi. C. de  
pæn. iud. qui malè iud. iudicẽ  
† debere sequi regulas legũ,  
& nõn cõscientiam suam le-  
gibus aduersantem. † Iudi-  
cium verò hominis sequen-  
tis suum sensum, & suã phan-  
tasiã, siue suam † præsum-  
ptam

ptam æquitatem, fallit, & fallitur, c. à nobis, ij. de sentent. excom. Vnde magnam facit iniuriam legi, qui vult videri lege prudentior, §. oportet, in Auth. de iudic. co. vj. & per Bald. in l. ij. C. de sent. ex bre. recit. & in c. j. de offic. ord. Et  
 8 dicit Bald. in d. l. ij. Quòd in mente Iudicis debet esse duo fales. c. cum contingat, de re. scripti. scilicet sal sapientie, vt intellectus legum & canonum, aliàs insipida: & sal securæ conscientie, aliàs est diabolica, c. cum æterni, de re iudica.  
 9 † Tunc enim veram & rectam habet conscientiam, si est bene instructa sale iurium, & secundum bonos & probos mores reformata. Ita egregie meminit D. Henuingi. in suo solenni & perutili ordinis iudicarij processu, in Proemio. Idem quoque confirmat Bal. in l. ij. in iij. notabili. C.  
 12 de fideicommiss. latissimè per D. Hippolyt. de Marsil. §. diligenter, numeris 23. 24. 25. & 26. Horum recordatus est D. Paulus Grillandus in suo insigni tractatu, De quæstionib. & tortura, versic. Tertio quæro, nume. 17. qui allegat  
 13 D. Azonem in sua Summa, de quæstionib. Idem tenuit D. Guido de Suzaria in suo perutili & quotidiano tractatu, de tormentis, versic. quæ & qualia indicia requiran-

tur. Idem scribit D. Albertus de Gandino in suo opere Maleficiorum, titulo, de quæstionib. & torment. versic. sed quæro, quæ & qualia esse debeant ista indicia, & c. His congruit illa vulgaris ac generalis iuris theoricæ: † Omne quod non determinatur à iure, relinquitur arbitrio Iudicis, per doctrinam c. de causis, ext. de officio delegati, l. j. ff. de iure delib. l. j. hodie, & l. sanctio. ff. de pœnis, l. j. §. quibus nulla, ff. de effract. Indicia autem † sunt trifaria. Alia nanque à veritate sunt remota, siue generalia. Alia verò veritati propinqua, hoc est, iuxta doctores, semiplena & dubitata. Alia autem veritati quidem proxima, propinquissima quæque vocari solent indicia plena, & indubitata.  
 12 Porro tam remota † quam propinqua indicia, Iudicis quidem animum mouent, & indicium qualecunque præbent. Baldus & Scribentes in l. cum probatio, ff. de probatio. & Gandinus in suo Tractatu præsumptionum. Verum ex † sese indigna sunt, illegitima, & insufficientia, vt ex sola ipsorum consideratione, quis torture ad iudicetur, nisi accesserint euidentiora signa & indicia.  
 14 Verum † indicia plena, irre-



fragabilia, siue indubitata, duorum fide dignorū, idēque testantium testimonio comprobata, prorsus sufficiūt ad inquisitionem per torturam, l. milites. §. oportet. C. de quaestionib. Imo † vnicus testis fide dignus, omniq̄e exceptione maior, deq̄; veritate delicti constanter deponens, facit iudicium sufficiens ad torturam; quod (teste D. Bar. in l. obseruare. j. colum. nu. §. C. quor. appellat. non recipi.) intelligendum est, dummodo aliæ circumstantiæ nō ob obstant, quod est notabile.

Verbi gratia: In † latrocinio remota indicia sunt: hic diffamatus est, alterius homicidij reus est. Propinqua autē sunt indicia: hic interempti perpetuus hostis fuit, illi saepe mortem interminatus est, & minis suis frequenter respondere solet, Sed hæc indicia sola, etiam probata, non sufficiūt ad torturam, Verū isthæc plena, certa irrefragabilia, & indubitata sunt indicia: hic visus est, p̄di re ex nemore, vbi interfecti cadauer humi prostratum iacuit, districtum cruentūque in manu gladiū etiamnum habuit, facies ipsius cōmōtione deformata fuit, celeri cursu properabat ad cœmeterium, aut templum. Hæc nanque signa & indicia

duobus dignis, non suspectis testibus, comprobata, sufficiunt ad torturam. Glossa in verb. Vel iudiciis; reputata singularis, in l. si. C. familiaris eriscun. ita tenent Bartol. & doct. in l. si. ff. de quaestionib. nec dissimile voluit Innoc. in c. sicut, de simo. Idē quoq; efficit vnicus testis, omnis suspitionis immunis, seu (vt vulgō) fide dignus, nō suspectus, & omni exceptione maior, si affirmet, quod viderit ipsum vulnus plagamque inferentem, in nanque de veritate deponit, l. si quis, & ibi Bart. Cynus & Scrib. C. ad l. Iulii, Maiesta. D. Guido à Suzaria in suo perutili & quotidiano tract. De indic. & tortu. num. 90. D. Franciscus Brunus in suo practicabili tractatu, De iudiciis & tortura, q. ij. primę partis, numero 1. notat glos. in l. si quis, C. ad l. Iuliam Maiesta. l. maritus. ff. de quaestionibus. Vbi etiam per Bartol. & per eundem, & Bald. in l. fin. C. famil. erisc. & in l. bonæ fidei. C. de iureiurand. & l. admonendi. ff. eod. titul. Quod verum censet Bald. in dicta l. ij. C. quor. appell. non recip. & Ioann. Andrea in c. cum in contemplatione, de regulis iuris. † Nempe quod vnus testis ex visu, iudicium ad torturam faciat, quando aliæ circumstantiæ

non obſiſtunt, quod aiunt eſſe notatu dignum. Simili ratione in materia furti, ſigna aut indicia remota ſunt, ſi ſuſpectum molitorem aſſeras, ſi pauperem, illum elegantiori veſtium cultui ſemper ſtudere conſirmes. Viciniora autem indicia aut propinqua ſunt, ſi res furto ablata, in ipſius deprehenſa fuerit manibus. Omnium verò proximum, certiffimum, indubitatiſſimum, atque adeo omnium ſufficientiſſimum indicium fuerit, ſi cum ablata præda ipſum auſugientem à loco furti conſpexeris. In materia adulte rij, indicium remotum eſt, ſi aſſeras ipſos mutuo amore ſuicem proſequutos. Vicinũ & propinquius, quum marito abſente, viſus eſt ædes frequentare. Proximum autem & indubitatum indicium eſto, ſi cum alterius vxore eodem toro, eodẽmque lecto deprehenſus fuerit. Pari ratione indiciorũ varietatem colligere licebit  
 18 in cæteris. Fuga omnis certò comprobata, indicium culpæ eſt certiffimum, potiſſimum quum fugitiuus poſt diffamationẽ & à fama ſparſa, & non accuſatus, malè tamen ſibi metuẽs, fugit, ſicuti habetur in l. ſin. ff. de quæſtionibus. & per Scrib. in l. lege Cornelia. ff. ad Syll. & per Ang. Are. in

trac. maleficiorum, in verbo, fama publica. in verſi. an fuga ſit ſufficiẽs indicium, &c. D. Hippol. de Marſil. in ſua practica cauſarum criminalium. §. diligẽter, verſic. Quæro modò vterius, an fuga faciat indicium ad torturã, &c. & in ſua repetitione, ſuper rubro, de probat. verſ. Nam tu ſcias, quòd fuga &c. Aut ¶ ſi conſtrictus carceris anguſtia, carcerem effringat, fugam arripiat, ad templã, cœmeteria, aliãque tuta (ſui ſeruandi gratia) loca cõfugiat: talis enim fuga efficit indiçiũ ſufficiens,  
 20 ¶ contra fugientem, ad torturã, adeo vt habeatur pro confeſſo, ſecundũ gloſſam, & Bart. in l. eos. per illum textũ ff. de cuſtod. reo. Ita tenet D. Hippo. de Marſil. in dicta ſua ſolẽni reper. de probat. verſ. Itẽ alius eſt etiam caſus, &c. Attamen non inſauſtum fuerit, illum, aduerſus quem inquisitione proceditur in criminibus enorimibus & capitalibus, ad tempus uſquã deliteſcere, ſeſeque ex citationis aut apprehenſionis metu, publico hominũque abſtinere conſpectu, donec cognouerit quid ſibi imponendum Iudex ſtatueat. Ita ſingularitè cenſuit Barto. in l. prima. ff. de his qui ſibi mort. confe. Verũm ſi in ius accerſitus, tandem ſeſe fuga quòquam ſur-



ripiat, incidit in suspicionē,  
ob quam torturæ etiam tradi  
poterit, locis superius al-  
21 legatis. Confessio diffamati  
extraordinaria siue extraiudicialis, bene probata, vnicō-  
que teste idoneo confirmata  
efficax & validum satis præ-  
bet indicium ad quæstionem  
siue torturam. gloss. est nota-  
bilis in l. capite quinto. ff. ad  
l. Iuliam de adult. & ibi Bar.  
quem sequitur Angel. Aret.  
in tra. maleficiorum, in verb.  
fama publica, in versic. quæ-  
ro, an vnum &c. Prolixissimè  
D. Hipp. de Marfil. in §. dili-  
genter, nume. 76. versic. quæ-  
ro vterius, an confessio, &c.  
& idem Hippo. in §. quoniā,  
numer. 18. & 19. in sua praxi  
causarū criminaliū, quibus  
in locis plurima huic mate-  
riæ cōuenientia allegat, quæ  
videre, vbi vacauerit, non te-  
piguerit. Magnum item pa-  
rit indicium, si quispiam vi-  
sus sit cum factore profuge-  
re. Aut si criminis authorem,  
post factum, hospitio excepe-  
rit. Aut si authorem defende-  
rit, quò minus in sibi propen-  
sum inciderit dispendium:  
aut obstiterit, quò minus fue-  
rit captus. Aut si antè iactas-  
set, se tale aliquando patra-  
turum facinus. Vel certè, si  
suo consilio persuasisset in-  
terempto, vt illhac iter face-  
ret, vbi cognouisset ipsi para-

tas structasque, vt interimē-  
retur, insidias. Præterea, ne  
præpropere pede videar per-  
transisse præsentem mate-  
riam, accuratius discutienda  
fuerint cætera his affinia.  
22 Quæritur ergo, † fama sola  
an faciat indicium sufficiens  
ad torturam, necne? Huic  
interrogationi faciunt satis  
docti ac præcipui nostræ le-  
ctionis & memoriæ practici  
in materiis criminalibus:  
Nempe, Angelus Aretin. in  
tract. maleficiorum, in verb.  
fama publica, in versic. An  
fama, &c. Dominus Franci-  
scus Brunus in suo quotidia-  
no tract. de iudiciis, & tor-  
tura, quæstione iij. primæ  
patris, nume. 32. D. Hippol.  
de Marfil. in §. diligenter, nu-  
mer. 18. in sua praxi caus. cri-  
mina. adducētēs multos ac  
varios passus præsentī quæ-  
stioni congruenter, quos lo-  
co & tempore opportunis,  
videbitis. Intrepidè autem  
23 † sustinent partem negati-  
uam, scilicet, fama solam  
nequaquam efficere indi-  
cium ad torturam. Ratiun-  
culam assignat D. Hippoly.  
loco statim allegato, quia  
24 fama est † res fragilis &  
perniciosa, transmissa ab his,  
qui desiderant de hoc fa-  
mam esse. Ita ait Bartolus  
in tractatu de tortura, quem  
refert & sequitur Do. Paris  
de

de Pureo, in tracta. syndica. in ex. char. in 3. colum. Nisi ea fuerit coniuncta cum aliis adminiculis siue indicii. In hoc item quiescit & consentit Bartol. in dicta l. finali. ff. de quaestionibus. & in l. de minore. §. tormenta: eod. titul. & Salice. in l. ea qui dem. C. de accusation. Cyn. in l. fina. C. de quaestionibus.

25 Præterea nihil agit sola fama, nisi ea esset multum fortis & vehemens: tum enim ad torturam sufficeret. Ita sentit constanter Baldus in cap. primo. §. iniuria, versicu. sed nunquid ex tali confessione. de pace iura. firman. & Bartolus in quodam suo consilio excij. incipiente, Dominicus Paci de Burgo sancti sepulchri. Deinde subit

26 & alia quaestio, † An inconstancia, mendacium, variatio, seu vacillatio, pavor, & trepidatio, indicium faciant ad torturam, aliis indicii extrinsecis deficientibus, necne? Huc quaestioni procul dubio faciens satis, affirmatiuam partem amplexandam clarè censuit Bartolus in dicta l. de minore. §. tormenta, versiculo, Plurimum quoque. ff. de quaestionibus. vbi ait textus, Iudicem debere animaduertere: qua constancia, & qua trepidatione

examinandus loquatur: ista nanque Iudici multum conferunt indicij, adeo vt si trepidè, inconstanter, & vacillanter loquatur, abundè factis indicij colligat Iudex ad torturam. Quocirca operè interpretium est, † Iudicem esse cautum & sedulum, vt faciat ipsius responsa ita varia & diuersa excipi scripto, ne post Iudici obiiciatur, quòd Reum ad quaestionem tradiderit sine iustis indicii. secundum eum allegat Innocentius in capitul. quoniam contra falsam. de probationibus. vbi ait: Ille qui examinat testem, curare debet, vt id ipsum in actis scribatur, scilicet quòd in respondendo se tam trepidum, hæsitabundum, & vacillantem gesserit, & similia. Idem quoque placuit Baldo in l. presbyteri. C. de episcopis & clericis. qui subdit, hoc insuper relinquendum Iudicis arbitrio, cuius est, ex indicii alia colligere indicia fortiora: non autem ex sola pallore faciei, vel trepidatione. De his latè etiam dominus Franciscus Brunus in suo quotidiano tractatu de indicij & tortura, quaest. iij. primæ partis, numero 30. Et amplè dominus Hippolytus de Marsi. in §. diligenti-



rer. versic. Quæro vltcrius, an mendacium, nume. 74. & 98. & §. quoniam, versic. Sed variatio, nume. 4. in sua insigni praxi caussarum criminaliũ, plurima suo more allegans, quem consulite. Nam isthæc commonefecisse hic sufficiat. Nec obliuiscendum censei, antequam extremam manum huic indiciorum materiae imponam, Vtrum vnũ duntaxat indicium sufficiat ad torturam inferendam, an verò requirantur plura? Præsentis quæstionis meminerunt Bart. in l. fin. num. 6. ff. de quæstionibus. Et, Guido à Suzaria in suo tract. singularissimo indiciorum & torturæ, nume. 90. Necnon D. Hippoly. de Marsil. in §. diligenter, versic. Quæro modo vltcrius, num. 177. in sua praxi caussarũ criminalium, atque eorum sequaces, in vtrâque partem disputâtes. Principio, pluribus indiciiis opus esse ad torturam: quandoquidem omnes leges, omniâque iura de indiciiis tractantia, & loquentia, quæ requirantur ad quæstionem habendam, pluraliter loquuntur: veluti indicia debere præcedere, non indicium. l. j. respons. ij. ff. de quæstionibus. ibi & alius argumentis, & l. vnus, §. j. & l. fin. ff. eod. titu. l. cum cognitionaliter. & l. milites, C. eo.

titu. de quæstionibus. l. sicut, C. de fal. Et pluralis loquutio, singulari non acquiescit, l. libertas, quam. §. vlti. ff. de manu. testa. Sed his nequaquam obstantibus, thaud dubie vnicum indicium ad torturam sufficere, Doct. ad vnũ omnes asserunt, in locis paulò prius citatis: facit glo. in d. l. maritus. ff. de quæstio. quæ loquitur in singulari, dum dicit: Sed præcedente suspitione, &c. & facit etiam glos. in d. l. si quis, C. ad l. Iuliam Maiest. dum dicit: indicium domini, &c. Nec obstant iura in contrarium allegata, in quibus de pluribus indiciiis habetur mentio: quia illa pluralitas, si cõmunem vsum spectes loquendi, in singularitatẽ res soluitur, l. non est sine liberis, ff. de verb. signi. l. ait prætor, §. j. ff. de nego. gest. l. ij. §. exactis, ff. de origine iur. l. demonstratio falsa, §. fina. & l. qui concubinam, §. si Strichus, ff. de conditio. & demonstratio. Quicquid diximus, testibus Barto. & Hippo. in locis paulò antè memoratis, sci licet: An sufficiat vnũ indicium, an plura requiratur, vt quis torqueri possit, relinquatur profectò id omne arbitrio iudicis, argumẽto l. iij. §. eiusdem quoque, ff. de testibus. quod sustinere longè tutius securusque fuerit. An mad

ma  
van  
mi  
qu  
l. j.  
l. m  
titu  
plic  
ter  
nin  
& l  
qua  
can  
qua  
cip.  
mi  
de  
34 uer  
que  
circ  
nis  
gen  
son  
cio  
tor  
sit, &  
nir  
rẽ c  
uit  
mi  
not  
qua  
der  
35 ta  
fun  
sti:  
lica  
ruff  
do  
& al

mauertendum, iuris peritos variis subinde nominibus nominare indicium. Quandoque nominant argumētum, l. j. in princip. ff. de quaestio. & l. militem, §. oportet, C. eod. titu. Interdum appellant simpliciter indicia, vt communiter nuncupamus, l. j. §. Antoninus, & §. Diuus Adrianus, & l. Diuus, §. ex quibus, ff. de quaestio. Nonnunquam vocant suspensiones, vt l. fin. ff. de quaestio. & l. absentē, in princip. ff. de pēnis. Postremo nominant probationes, vt l. j. C. de quaestio. & l. j. §. Diuus Se-  
 34 uerus, ff. eo. titu. Bonus fidaque & discretus iudex cuncta circumspiciet, & iuxta criminis qualitatem, facti contingentiam, conditionem personarum, & abundantiam indiciorum considerabit, an ad torturam ipsam deueniendū sit, & casu quo ad illam deueniri contingat, iterum mature considerare debet, qua grauitate, leuitate, vel moderate fuerit inferenda, iuxta notata D. Azo. in summa, de quaestio. scilicet, quantū moderatae rationis temperamē-  
 35 ta desiderant. Aliter enim sunt torquendi iuuenes robusti: & alio modo debiles, delicati, vel senes: alio modo rusticus, vel miles, & alio modo ciuis: alio modo nobilis, & alio modo ignobilis, & ple-

beius, l. de minore, §. tormenta, ff. de quaestio. & l. j. §. si eo. titu. Bart. in d. l. fin. eod. titu. Bald. in d. l. ij. C. quorum appella. non recip. & idem Bal. in l. milites, & l. f. C. de quaestio. Abbas in c. cū in contemplatione, de reg. iuris, in antiquis. Et haec omnia tanquam pulchra, singularia, vtilia, & quotidiana, memoriae commendanda sunt, quod indiciorum, & quaestiois materia admodum sit frequens, & in iudiciis practicabilis, potissimum in causis criminalibus: & quae (vt dictum est) in iudiciis arbitrio plurimum consistat. Deinde quod iudices, maxime iuniores, & parum experti saepe soleant in istis aut necessaria quaepra praetermittere: aut certe vltorius, quam iuris sit, procedere. Quare hanc materiā prolixius & clarius ad comunē praxim, & vtilitatem publicam deduximus.

### De quaestione, siue tortura.

CAP. XXXVII.

SVMMAE.

- 1 Torquendi ratio consistit in arbitrio Iudicis.  
 2 Tortura, p̄ commouetur Iudices.



- 3 In tortura, quanam Iudici sint expendenda.
- 4 Tortura affectorum clamores, non magnificandi.
- 5 Tortura infligenda citra corporis grauem lesionem.
- 6 In tortura spectandus patientis respondendi modus & ordo.
- 7 Ante quaestionis actum interrogationes habende in promptu.
- 8 Specificatio ab ipso patiente nascatur.
- 9 Torquedi, nec minis, nec persuasionibus ad confessionem adigendi sunt.
- 10 Interrogationes tantum faciendae de delatis.
- 11 Torquendus nemo sine indicis prauius.
- 12 Interrogationes non formandae de aliorum delictis, nisi, &c.
- 13 Quo casu patiens ad confessionem sit inducendus.
- 14 Quis ordo seruandus, cum multi sunt torquendi, per exempla.
- 15 Patre & filio torquendis, quis ordo habendus.
- 16 Vxore & marito.
- 17 Tormentorum genera ex iure per solos funes.
- 18 Tormentorum genera pleraque inusitata, varia.
- 19 Tortura ex ordinatione, & mandato Iudicis inferuntur.
- 20 Tormenta nostra etate passim ferè recepta, minusque perniciose.
- 21 In tortura omnia prudenter admonenda, ne quod hinc oriatur periculum.
- 22 Tortura etià virgis felicissimè

exercebitur.



QUESTIONANDI, torquedi; ratio tota consistit in Iudicis arbitrio, prudètia,

& pietate, vt eam scilicet. pro suo arbitratu & iudicio adhibeat, aut durius, intèsius, aut remissius, l. quaestionis, & l. de minore, ff. de quaestionibus. l. item apud Labeonem, ff. de iniuriis, & famosis libel. & eleganti ac philosophica l. respiciendum, ff. de poenis. Verum pijs clementisq; Iudicis fuerit, hic erga patientem semper conuisione moueri, & prudenter expèdere canticum, senectutem, confectam aetatem, aut iuuentutem, virile robur, valetudinem, tum imbecillum, tum validam: deniq; inspicere quid ipse perferre valeat vires, vt hac in re verum, prudentemq; Iudicem agat, non tyrannum referat: ita vt sensum, & gradatim, & leniter poenam irroget: mox fortius torqueat: deinde iterum plectat pressius, atq; iterum durius mox cruciatum intèdat, poenamq; omnem infliget pro qualitate, & quantitate criminis & delicti, proq; indicis, argumètis, praesumptionibus & suspicionibus, quas de patratu crimine nouit: denique pro qualitate, id est, constantia aut vacillatione sui respòsi, d.

si, d. l. de minore. §. tormenta.  
 Parui faciens quàm supplici-  
 4 ter queretur, lametur, aut  
 quàm altum sublata voce in-  
 clamet. Attamē isthec omnia  
 5 cum tali prudentia, & animi  
 moderatione tēperet, & per-  
 agat, ne patientis corpori vl-  
 lam grauem læsionē, aut mu-  
 6 tilationem infligat. † Iudicis  
 item (vt dixi) fuerit, diligen-  
 ter animum intendere ad pa-  
 tientis sermonem, & respon-  
 sum: nempe, quem modum,  
 ordinem, & mores in respon-  
 dendo, & inter supplicia ha-  
 beat: vt obseruet, nū variet,  
 aut vacillet, num dictis con-  
 stet, eaq; omnia per Graphia-  
 rium aut Scribā calamis ex-  
 cipienda curet, d. l. de mino-  
 re. §. tormenta. Porro conue-  
 7 niret, † interrogaciones, &  
 quæstiones suas prius habere  
 promptas & expeditas, eāsque  
 generales: nempe vbi sabba-  
 to vespere egerit: quibuscum  
 eo tempore versatus fuerit,  
 quid ibidem egerit aut pa-  
 trarit, qui plures cum eo ibi  
 8 adfuerint. Ita † vt specificatio  
 perpetuū ab ipso patiente na-  
 scatur: vt quamoptimē do-  
 cet Iacobus de Bellouisu in  
 sua practica iudiciaria in cri-  
 minalibus, titu. de quæstioni-  
 bus. num. 50. l. j. §. in causa tri-  
 butorum, versic. qui quæstio-  
 nem, ff. de quæstionibus. Nō  
 9 † est boni Iudicis, neque in

ipsius potestate, siue autori-  
 tate, maleficum aut reum in  
 tormentis eō conari induce-  
 re & persuadere, vt quippiam  
 sibi aduersum cōfiteatur: ne-  
 que item minis ipsum hoc  
 sollicitare, aut terrere, aut in-  
 terminari maiora supplicia,  
 si fateri nolit: sed æquo libra-  
 mine, animoque sedato per-  
 gat exercere cruciatum, do-  
 nec ipsius prudentiæ, & iusti-  
 tiæ ex animo verē Christia-  
 no ad summū videbitur pœ-  
 nam intensam fuisse, adeo vt  
 grauiora perpeti nequierit.  
 10 Neque † iure reum interro-  
 gare potest de aliis delictis,  
 quàm quorum accusatus, &  
 grauatus fuerat, cuius hæc se  
 11 offert † ratio, quid citra vlla  
 indicia nullus sit tortura exa-  
 minandus, l. vnus, ff. de quæ-  
 stionib. & l. cum cognitiona-  
 liter, C. eo. tit. de quæstionib.  
 12 Neque etiam ipsum interro-  
 gare potest de aliorum deli-  
 ctis, neq; de ipsorū vita & mo-  
 ribus, & conuersatione, l. re-  
 peri, ff. de quæstio. l. fin. C. de  
 accusa. & inscrip. l. sicuti. C.  
 eod. tit. de quæstio. & cap. j.  
 extra de confes. ibi est casus  
 expressus, iuncta ibidem insi-  
 gni glos. in verb. confessi. nisi  
 fuerint ij insignes, publiciq;  
 latrones, & inlidiatores, l. pro-  
 uinciarū, & ibi Pau. Castres.  
 C. de feriis. Adulterinæ mo-  
 netæ authores, l. j. C. de falsa  
 mone.



mone: hisque similes: in quibus casibus, tales interrogandi sunt in genere, nulla adhibita specificatione. l. qui ultimo, in fin. ff. de pœn. vti antè dictum est. Eaque interrogatio fiat in tortura de aliis cõscitis, & super cõscientia aliena, dicta l. fin. ad finem. C. de accusat. & in script. Quod tamen sanè intelligendum est, nempe, si contra alios præcedant in iudicia: aliàs verò minime: quia sicuti sapiusculè allegatum est. Nemo sine indicis præcedentibus torquendus est, dicta l. vnus. & dicta l. cum cognitionaliter, cum sine numero similibus. Verùm (quod prorsus improbandum est) conspicimus complures Iudices huius inferioris Germaniæ, ex consuetudine quadam, his legibus & formis cõtraire, & secus quotidianè facere. † Verùm enim verò in crimine læsæ Maiestatis, atque aliis enormibus criminibus, vnde periculum summum, & pernicies maxima oriri posset, deberet Iudex Reum ipsam, ante aliquam pœnam, inducere & persuadere huc totis viribus omnique animi dexteritate, vt si crimen vltro lubensque fateri voluerit citra vllū cruciatum, & illius veritatem apertè revelare, quòd ipsi crimen condonabitur, eiusque

remissio & absolutio impenitentibus. Sin† id profiteri recusarit, quòd tormentis variis ad veritatis cõfessionem extorquendam procedetur. Quoties autem plures malefici, eiusdem criminis Rei, quæstionibus sunt examinandi, hūc ordinem obseruet Iudex, vt semper in illum prius torturam exerceat, à quo putat se omnium optimè veritatem exquisiturum, testibus Bartol. in l. prima. in principi. ff. de quæstionibus. Angelo Areti. in suo tractatu maleficiorum, in glossa, in verb. fama publica præcedente, versicu. Nunc videamus de tortura. Gandino in tracta. suo maleficiorum, sub rubro, De quæstionibus & tortura, in ij. col. in versic. Nunc videndum. & Hippol. de Marsil. in §. expedita. versiculo. Quærit etiam potest de notabili dubio, numero 49. in sua practica caussarum criminalium. Aut qui sibi maxime suspectus est criminis, l. prima. in exordio. ff. de quæstionibus. Aut certè quæstionem intencabit primùm ab omnium debilissimo, dicta l. j. coniuncta l. vnus. ff. de quæstionibus. † Veluti si & pater & filius sint torquendi, prius cruciatum admovebit filio, præsentè aut absente, sed scientè patre, quod naturale sit patrè magis metuere

quere pœnam filij, quàm pro  
 prij sui corporis: Ideòq; gra-  
 uius filij, quàm sui ipsius, pœ-  
 na affectus, faciliùs ad veri-  
 tatis confessionem compun-  
 gitur: vt in l. isti quidã. ff. de 17  
 eo quod metus causa. iuncta 18  
 memorabili gloss. ibidem in  
 verb. magis. & in §. final. In-  
 stitu. de noxalibus actionib.  
 16 Si verò vxor & maritus tor-  
 quendi fuerint, priùs Iudex  
 vxori tormentum infligat,  
 ceu debilissimæ, & cruciatui  
 ferendo maximè impari, Ma-  
 ritus enim, quod sit pectoris  
 & naturæ robustioris, tar-  
 diùs ad confessionem petra-  
 hitur. Vxor verò ceu vascu-  
 lum fragile, & flexibile, &  
 molle citiùs ad veritatis con-  
 fessionem, tum per suasioni-  
 bus, tum per suasionibus,  
 & inflectitur. l. filia in or-  
 bitate. C. de inofficioso testa-  
 men. & cap. forus, in fin. extr.  
 de verborum significa. l. de-  
 ferre. in princip. ff. de iure fi-  
 sci. Ita ait Dinus in suo tra-  
 ctatu de quæstionib. versicu.  
 quo ordine sit habenda tor-  
 tura, &c. Ita etiam firmat ad  
 literam, D. Paris de Puteo in  
 suo tractatu syndica. in 102.  
 char. in prima col. & Guido  
 de Suz. in suo tractatu male-  
 ficiorum, in v. colum. in ver-  
 sical. quo ordinè. Et idem in  
 effectu videtur firmare D.  
 Franciscus Bru. in suo etiam

tractatu maleficioꝝ, de in-  
 dicijs & tortura, in xij. char.  
 in tertia column, atque hæc  
 omnia pro suo arbitratu &  
 prudentia. Tormentorum  
 autem genera agi conuenit  
 finibus: neque vsquam t iur-  
 ris reperitur, alia ad tortu-  
 ram esse adhibenda. l. nul-  
 lus. C. ad l. Iuliam Maesta.  
 Verùm ex inolita consuetu-  
 dine, varijs instrumentis, di-  
 uersaque materia hanc tor-  
 turam exerceri cognouimus  
 per latrunculos, & male-  
 ficioꝝ Iudices, nunc chor-  
 dis, & restibus; nunc aqua,  
 nunc aceto, aliàs oleo ipsius  
 gutturi infuso; pice denique  
 ardenti, aut alio simili cru-  
 ciatu, corpori ipsius adhibi-  
 to. Quin & inedia, durissi-  
 màque siti, aut taxillo, aut  
 alea inter cutem & carnem  
 torquendi perducta. Item cra-  
 bronibus, muribus, simili-  
 busque infestis animalculis,  
 quæ malefici ventri, & vmbi-  
 lico vjua adhiberi sueuerunt,  
 ipsis super imposito vitreo po-  
 culo, ne euadendi pateat exi-  
 tus: sed vt cruciatum acriùs  
 vrgeant in patientis corpus.  
 Rursum torturam exercere  
 solent capra quapiam: hoc  
 modo: torquendum primò  
 scamno illigant; mox illius  
 pedes diligenter aqua falsa  
 proluunt; deinde caprã ipsam  
 salis auidissimã, ipsius plan-  
 tis



tis admovent lambituram, qui sanè cruciatus fertur atrocissimus, maximè que intolerabilis, citra vllum corporis periculum. Alij verò malefici scāno illigati pedes multo lardo perungunt, eosque feruenti igni admovent, donec hac pœna victus ad confessionem (si fieri potest) pertrahatur. Alij verò alijs, hisque similibus inuestigandi modis vtuntur: Do. Franciscus Brunus in suo excellenti tractatu de indic. & tortura, quæst. ij. secūdæ partis, numero 6. Necnon D. Paulus Grillādus, in suo tractatu de quæstionibus & tortura, versu. Secundò quarto, & versu. Quartò nunc videndum. & Jacobus de Bellouisu, in sua practica iudiciaria in criminalibus, titu. de quæstionib. num. 48. Verùm quòd isthæc pleraque tormentorum genera sint sua, exquisitio tyrannica potiùs quàm humana, idcirco vel tandem sua sponte desierunt, & passim exoluerunt: vt & Bald. ipse quoque meminit in parte in l. prima. C. de emendatione feroorum. & Doctores maxime practici in suis tractatib. Gandinus in opere suo maleficiorum, in titu. de quæstionibus & tormentis. Angelus Areti. in suo opusculo maleficiorum, in glossa, Fama

publica præcedente, in versu. cul. Tortura. At ille insignis Doctor modernus Bonon. D. Hippol. de Marfil. clariùs cæteris hæc aperuit in egregiis Commentarijs suis quæ edidit super notabili titulo ff. de quæstionibus, in l. prima, in exordio. Vbi ponit quatuordecim species tormentorum omnes diuersas: quas  
 19 vide. † Sed ea omnia ex ordinatione, & mandato Iudicis inferuntur, pro quantitate criminis, & qualitate personæ, vt inquit D. Hippol. de Marfil. in sua practica caussarum criminalium, in §. nunc videndum, nume. 2. & nu. 20. Maximus item omnium cruciatus, quem citra vllam corporis læsionem, detrimentum, aut mutilationem adhiberis, est, si patientè Reum inter angustas lāmīnas ad cistulæ formam confestas, stricte concluderis, & compresseris: deinde maximos pedum digitos fune ligatos extraeris. Hoc nanque modo fune rotulæ intento, corpus conclusum altius intumescit, & intolerabili pœna illicò afficitur: quæ pœna mox laxato fune, remittitur, & perit, absque corporis læsione. Quod nonnquam accepi à latrunculatoribus siue quæstionibus parri-  
 cidarijs (quos vulgo malefici-  
 cior

ciorum Iudices appellare solemus) qui id non raro sese exercuisse, mihi certò & frequenter narrarunt. Cæterùm enumeratis aliquot tormentorum generibus in iure expressis, deinde refutatis iis, quæ aut tyrannis, aut vesania quorundam Iudicum stultè excogitavit, quæque sua sponse iam nuper apud nostrates  
 10 deserunt, non putavi + vlllo silentio hic prætereūdas esse eas torquendi species, & modos, quos passim hac nostræ ætate vsurpari, & exerceri conspeximus: potissimùm in inçlyta ciuitate Brugensi: cuius Senatui ad torturam & quæstionem sæpenumero (licet indignus) assessor & consultor interfui. Principio igitur omnibus suis exiuit vestibus, nisi quòd verendis (quibus ipsa natura pudorem induit) amictus lineus reuerentiæ humanæ gratia, connectitur. Deinde manibus ambabus in tergum reductis, ibique strictè ligatis, supinus implicatur & imponitur in arctum scamnum, & corpore torquendi penè strictè: in quo, fune sub axillis, & per thoracem pectoris ducto, constringitur & colligatur: ne aut tortoris incuria, aut poena mox infligenda victus, periculose in pavementum

corruat. Post vtrique pedum digiti maximi separatim connectuntur funiculis, qui obuoluti rotularum axibus, aut aliis similibus instrumentis, corpus torquendi (dum rotantur aut intenduntur) longissimè extendunt. Deinde funem (si opus fuerit) arctè impingunt ipsius femoribus, aut tibiis: quem baculis subter scamno arctè constringit carnifices. Aut simili forma, ossulis, aut bacillis funiculū contortum nexibus, aut globulis fronti patientis imprimunt strictiùs, aut leuiùs, ad arbitrium Iudicis. Aliàs verò oculis ipsius implicato panno vuido, compressisque naribus tortor nonnihil altius angustis oris gutto frigidam fundit aquã in pectus ipsius, in tibiis, pedes, aliãque maximè affecta membra. Præterea ori ipsius immittitur frænum, siue capistrum, ad hoc commodè aptatum, ac mox ori tortor infundit aquam frigidam, donec venter intumuerit in eam crassitudinè quæ Iudici, ipsiusque consiliarius videbitur corporis viribus citra graue periculum sufficere. Quibusdam verò ad torturã applicandis, non temerè priusquam dicta tormenta, aut partim, aut collectim omnia intèraretur, omnes capillos crinèque oēs



nouacula abrasos conspexi, facto scilicet pro hoc periculo, num qua adminicula haberent pro impassibilitate, qua nulla tormentorū genera perferent: id enim magicis artibus, fortilegiis, incantationibus, aut excedenda dirarum deuotione, plerūq; efficere solent, vti saepe ipse vidi, & sicut mihi ad stipulatur D. Paulus Crillandus, qui de eadem re meminit in suo tract. de quaestionib. & tortura, versū. Quartò nunc videndū. Similiter & de remediis, numeris 12. 13. 14. 15. 16. ceteri ipsius posteri, quos, vbi tibi visum fuerit, ibidem cōsuleri re suaserim. Hi igitur enumerati torquendi modi nobis ferè sunt in vsu: & ad eos exercendos vnumquodque prætorium apta, accommodandaque habet instrumenta, ex consuetudine in solita, passim comprobata, & in iure stabilita. l. nullus. C. ad l. Iulianā Maiesta. At eamē summa hic adhibenda est cautela, vt cupita tormenta prudenter, & moderatè intententur, alioqui haud pauca isthinc solent exoriri pericula. Quoties verò, patientes, vniuersa isthac tormēta fortiter deuicerint, (vti aliquādo ipse vidi) & peccatam omnem, citra cōfessionem deuorant, fas est eosdē Reos (si noua, dignaque alia

euenerint indicia) ad iterationē torturae reuocare, eōsque 22. que vegetis asperisque virgis (ad quod identidem ipse suasi) acriter cedere. Imò hāc flagellationem, quæ corpori nocet minùs, prius ante alia subinde experiri cupiā, quam ad eò noui, ac expertus sum plerūque ad confessionem plus effecisse, quam dicta iā (quamlibet atrocita) tormentorū omnia genera. Hic ergo sit huius capituli terminus, ne offendant vnus nimia longitudo.

De repetitione quaestionis, siue torturae.

C A P. XXXII.

S V M M A E.

- 1 Totus semel non est ebidem delictum retorquendus.
- 2 Tortus ad torturam repetitur, nouis emergentibus indicijs.
- 3 Tortura quando repetitur sine nouo indicio.
- 4 Summa aut sufficiētia torture, in Iudicijs prudentia cōsistit.
- 5 Iudicia noua quæ.
- 6 Inuectio authoris in sanguinarios Iudices.
- 7 Reum in confessum; Flandria non adiudicat morti.
- 8 In magno Consilio, & in Flandria Consilio parui ducunt reuersione in certa probatione, & nu. 9.

Proba

- 10 Probatio qua'nam sufficiens.  
 11 Probatio ex visu omni no est fortissima.  
 12 Reus in tortura confessum delictum negans, retorqueri potest.  
 13 Reprobatio quorūdam tormentorum.  
 14 In tortura confessus crimen sociale, ad sociorum prodicionem retorqueri potest.  
 15 In tortura alterius, qui sunt prodesti, comprehendi possunt: no autem ob id torqueri, nisi, &c.  
 16 Ad torturam liberi procedendum tardius: nisi &c.  
 17 A tormentis non est auspicanda inquisitio.  
 18 Tortura vehementia Reum in terimens aut mutilans, homicidij aut mutilationis sufficione incidit.  
 19 Authoris premonitio ante torturam latronum.



- 1 **R** EUS † qui semel delicti vnus gratia, acriter & ad iustitiam equitatem & plenitudinē, quæstio-  
 nis torturam subiit, & perpetus est: in qua nihil tamē confessus est, non est ob idē delictum ad iterationem torture denuo, aut secundo reuocan-  
 2 dus, nisi certē noua, aliāq; succrescerent condigna iteratione torture indicia, l. repeti. & l. vnus, §. reus, & ibi Bart. & sequaces, ff. de quæstionib.

Bald. in l. milites, C. eod. tit. Cynus in l. de tormentis, C. eo. allegans Odofredum. D. Guid. a Suzaria in suo perutili & quotidiano tract. de indicij & tortura, num. 57. 59. D. Angel. Aret. in suo tracta. maleficiorum, in gloss. Fama publica præcedente, versiculi. Tertio quæro, An semel tortus possit iterum torqueri. Gandinus sub Rubro, de quæstionib. versic. An quæstio repeti. Angel. in l. j. §. Si quis, ff. de S. C. Sylla. Bal. in l. j. C. de Confess. D. Iacobus de bello uisu in sua practica iudiciaria, sub ritu. de quæstionibus, num. 50. 91. 92. D. Franciscus Brunus in suo tract. de indicij & tortura, q. v. secundæ partis, num. 59. latè haud dubiè distinguens, D. Hippoly. de Marfi. in sua practica causarum criminalium, in §. Quoniam, nume. 2. Fol. 90. Quandoquidem priora indicia abundè satis per tormenta passa, sunt diluta & purgata. Aut certè nisi priora indicia de facti veritate, clariora fuerint & euidentiora, quàm ut villo modo Iudex ambigere possit, nempe duorum aut plurimum fide dignorum, & ex certa notitia & usu testantium testimonio fuerint sufficienter comprobata: adeo ut Iudex plenè ita instructus de rei ve-



ritate, sentiat potius Rei esse duram pertinaciam, quam synceram innocentiam, quod in poena nihil ante confessus fuerit. Quo casu posset iudex ob sola prima indicia, maleficum Reum, ita maligne pertinacem ad trocleam siue scamnum carnicarium recipere, Bartol. in d.l. vnus, §. j. An t̄ autem patiens quispiam, sufficienter & ad extremum vsque satis excruciatu fuerit, totum id consistit, & situm est in iudicio, & prudentia Iudicis, l. quaestio. & l. de minore, ff. de Quaestio. l. item apud Labeonem, ff. de iniur. & l. respiciendum, ff. de poenis, sicuti capite proximo meminimus. Noua t̄ recentiaque indicia, hic velim intelligas, quae à prioribus specie differunt, aut substantia. Verbi gratia, sint prima indicia, quod mala fama fuerit & vitæ, morumque pessimorum, consuetus quosuis, etiam non laesisset, cedere: quibuslibet atrocia illico minari consuetus, perpetuus interfecti hostis, & vbiuis locorum infestus, cui non raro etiam interminatus sit, & similia. Noua recentiaque erunt indicia, si accedat testis fide dignus, qui audacter adstruat, & deponat, se vidisse ipsum Reum interempto infringere plagam,

ictum, & verbera. Aut si dicat, quod audierit ipsum Reum id factum aperte fatentem. Delationes & istiusmodi depositiones testium gignunt noua indicia, à prioribus specie planè distantia, eoque digna & sufficientia, ob quæ Reus inconfessus denuò ad iterandum cruciatum reuocetur, nouamque retorturam subeat. A qua sententia nequaquam abhorrent Angel. Aret. in suo tractatu maleficiorum, in verb. fama publica præcedente, in versicu. quaero, quæ dicantur noua indicia. D. Ludo. Bologninus in additione ad tractatum D. Guidonis à Suzaria, de indicis & tortura, num. 61. D. Hippolyt. de Marfil. in sua practica causarum criminalium. §. quoniam, num. 9. argu. nota. in l. per hanc, C. de tempor. appel. Barto. non inconcinne idem tenet in d.l. vnus, ad exordium, ff. de quaestio. & in suo tractat. de quaestio. In t̄ quibusdam locis Flandriae ac aliarum regionum (nescio quo spiritu afflatus) vt videantur boni Iudices, Officiarij, aut Assessores, neque Deum neque leges præ oculis habentes, testib. Cyn. in d.l. de tormentis. Guidone à Suzaria, Angel. Aretin. locis iam iam allegatis, ex vsu & consuetu

suetudine habent: Quoties <sup>9</sup> Reus legitime, & multorum fide dignorum testimonio fuerit conuictus: toties, & raram diu Reus ad quaestionem torturam reuocare, cruciatumque toties, adeoque intendere, donec poena exaturatus † & victus, singula fateatur: huic fundamento innitentes, quod nullum Reum inconfessum, morti adiudicare ipsis liceat, nec non & alteri fundamento, cuius meminit §. illud videlicet, vers. oportet enim eos, in Authent. vt ludices sine quoquo suffragiant, ibi torquebunt fures, & non prius quiescant, donec reddant furta, &c. A' quatenus torturae liberali & immodica repetitione suaserim abstinendum, atque cauendum: maxime cum doctorum omnium theoricarum sententia, contrarium huic secundo fundamento defendat: prout supra commemoravi. Ita etiam in terminis voluit Bald. acutissimi ingenij doctor, in l. ij. C. quorum appell. non recip. & in d. l. milites, C. de quaestionib. D. Abbas in c. cum in contemplatione, in ij. colum. in versu. Septimo quaeritur, ext. de regu. iur. Ita nec dissimiliter adstruit Dom. Guido a Suzaria in locis prius memoratis. † Nihil tamen in magno Consilio,

nihil in Consilio † Flandriae pendunt confessionem Rei, si quando legitima, dignaque satis condemnatione habuerint de facto testimonia, probationem & notitiam. Sufficiens autem † probatione in negotiis criminalibus dicunt esse, euentem & claram depositionem, hoc est, duos omni suspicione vacuos testes, qui † certo testabuntur se conspexisse, Reum crimen patrantem: quam nonnulli probationem plenissimam vocant. Probatio enim, quae fit per visum, & per inspectionem oculorum, est dignior & potentior omnibus alijs probationibus, teste gloss. in verbo. Requirat, in c. ad nostram. iij. de iureiuran. cuius meminit D. Hippo. de Marfi. in sua insigni practica causarum criminalium. §. Secunda, nu. 22. Quisquis † in tormentis semel delictum est confessus, moxque a poena id iterum negauerit, potest denudum ad torturae cruciatum recipi, quo in priori confessione constantiam seruet, Bald. in l. in bona fidei, vers. Item quero, C. de reb. credi. & Ale. in l. vnus. §. Reus, ff. de quaestionibus. In quo tamen iterato cruciatu si nihil confessus fuerit, & negando persistiterit, non est tertio retorquendus: quandoquidem indicia



prioris confessionis per supplicium, & poenam secundæ torturæ satis expiata sunt, quemadmodum meminit D. Hippol. de Marfi. in d. §. nunc videndum. num. 26. in sua praxi causarum criminalium.

23 Sunt Iudices † qui ad extorquendam veritatem, inedia, siti & fame gravissima Reū pertinaciter nihil profiteri volentem, excruciant: vt vel hoc mododelictum citra aliā torturam, & absque nouis in dicitis confiteatur. Verū istud ex iure prohibitum est, sicut & alij consimiles torquendi modiveteres & inusitati, quorum aliquot supra quoque

24 meminimus. Quum † Reus confessus semel fuerit crimen, quod solus patrare nequierit, sed quod socios ad complementum requirat, eisdem Reum semel tortura afflictum, ad torturæ iterationem reposcere licet: vt vel hoc pacto eosdem cooperarios prodatur, si alioqui eosdē aperte prodere nolit, Huic congruit l. finalis, coniuncta glossa in verbo, conscientia. C. de accusat. & inscript. cap. j. addita optima glo. in verb. confessi, extra de confess.

25 Si autem † in poena quempiā accusatione grauet, & prodatur, abunde magnum præbet ex eo iudicium & argumentum vt ex illius confes-

sione idem illic delatus comprehenditur. Verū non efficax satis est ipsius confessio ad alterius delati supplicij torturam aggredendam: nisi alia certioraq; consequerentur indicia: quia, vt

16 sæpenumero † præallegatum est, ad quætionem siue torturam liberi hominis procedi non debet, nisi præcesserint indicia sufficientia & verisimilia. Nam † à tormētis incipiendum non est, sed oportet Indicia præcedere, & Reū suspectum esse, sepe allegatis

17 f. j. in princi. l. de minore. §. tormenta. l. maritus, iuncta ibi gloss. in verb. à quæstionibus. & l. final. ff. de quæstionibus, l. cum cognitionaliter, & l. milites. C. eod. titul. de quæstionibus. & hanc opinor esse humaniorem ac tutiorē sententiam: & si nonnulli contrarium asserere nequaquam erubuerint, quos hic recensere breuitatis gratia omitto. Si † Reus ex multiplici torturæ reiteratione & assiduis cruciatibus tandem succumbens moreretur in poena, aut certè vllam corporis mutilationem incideret, homicidij aut mutilationis suspicione illicò notandus esset Iudex, etiam si digna aperta que satis ad torturam habuisset indicia, nisi semet expurgare posset, & re declar

18

clarare, quòd in torquendi mandato, & actu, iustas vſitatasque leges, & moderatio- nem, cõtra animi iudicium & iurium & prudentiæ æqui- tatem, non exceſſiſſet: ſed quòd zelo iuſtitiz omnia ad veritatis inquisitionem, fideliter & prudenter fuiſſet conſectatus: nihil autẽ ten- tarit dolo, malitiæ, aut odij gratia. Angel. Aretin. in ſuo tract. maleficiorum, in gloſ. in verbo, Fama publica præce- dente, verſic. Octauò quæro, quid ſi tortus moritur &c. D. Frãciſcus Brunus admodum liberaliter & prolixè in ſuo vtili & practiabili tract. de iudiciis & tortura, quæſtio- ne v. ſecundæ partis, inci- piente, Quintò principaliter quæritur, numero 18. ad fi- nem, 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. D. Guido à Suzaria in ſuo perutili & quotidiano tract. de iudiciis & tortura, nume- 85. 86. 87. 88. 89. Cæterùm

19 † hoc loco lectorem iudicem aut alium quempiam, ad quem torturæ infligendæ ſpe- ctabit ratio, ignorare nolim, quòd felicius & equius quæſtionariam torturam ex per- ſonarum qualitate exercent, varia eſſe latronum, furum, incendiariorum, ſicariorum, ſedque genus ſimilium male- ficorum genera. Horũ enim

nonnullos reperias vetera- nos, qui admodum diu longòque vſu, omnẽ facinorum genus tractare & patrare nõ veriti ſunt. Alios verò non ita diu reperias maleficiis ſe- met inquinatſe. Poſtremò eo- rum aliquos cognosces recẽ- tes, qui pauculis aliquot men- ſibus vitam ſuam vario maleficiorum genere comma- cularunt. Atque inter huius- cemodi ſubinde reperies (ex- pertus & ex propria ipſorum confeſſione loquor) qui ſeſe mutuis ſuppliciiis in nemori- bus excarnificat, & ad omne tormentorum genus fortĩ animo perferendum docent, exercent, & obdurant: ne quando capti, ſeriòque tor- turam ſubeuntes, tormentis cederent, ſed vti cuncta exerci- cito corpore, & animo guſta- tis pœnis edocto & obfirmato conſtanter citra vllam cõ- feſſionem, vlliũſve proditionem perferrent, ac deuora- rent. Ante vllam igitur quæ- ſtionem operæprecium eſſe putavi, iudicem iſthæc cog- noſcere: & quamdiu ſeſe in latrociniiis exercuerit, de- inde an aliquando in nemo- ribus à ſuis ſociis torturam obiſſent: quòd ex rerum iſtarum notitia, aut remiſ- ſius, aut intentius ſeu durius cruciatum adhibere manda- uerit.





## De confessione Rei in tortura.

CAP. XXXIX.

SVMMAE.

- 1 Reus in tortura crimen agnosens, à tortura laxandus est.
- 2 Reo in tortura non interrogata imprudenter confesso, nulla danda est fides.
- 3 De confessione criminum non rogatorum post faciendam est inquisitio.
- 4 Rei saepe ex durissimo cruciatu contra se falsa fatentur.
- 5 Rei saepe mutant in iustam mortem occumbere, quam poenarum tortura salutem perperit.
- 6 Rei confessio de alterius delicto, tantum ad alterius apprehensionem valet, non ad torturam.
- 7 Reus in tortura crimen confessus, post tridie eandem confessionem, liber, & palam uniuerso senatus iterat.



- Q**UANDO Reus in tortura supplicio delictum, ob quod excruciat, fatebitur, illico relaxandus est à poena, nec ulteriori tormento stringendus est. In qua poena tamen, si quid sponte præter interrogata & imprudenter contra se effuissit, aliave delicta confessus fuerit, de quibus nulla iudex certa habuerat indicia, non est istus confessionis verbis vlla à iudice danda fides, neque magni statim faciendam est huiusmodi confessio. Ita placuit D. Bal. de Perigli Perusino in suo tractatu de quaestionibus & tormē. sed secundo cap. loquente de effectu quaestionis, nume. 9. necnon D. Hippolyd. Marfil. in sua insigni practica causarum criminalium. §. secundam quaestio. Et Iacobo de Belouiso in sua solenni practica iudicaria in materiis criminalibus, titu. de quaestionibus, numero §. 9. Et D. Iaso in suis consiliis, consil. 188. incipiente, Spectabilis dominus Marcus Antonius, in secundo volumine. Item D. Panormitano in cap. cum in contemplatione. de reg. iuris. Idē confirmat D. Felinus in cap. at si clerici. de iudic. in verb. Sexto limita, nu. 5. qui hanc materiam locupletissime ibi dictis locis tractarunt. Attamen post torturam resciscet quidnā sit quod de hac re vltro non interrogatus confessus fuerat: verumne scilicet fuerit, an falsum. Quandoquidem saepenumero conpertum est, Reos ex tortura intolerabili cruciatu, & ex desperatione saepe audacter confessos, quæ ne cogitarent quid

quidem vnquam, nedum opere compleissent: vtique vel quodlibet mortis genus alacrioribus subituri, quam tam inhumanum cruciatum diutius perpessuri, l. j. §. in causa tributorum, vers. Quæstioni fidem. ff. de quæstionibus. Pari ratione cõsensum est, quum Reus in tormētis quæpiam prodit & accusat. † Nā isthac accusatio solum coniecturam præbet, qua accusatus capi & comprehendi poterit, non ad torturam exigendam condempnari. Quum † autem Iudex cõfessionem Rei cognoverit, eamque in scriptum redegerit, iubet eundem postredie sibi suo tribunali, ibique rursum coram vniuerso senatorum cœtu ab ipso, iam ab omnibus vinculis liberato, & extra omnem poenā eandem cõfessionem exigere: quam liberam confessionem illico graphiariorum, scribarum, ac notariorum calamis scriptoque excipiendam curat, & ad processus definitionem progredi mādatur. Ita pulchre astringit Hippo, de Marfilii in sua practica causarum criminalium. §. quoniam. Et D. Lanfrancus ab Ariadno in suo excellentissimo tractatu confessionum, vers. Et quæro primo, nume. 8. Idem affimat D. Ludouicus Bolognius, in additione ad peruti-

lem & quotidianum tractatum. de iudicijs & tortura, D. Guidonis à Suz. numero 69. & hæc praxis seruat.

### De negatione patientis in tortura.

#### CAP. XLIII. SVMMAE.

1 Reus in tortura nihil confessus liberatus à tortura, reducitur ad carcerem.

2 Reus in tortura nihil confessus, non emergentibus nouis iudicijs practice absoluitur per quosq; Iuridice verò absoluitur plenarie.

3 Tortura quæuis criminum purgat iudicia.



**S**I REUS in tormento † singula constanter negauerit, nullaque interrogatorum fateri voluerit, reduciturtum iterum ad carcerem. Vbi decem, viginti, aut triginta diebus, amplius, aut minus, pro Iudicis prudentia seruat, an forsitan alia noua indicia aliunde sit euentura. Quæ si non delata fuerint, e carceret & ex omnibus vinculis liberatur, pristinaque libertati (qua ante capturam fruebatur) restituitur, & dimittitur quousq; hoc est, donec denud in iudicium accersatur: sine



ampliori & plenaria absolute, atque ita receptum est fieri in practica. Nam ex iure 3  
 ret plenè absolendus erit, quòd per exactam torturam ab omnibus iudiciis & suspitionibus satis sit purgatus.

Qui à tortura sint excusandi.

CAP. XII.

SVMMARIE.

- 1 Doctores sunt à tortura excusati.
- 2 Equites aurati.
- 3 Officiarij.
- 4 Pueri minores.
- 5 Senes deliri.
- 6 Mulieres grauidæ,
- 7 A tortura non excusat aut liberat crimen lese Maiestatis,
- 8 Proditionis,
- 9 Simonia,
- 10 Malefici,
- 11 Falsi,
- 12 Privati carceris.



**N**emo de crimine sufficiens iudiciis suspensus, à tortura purgari poterit: exceptis iis, quos leges, & iura ipsa excipiunt, quales sunt doctores, quemadmodum sustinet Angel. Aret. in suo insigni tract. maleficiorum, in gl. in verb. 6  
 Fama publica præcedente,

versu. Sextò quæro. Amplè D. Franciscus Bru. in suo vtili & practicabili tract. De iudiciis & tortura, quæstione tertia secunda partis, nume. 23. Et Hippol. de Marfil. in sua solenni practica criminali, in §. expedita, nume. 29. Equites 2  
 aurati, & ceterique summatè, & proceres in magnis dignitatibus constituti, l. milites, in exordio, C. de quæstio. l. nullus, C. ad leg. Jul. Maie. & l. Diuo Marco, C. de quæstionib. necnon præfati Doctores locis iamiam allegarij, Item Principum officarij, ciuitatum rectores, hisque similes, officiorum suorum durante tempore, d. l. Diuo Marco, & l. Decuriones, C. de quæstionib. Angel. Aretin. in d. sua practica, in citato §. expedita. Insuper & pueri ætatis infra decimum quartum annum, quique virgines ac ferulis etiamnù puniendi subiacent, l. de minore, ff. de quæstionibus. l. j. §. impubes, & §. impuberi, & l. excipiuntur, ff. de S. C. Sylla. Huic tenuit l. j. & quæ ibi habentur, C. si aduersus delict. Præterea & senes penè delirantes, memoria vitis multùm laborantes, l. j. §. impubes, iuncta ibi gl. in verbo, ætas, & l. iij. §. ignoscitur, ff. de S. C. Sylla. Postremò & mulieres imprægnatæ, & grauidæ (nihil fert

fert à proprio marito, an  
ab adultero. l. & seruorum. §.  
penul. ff. de statu homi. Tortura  
sunt à tortura, donec enixa  
partum, validiores sint effe-  
ctæ. Ita luculenter tenuit D.  
Bartol. in l. prægnantis. ff. de  
pænis. D. Franciscus Brunus  
in suo tract. de iudiciis & tor-  
tura, quæstione quarta secun-  
da partis, nume. 3. & D. Hip-  
pof. de Marsil. in d. sua praxi  
causarum criminalium, §.  
nunc videndum, nume. 47. &  
48. Sunt tamen crimina, in  
quibus istiusmodi exceptio-  
nes cessant, & ob quæ leges  
nulli à tortura patrociniatur:  
sed quosuis indiscriminatim  
ad quæstiones postulant: quæ-  
lia sunt crimen læsæ Maie-  
statis, l. de minore, 2. respon-  
so, ff. de quæstionib. & l. nul-  
lus, C. ad leg. Iuliam Maieft.  
Aret. in tract. maleficiorum,  
in gloss. in verb. *che hai tra-  
dita la tua patria*, in princip.  
8 proditio patriæ, Ciuitatum,  
aut Principum: hisque affi-  
nia, l. desertorem, §. his qui  
ad hostes, & l. proditores, ff.  
9 de re militari. † Idè videtur  
in crimine simoniæ, teste gl.  
in verb. Maieftatis, in d. l. nul-  
lus, per textum in l. si quen-  
quam, C. de Episco. & cleri-  
ibi, ad instar publici crimi-  
nis, & læsæ Maieftatis accu-  
satione proposita, à gradu sa-  
cerdotij retrahatur. Nec ab-

10 simile † censetur dicendum  
in maleficis, & mathemati-  
cis, atque aliis similibus, de  
quibus loquitur l. & si exce-  
pta, C. de malefic. & mathe-  
11 ma. Adde † idem dicendum  
esse in crimine falsi, l. si quis  
decurio, C. de fals. Et idem  
† in priuato carcere, l. j. C. de  
12 priuat. carcerib. Duorum po-  
stremorum meminit gl. in  
verb. Demonstratur, in d. l.  
& si excepta, Horum nec ob-  
litus est D. Franciscus Bru-  
nus in suo sæpe allegato tra-  
ctatu, de iudiciis, & tortura,  
quæstione quarta secunda par-  
tis, nume. 24. necnon alij mo-  
dèrni practici in sæpe allega-  
tis eorum tractatib.

De purgatione vulgari,  
& principio de mo-  
nomachia, si-  
ue duel-  
lo.

## CAP. XLII.

## S. V. M. M. A. E.

1 Intendens alteri crimen quod  
probare nequit, monomachiam  
inducere solet.

2 Ad monomachiam prouocato,  
agnoscendum crimen, aut con-  
certandum fuerat.

3 Monomachia apud Longobar-  
dos multum recepta.

4 Duelli leges à Longobardis com-



- scripta.
5. Duelli duplex ratio.
  6. Duellum Francorum.
  7. Duella quare reiecta et abolita.
  8. Facus excusationis duelli.
  9. Duellum à Comitibus Flandriae ablatum.
  10. Duella in Francia à Philippo Pulchro reuocata.
  11. Duelli proorsus tollendi triplex ratio.
  12. Casus de iure, duellum admittens.



- Q**UANTUM ad factorem qui  
 doctorem qui  
 piam intentat  
 tum alteri  
 imē & factum,  
 cōdignū testimonio, aut alia  
 quauis probatione ordinaria  
 cōfirmare nequiuerat, proba  
 tionis certitudinem adixit,  
 & recepit corporis sui pericu  
 lo: offerens aduersario fata  
 lem illi in chirothecam, qua  
 ipsum ad mortem machiā pro  
 uocauerat: persuasum habēs,  
 veritatem, iusticiam, & in  
 nocētiā se ipsum ab aduer  
 sarij iniustitia protēcturam.
3. Quam euidem f. chirothe  
 tam aduersarius assumere co  
 gebatur, aut intentati crimi  
 nis veritatem agnoscere. Hū  
 iuscemodi autē duella mul  
 tum recepta fuere apud Lon  
 gobardos, quo tempore Ita  
 liam ipsi occuparunt: adeo vt
  4. non paucas de his cōscripse  
 rint leges, quas ipsi ius Lōgo

bardorū vocant. In quo octo  
 decim aut viginti descripse  
 runt capitula, partim crimi  
 nalia, partim ciuilia: quorum  
 vi aut dimicandū fuerat, aut  
 crimine agnito, iuri concedē  
 dum. Ita vt si f. crimen fuisset  
 capitale, concertandum erat  
 ad alterius internecionē, vti  
 que. Si verō ciuile, ad alterius  
 deditionem vsque in pugna  
 standum fuerat. Idem quoq;  
 receperunt Franci, hinc iura  
 sua habentes, quas leges voca  
 runt Salicas; de quibus multa  
 conscripta sunt. Verum, cum  
 isthęc duelli, cōsuetatio rectē  
 pugnet cū omnibus diuinis,  
 humanis, naturāque legibus,  
 & beluina potius sit furia,  
 quā humana insania: deinde  
 de quo ipsa hereseos funda  
 mento ac hinc basi iouiteba  
 tur; qua sibi palpabantur, di  
 uinā iusticiam nunquā si  
 nere innocentē vlla in re pes  
 sum ire: quum verius tamen  
 istud sit, diuinā tentare cle  
 mentiam, & ex diffidentia om  
 nipotentia diuinæ experi  
 mentum querere, c. vltimo,  
 ext. de purgat. vulg. Ideo tū  
 iure Canonico, tū Ciuili ve  
 situm fuit, ne quis iis legibus  
 amplius vteretur, vt. ext. de  
 purgat. vulg. per. totum, ij. q.  
 iij. c. consuluisti, & c. mono  
 machiā. & ibi gl. c. j. & ij. ext.  
 de torneamē. ff. & C. ad l. Cor  
 neliam de sic. variis in locis.  
 & l.

& l. vnica, de gladiatoribus. lib. xj. Ciuilita ibidem glos. in verb. Gladiatores. Earumque t. immunitatem multis Flandrie ciuitatibus Comitres largiri sunt, sancientes, necubi huius Regionis diuitius ex pertraherentur. in vsum: quod & in hunc vsque diem fideliter cautus est. Ceterum in Francia Rex Philippus pulcher hanc duelli rationem, rursus ab inhumanis atque adeo Tartareis Erinnybus in lucem & hominum vitam suis diplomatis reuocauit, anno ab orbe redempto, millesimo, tricentesimo sexto, volens ea in quatuor potissimum vtendum esse: Nempè cū res fuerat criminalis aut capitalis: Cūm proditorie patratum est, crimen, & commissum adeo clam, tamque latenti Marte, vt alia via, innotescere veritas nequeat: Deinde vbi prouocatus, patrati criminis ob vehementes suspensiones & certa indicia suspectus est: Et postremo, quoties de patrato crimine certa veritas habetur. Triplicem tamen ratione isthac vulgaris purgatio merito prohibita est, Prima scilicet, quod cacodemonum versuta calliditate, & inuidia sit reperta: vti vel hoc modo miseranda nece sese conficerent homines, vnde mo mediocere animarum tum

spectatorum, tum peragentium, tum consentientium subsequeretur detrimentum, d. c. monomachiam, & Panorm. in c. j. ad finem, extr. de cleri pugna. in duello. Secunda, quod per eam diuina potētia & iustitia aperte teneretur. d. cap. vltimo, extrā de purga. vulga. Tertia, quod per eam saepe innocēs ob alterius iniustam prouocationem condemnaretur: contigit enim multos sub iniusto clypeo perire, c. significantibus. extr. de purga. vulga. Repetio tamen in dubie vulgarem purgationem siue duellum in casu sine scrupulo admittendum, quum publica salutis causa fiat: & istud est admodum hadabile: textus est in l. j. sed si quis operas, ff. de postal. Vbi licet locans operas, vt cum bestiis pugnet, infamis sit, eadem l. j. & qui operas tamen non est infamis, qui locat operas, vt expugnet feram regioni nociuam. Horum plus satis. Interim tamen lector, vbi tibi videbitur, omnia ista & plenius, & distinctius comperies apud Ioannem de Lignano Iuriconsultum non incelebrem, pulchro suo tractatu de hac re memoria digna describentem, potissimum pro gloriosis, ne dicam, in gloris



ac insensatis. Quare isthæc dixisse hic nobis sufficiat.

### De alia purgatione vulgari.

C A P. XLIII.

S V M M A E.

- 1 Purgatio alia vulgaris, solita fieri per ferrum candens, aquam bullentem, &c.
- 2 Purgatio vulgaris, modo et forma prædictis, quare prohibita.



**I**ODEM penè tēpore, † & alię purgationes & vulgares fuere receptę, quibus de præsumptionibus & suspicionibus diffamati & delati purgabantur. Nempe, cum candens ferrum volamans compresserant: aut eum super ignito ferro nudis plantis incesserant: hisve similia: de quibus purgandi formis, multa donata sunt à principibus priuilegia Flādrię. Porro Gandensibus ciuibus à Comite Flādrię indultū priuilegio fuit, sese purgare aqua frigida, quod sanè interpretandum est de aqua frigida, & adhibitis consuetis funibus. Verūm quum † & istiusmodi purgationes nihil habeant humanitatis, sed tyrannico animo, diabolicoque

instinctu inuentæ atque excogitatæ, ad diuinæ potentie tentamenta rectè vergat, ideo non temere Canonico iure prohibitæ sunt & abolitæ, ne amplius iisdem vtemur, capi. ex tuarà extra de purgat. canoni. & ext. de purgat. vulga. per totum. c. consuluisti. ij. q. liij. & D. And. Alciatus vir haud mediocris diligentię, in suo peritili iudiciarij processu compedio, atque iuris vtriusque praxi: titulo, Quid sit purgatio. cū sequenti.

### De purgatione Canonica.

C A P. XLIIII.

S V M M A E.

- 1 Purgatio canonica iure Pontificio inuenta.
- 2 Forma purgationis canonice.
- 3 Infamatus se purgabit iuramento veritatis.
- 4 Compurgatores purgabūt causam iurantis de veritate, iuramento credulitatis.
- 5 Numerus compurgatorum arbitrarius.
- 6 Canonica purgatio frequens ecclesiasticis.



**I**VRA Pontificia, aliā † quoque suspicionū & præsumptionum purgandarum formam inuenerunt

& statuerunt, quam vocant 6  
 purgationem canonicā. Quæ  
 2 † fit, cū iudex diffamatum  
 & criminis suspectum conce-  
 ptis verbis ad iuramentum,  
 adstante bonæ fidei virorum  
 3 certo legitimoque numero,  
 adigit & adstringit. Ita † vt  
 suspectus seu infamatus iu-  
 ret se à crimine, super quo in-  
 famatur, immunē esse & in-  
 nocentem. c. constitutus. & c.  
 accepimus, extr. de purg. ca-  
 4 noni † Ceteri verò † instantes  
 testes, dicti compurgatorii,  
 iuramento se deuincient, &  
 iurabunt, quòd credant & pu-  
 tent suspectū ac infamatum  
 iurantem, vera iurasse, c. quo-  
 ties, & d. c. constitutus, extr. de  
 purg. canoni. Neque enim ad  
 fortius iuramentum vrgeri  
 possunt, quā ad ita credere,  
 itaque sibi persuasum esse:  
 aliòqui procliuus fieri pos-  
 sint, & vicini periurio, l. vi-  
 deamus. ff. de in litem iuran-  
 5 Testium † autem huiusmodi  
 coniurantium siue compur-  
 gatorum certus numerus pla-  
 nē consistit in arbitrio Iudi-  
 cis: vt multos statuatur, an pau-  
 cos: ecclesiasticos, an secula-  
 res, pro personarum qualita-  
 te, & infamiae, & criminum  
 quantitate, eòque & tempo-  
 re & loco, quibus ipse Iudex  
 velit, cap. cū in iuuenture,  
 extrā. de purg. canoni. cap.  
 final. extrā. de transactio. ibi

text. & gloss. Hactigitur for-  
 ma vtuntur frequenter Cur-  
 riæ spirituales. Et earū imi-  
 tatione, subinde etiam tribu-  
 nalia secularia, seu prophana  
 in Flandria, necnon alijs in  
 locis.

## De purgatione lagali.

CAP. XLV.

S V M M A E.

- 1 Legitimè purgandus, se vltro  
captiuum præbet.
- 2 Legitimè purgandus, quando  
citabit partem aduersam.
- 3 Legitima purgationis priuile-  
gio priuatur quisquis captura  
preuentus fuit.
- 4 Legitima purgatio fit ex sum-  
ptibus purgaturi, nisi &c.



**V**LGARIIS  
 practica, & † le-  
 galis purgandi  
 forma in legi-  
 timis Currijs  
 est, vt suspectus semetipsum  
 in captiuitatem tradat, aut lo-  
 co suæ habitationis: Aut vbi  
 Iustitiæ subiicitur, seu forum  
 sortitur: Aut vbi crimē admis-  
 sum fuerit: Aut certè sese cap-  
 tū exhibeat dominis de con-  
 silio, veluti omnium Iusticiarū  
 2 præsidentibus: † deinde citan-  
 dos curet singulos Officia-  
 rios, omnes aduersarios suos,  
 & quotquot ipsum de hoc cri-  
 mine (cuius diffamatus & sus-  
 spect



spectus fuerat) grauaue velint.  
 Si tamē factum tale fuerit, vt  
 ab eo per processum, aut per  
 purgationem ordinariam se  
 purgare possit: veluti si retor  
 to telo, a lbi cōmissum esse,  
 aliūmq; criminis patrati au  
 thorem commonstrare pote  
 rit: aut si confimilibus exce  
 prionibus probabilibus, ordi  
 naria legitima que probatio  
 ne, & nequaquā præsumpcio  
 nibus aut iudiciis defensionē  
 suam adstruere valeat: aliās  
 verō minimē licebit cōtra se  
 citare Officiarios, aut alios  
 3 aduersarios. † Porro si diffamatus prius captus fuerit ob  
 crimen, à quo se expurgare  
 concupiscat, quā sese purgan  
 dum vltro dedisset, non esset  
 is tum habilis, vt se purgatio  
 ni traderet, sed respondendū  
 ipsi tunc fuerit Officiariis lo  
 4 ci, vbi capus est. Ceterū † pur  
 gationes omnes oportet fieri  
 & deduci ex sumptibus im  
 petratis: nisi Officiarius quis  
 piam, aut alius aduersarius  
 purgationem reiiceret, vnde  
 nihil probare valens mox ex  
 cideret. Hoc tum casu aduer  
 sarius ille, aut Officiarius in  
 cideret in omnes expensas,  
 & ob illatam calumniam in  
 omnes sumptus detrimentorū  
 & incommodorum con  
 demnabilis fieret. arg. l. si po  
 stulauerit §. fin. ff. de adulter.  
 enim ibi notatis, & l. fin. C. de

fru. & lit. expen.

De sese presentando  
 naturæ contra par  
 tem aduersam.

CAP. XLVI.

S V M M A E.

1 Purgaturo sese non conceditur  
 contortura cum aduersario re  
 cusante.

2 Aliquando cōceditur cum con  
 sentiente.



EMO in hoc  
 audiendus est,  
 neque accepta  
 bilis, si semet  
 ipsum tortura

purgandum contra partem  
 suam aduersam offerat. Ve  
 rùm necessum est, legitima  
 purgatione sese defendat, fa  
 ctæque sua debite probet: a  
 liōqui à causa sua decideret.  
 † Attamen si pars aduersa eā  
 2 torturæ probationem in se  
 acceperit, sibiq; placuerit ad  
 maiorē veritatis contestatio  
 nē, simul cū accutato scamni  
 torturalis pœnā subire: iudex  
 hac casu, processum per tortu  
 rā perficere possit, ex cōsensu  
 scilicet partis, & si a lter veri  
 tas haberi nō potest, facit l. di  
 uus Pius. ff. de quaest. cū inou  
 meris haud dissimilibus.

De confrontatione.

CAP. XLVII.

S V M M A E.

1 Concaptiuis in mutuis accusa  
 tion

tionibus discordantibus, quid  
Iudici faciendum.

- 2 Commentis suis persistentibus,  
confrontatione utendum.
- 3 In testes constanter de positioni-  
bus discrepantes, subinde con-  
frontatio exercenda.

I



VVM ¶ duorum  
captiuorum al-  
ter alteri crimi-  
nē imponit,  
& in delatio-

nibus discordantibus iubet utriusque  
Iudex sibi sisti, quos de discor-  
dantiis interrogat, prius sepa-  
ratim, mox utriusque coniun-

- 2 ctum. In quibus modis si Iudex  
iplos quasi in subdolis cō-  
mentis, siue fictionibus perfis-  
tere comperiat, neque vllis  
aliis modis veritatē indagare  
potest, mandat simul utrius-  
que in alterius mutuo consp-  
ectu torqueri (quod nos re-  
cepto magis quā Latinovo-  
cabulo vocamus confronta-  
tionem, quasi fronte ad fron-  
tem) verūm hīc summa iudi-  
ci adhibenda est prudentia.

- 3 Similem ¶ quoque confronta-  
tionē exerceat, quoties duo  
testes in materia criminali  
disconueniunt, ita ut alter su-  
spectum accuset, alter excu-  
set: maximē si aliter constare  
veritas nequeat: seruit huic  
textus in l. Diuus Pius. ff. de  
quæstionibus. cum infinitis  
similibus iuribus.

De probatione ordi-  
naria.

CAP. XLVIII.

S. V. M. M. A. E.

- 1 Actoris est, Reum præire.
- 2 In probatione ordinaria, officium  
rei fuerit, defensionem probare.
- 3 Iudicis est, Informationem effi-  
cere, nisi testibus longē distitis,  
morbo, vel impedimento, prape-  
ditus sit. C. nu. 4. 5. 6.
- 7 Testes citati, comparere recusantes,  
ut corrupti & falsi habendi sunt.
- 8 Inquisitionem facturum, plenē  
de circumstantiis edictū oportet.
- 9 Circumstantie causas grauant  
aut eluant.
- 10 In conclusione pecuniaria, Reū  
diffamari opulencia spectanda.



NORDI-  
naria proba-  
tione, Actoris  
test Reū præ-  
ire, quū tēpus

ipti constitutum fuerit. ¶ Et  
quum productionē suā peregerit,  
mox cōsequetur Reus,  
probarurus suā defensionē.  
D. Bal. in l. si iusta, vers. modō  
quæro. C. de probationibus,  
& l. si quidem. C. de excep-  
tionibus. & l. in pecuniariis. ff. de  
feriis. In ¶ materia criminali,  
ipsum Iudicis fuerit, informa-  
tionem (vulgo Enquêtā)  
efficere, nisi secus rerum sta-  
tus suaserit, veluti si testes ab  
ipso



- 4 ipso † longè sint disiti, aut si morbo, aut simili aliquo impedimēto præpeditus fuerit. † Quibus casibus licitum fuerit iudici in hoc negotio alteri suas delegare vices. Si  
 5 verò testes † comparere detractent, fortasse ex dissuasione, aut corruptione malefici, aut ex alterius timore, aut certè mala dehortatione, potest iudex eisdem præmio corruptos ad tribunal suum  
 6 accedere. Qui si ne † tūc quidem comparuerint, habebit eos iudex vt falsos, & contra eos procedere potest. In probatione ordinaria criminali, Reus admittitur ad probationē negatiuā, nempe quòd rem sibi imputatam non fecerit. Bald. in l. Actor, in fine.  
 7 C. de prob. Iudex † aut Commissarius inquisitionem aut informationē faciens, oportet accuratè seipsum informet de rerum circumstantiis:  
 8 quòd ex † iis facti causæ plurimùm aut grauantur, aut  
 9 eleuantur. Si conclusio † Reū vrgeat ad pœnam pecuniariam, aut aliam frugiferam multam, oportet tum diligenter iudex resciscat, & inquirat de Rei diffamati opulentia, & facultate: vt æquiori libramine ciuiles has pœnas & multas expensurus, taxare & iudicare possit.

## De plena probatione in materia criminali.

## CAP. XLIX.

## SVM. M. AE.

1 Probationem plenam efficiunt duo irrepabile testes.

2 Ultronea Rei confessio.

3 Euidencia facti.

4 Non presumptio,

5 Non fama,

6 Non opinio,

7 Non fuga.

8 Probationes in criminalibus oportet esse clariſimas.



vo sufficientes † testes, haud reprobabiles. videntur defecto testimonio ferentes, hoc est, ex visu, & certa notitia testantes, plenam atque absolutam probationem in re criminaria efficiunt, tritissima l. iij. §. item diuus. iuncta ibidem gloss. in verb. Speciem, & ibi Bart. ac sequaces, & l. Vbi, ff. de testib. huic quamoptimè seruit c. testes, iij. q. ix. vbi expressè textus: Testes per quamcunque scripturam testimonium non ferant, sed presentes de his, que nouerunt & viderunt, veraciter testimoniū proferant, & c. cōiunctis ibidem gl. in verb. Sed presentes, & in verb. Que nouerunt, c. ij. & c. ex literis, ext. de probat. c. in omni. c. licet,

- cet. & c. cum à nobis, extrà de  
 testib. & c. nouit, ext. de Iudi-  
 2 ciis. Confessio Reï siue par-  
 tis libera, vltronea, & extra  
 omne vinculū ac pœnam in  
 iudicio facta, plenam etiam  
 probationem efficit, l. si con-  
 fessus, ff. de custo. reo. l. j. §. di-  
 uus Seuerus, & l. si quis vltro,  
 ff. de questionib. & l. si sine,  
 ff. de interrogat. actionib. c.  
 cum ad sedem, extrà de resti-  
 3 spolia. Euidencia † ipsius fac-  
 ti, qua Iudici scilicet factum  
 elare & apertè innotescit, ple-  
 nam quoq; probationem facit,  
 vulgato c. euidencia, ext.  
 de accusat. c. ad nostram, liij.  
 ext. de iureiurando, c. de ma-  
 nifesta, ij. q. j. l. ea quidem, C.  
 de accusa. D. Speculator, pra-  
 cticus sui temporis haud me-  
 diocri, in tit. de probat. §. vi-  
 dendum restat, versic. quartò  
 per euidenciam. Nec dissimiliter  
 tenuit Ioânes à Graf-  
 sis, Doctor V. l. insignis in suo  
 tracta. in arborem iudiciorū,  
 sub tertio flore, nu. 1. De no-  
 torietate siue euidencia facti.  
 4 Violenta † verò, validaq; præ-  
 5 sumptio, † fama, † opinio,  
 6 fuga, † idque genus alia, nun-  
 7 quàm plenam probationem  
 efficere possunt in materia  
 criminali ad condemnatio-  
 8 nem: Quòd ad criminis † ma-  
 teriam, omnes probationes  
 oporteat esse clarissimas, l.  
 sciant cuncti, C. de prob. cum

ibi notatis, quā legem cano-  
 nizatam verbò tenus legimus  
 in c. sciant cuncti, ij. q. viij.  
 cōcordat etiam c. Epiphaniū,  
 v. q. vj. l. singuli, C. de accus. l.  
 addictos, circa medium. C. de  
 appella. l. cum Reis, C. de pœ-  
 nis. cū infinitis iurib. nequa-  
 quam dissimilibus. Rationē  
 rationis assignat glo. nequa-  
 quàm incelebris in iamiam  
 citata l. sciant cuncti, in verb.  
 vel indicis. dicens. clarius, di-  
 ligentius, & perspicacius fo-  
 re agendum, vbi de hominis  
 salute agitur & tractatur: cu-  
 ius inter multos meminit  
 (etsi prolixius paululum) Ia-  
 cobus de Bellouisu. in sua so-  
 lenni practica iudi. sub rubr.  
 De causis criminalibus, crimi-  
 naliter intentandis, nu. 4.  
 Quæ omnia à Iudicibus crimi-  
 num sunt memoria scri-  
 ptio cōmendanda, necdō præ-  
 oculis semper habenda, ante  
 quàm ad ferendas sententias  
 capitales procedant.

## De reprobatione.

CAP. L.

SVMMAE.

*Legislatores ad eorum, quæ se-  
 penumero eueniūt, cognitionem  
 multò sunt attentiores, quàm ad  
 ea, quæ rarius contingere solēt.  
 Ad testimonia legitima nō ad-  
 mittuntur minores quatuorde-  
 cim vel viginti anni.*



- 3 *Aduersarij, inimici, hostes, fa- miliares inimicis.*
- 4 *Quis dicendus inimicus, quis ad uersarius capitalis, nuper inimi- cus, nunc tamen amicus fa- ctus.*
- 5 *Domestici, familiares, mercena- rij, conuictores.*
- 6 *Famuli, famule, mancipia.*
- 7 *Patres, matres, auj, auia.*
- 8 *Amici, cognati, affines.*
- 9 *Mariti, uxores.*
- 10 *Frates, sorores.*
- 11 *Aduocati, procuratores, solici- tadores.*
- 12 *Tutores, curatores.*
- 13 *Notati infamia.*
- 14 *Socij criminum.*
- 15 *Furiosi, phrenetici.*
- 16 *Excommunicati, heretici.*
- 17 *Pauperes.*
- 18 *Monachi, regulares canonici, conuersi, quicumque sub regula ri obedientia constituti.*
- 19 *A fidei testimonio ferendo reij- ciendi sunt, homicida, malefici, sacrilegi, fures, raptores, adulte ri manifesti, venefici, sortilegi, periuri lenones, concubinarj ma- nifesti, incestuosi.*
- 20 *Conspiratores, coniuratores.*
- 21 *Testimonij gratia qui pretio cor- rupti sunt.*
- 22 *Accusatores, admittendi non sunt ad testimonij fidem. Item nec sic mine. nu. 23.*
- 24 *Femina in materia feudorum non sunt ad testimonij audien- da. Nec etiam in testamentis, sum. 25.*
- 25 *Meretrices an dignae testes sint in causa criminali.*
- 27 *Probationes in criminalibus de- bent esse omni suspitione & ex- ceptione immunes.*
- 28 *Qui reprobata sunt vite, opinio- nis, aut conuersationis, iure a te- stimonij repelluntur.*



V M testimo-  
niorum vsus in  
iure & praxi  
admodum fre-  
quens sit, &

res praeterea sit periculo ple-  
na, potissimum in negotiis  
criminu, propterea quod lu-  
sticiarj & officiarj plerumque  
aut ambitione turgidi, aut  
ignorantia capti, hic soleant  
esse negligetiores & dormi-  
tabundi: Profecto quum ad  
eoru quae sepe numero eue-  
niunt, cognitionem multo  
vigilantiores sint & atten-  
tiores, quam quae raro con-  
tingere solent, vt in Authen.  
vt sine prohibitione matres  
debitric & credit. §. quia ve-  
ro, & l. nam ad ea. ff. de legi.  
Ideo mei muneris hic esse  
dixi, nonnihil succisue tem-  
poris huic rei impendere, &  
reprobandi materiam ag-  
gredi. In re igitur criminali  
reprobadi sunt minores qua-  
tuordecim annis, l. iij. §. lege  
Iulia, ff. de testib. Similiter &  
iuuenes viginti annorum ae-  
tate minores, l. in testimo-  
nium,

- nium, ff. de testib. c. si testes, versic. item in testimonium, iij. q. iij. vel certè ipsorum testimonia non tantum habent ponderis, vt ad cõdemnationem vrgeant. Reiciendi + quoque sunt aduersarij, inimici, & hostes, scilicet capitales, & quotquot cum capitalibus inimicis siue hostibus familiarem aut domesticam conuersationem habent, c. repellantur, & c. cum oporteat, & ibi Felinus, ext. de accusat. Innoc. in c. inquisitionis, eod. titu de accusat. c. licet Heli: extrà de si-  
 6 monia, l. iij. in exordio, & ibi Bartol. ff. de testib. l. si quis. C. eod. de testib. quam legem etiam reperimus canonizata in c. si quis, iij. q. iij.
- 4 Quis autem dicatur + aut præsumat inimicus, & que dicantur inimicitia capitales, describit D. Felinus amplissimè in d. c. repellantur, & in c. afferte, in iij. colum. in ver. datur aliud exemplū, circa finem, versicul. de præsumptionibus. Alexander in suis consiliis, consilio xcix. primo volu. & not. in d. c. repellantur, & in d. l. si quis. Item reprobat is, qui aliquando (etiam si nunc refarta gratia bene inter se conueniant) capitalis hostis, aut inimicus fuit: nempe quòd  
 9 nunquam is vindiçtæ suspi-
- cione careat, per id, quod notat gloss. in verb. Nam ad sit, in Authen. de testib. §. si verò quis dicat odiosum, multa de hoc per D. Felinum in d. c. cum oporteat, nume. 4. Rursum + domestici, Familiares, Mercenarij, & Conuictores à testimonio repelluntur, l. penult. ff. de testib. & tritissima l. etiam, & ibi norant Cynus & alij scribentes, C. eod. titu. c. in literis, ext. eod. Ita notat gloss. in verb. Domestica, in l. præsenti, in §. sanè, C. de his, qui ad eccles. confug. Famuli, + famulæ que, mancipia, atque huiusce generis alij, à testimonio aut lato, aut ferendo repellendi sunt, l. seruos, & l. quoniam, C. de testibus, l. pridem, C. de quaestionib. c. nullus, iij. q. v. & c. si testes, versiculo, Item testes, quos, iij. q. iij. Ad hæc probatione + tolluntur pater, mater, auus, auia, ascendentes, & descendentes infinitum, l. parentes, & ibi gloss. in verb. Parentes, C. de testib. & d. c. si testes, versicul. Item testes, iij. quaestio. iij. Item + amici, cognati, & affines, c. absens, xxij. q. ix. Ita tenet Bart. in l. qui testamento, in §. per contrarium, ff. de testamēt. c. similiter, iij. q. v. Specula. titulo de teste. Reprobatur + vxor pro marito, aut contrà. Probare nanque



- pro marito, vetat affectionis suspicio: Contra verò maritum testari, reuerentiæ dispēdium, & maritalis odij augmentum, glos. in verb. parentes, in dicta l. parentes, Felin. in dict. cap. in literis, extr. de testibus. Notatur etiam per Scribentes in d. l. etiam. Huic seruit dictum Baldi, & Doct. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. sol. matri. quod vxor, vna caro & volūtas cum marito censetur: ideo dicitur merito suspecta in causa mariti
- 10 & è contrario. Frater † pro fratre, aut sorore, vel soror pro sorore testatura, repellitur, gl. & Doct. in d. l. parētes. l. lex Cornelia, ff. de iniuriis. l. qui testamento, ff. de testamētis. D. Lanfrancus ab Ariadno in suo tractatu notabili, Depositionis testium, seu de testibus num. 6. Atque etiam quæuis aliæ personæ, quæ pro vllō amicitia aut necessitudinis vinculo iuncto (vulgò personæ coniunctæ) sunt testature. Bart. in l. aut affinitate, ff. de procuratorib. Aduocati, † procuratores, & sollicitatores causarum iisdem repelluntur. l. fin. ff. de testib. & ibi Glo. & Doct. in cap. ex literis ext. de trāfactio. Egregiè D. Cynus in l. quoniam. numé. §. C. de testib. c. statuedum. ij. q. vj. & c. Romana. de testib.
- 12 libr. vj. Item tutor, † curator & similes sunt reprobandi, l. final. & ibi glossa in verb. in executoribus, ff. de testibus. iam iam allegata. † Reprobandi sunt etiam, tanquàm instabiles, hi, qui in iudiciis vllis notati & damnati fuerunt alicuius famosi criminis, aut de crimine vllō publica fama fuerunt infames, cap. ex parte. & cap. testimonium, ext. de testib. l. iij. §. lege Iulia. & l. ob carmen. ff. eod. de testibus, qui enim olim fuerunt criminosi, adhuc præsumuntur criminosi. l. quisquis.
- 14 C. ad l. Iul. Maesta. Item † reprobantur criminum socij, siue in eodem crimine irreti. cap. veniens. primo. ext. de testibus. cap. nullus. iij. q. v. & l. sicuti. C. de quæstionibus.
- 15 Item † furiosi & phrenetici ad mittendi nō sunt ad testimonij fidem: Tales enim pro absentibus & ignorantibus habentur, l. primā. §. si furiosus. ff. de acqui. possess. Item † excommunicati, & hæretici à testimonio respuuntur, cap. veniens. ij. extr. de testibus. & l. quoniam. C. de hæreti. Similiter † pauperes à testādo tolluntur, quòd hi minus fidei præstent, quàm diuites. In Authen. de testibus §. primo. & §. sancimus. coll. vij. Host. in summa, de testibus. §. ij. in versicul. in fortuna. Specula. in titul. de teste. §. primo. ver sic.

- fic. Item quòd est pauper. Altera ratio, quia facilius corrumpitur pauper, l. iij. vbi bona gloss. super verb. Egenus, ff. de testib. Alexand. in consilio 15. incipiente Viso processu. in iij. vo. Socinus in tract. suo fallentiarum; in regula c. 18 lxxxix. incipiente. Pauper. ¶ Reiectantur quoq; monachi, regulares canonici, vel conuersi, aut quiuis alij religiosi subiecti ordinibus aut regulis, hoc est, sub obedientia constituti, etiam cum praelati consensu impetrato. Attamen si aliter veritas indagari nequeat, Iudex depositio-ni ipsorum ratione & respectum habere solet. Item homicida, malefici, sacrilegi, fures, raptores, adulteri manifesti, venefici, sortilegi, periuri, lenones, cõcubinarij manifesti, & incestuosi, atque huiusmodi, produci testes non possunt, nec in testimonium admitti debent, c. ex parte. & c. super eo. extr. de testibus. l. nõ potest. ff. de furtis. c. cõsanguineorum. iij. q. iij. & c. constitimus. iij. q. v. Item ¶ conspiratores vel coniuratores. cap. cõspiratores. iij. q. iij. & d. c. cum oporteat. ext. de accusatio. Similiter, qui ¶ pretiũ receperunt, vel recepturi sunt pro testimonio, vel dicendo, vel tacendo: vel quòd hac subornati & instructi fuerint, l. iij. §.
- lege Julia. ff. de testib. l. eos, & l. si quis in fin. C. eod. tit. & c. licet. extr. de probat. Item ¶ Acculatores à testimonio repelluntur: Nemo enim potest esse testis & acculatores. c. forus. §. in omni, extr. de ver. signific. & c. Acculatores. iij. q. v. Hic tamen (quod acriter insectandum est) videas plebrosque officarios grauius peccare (ab ipsorũ nomenclaturis prudens abstineo) quos non pudet contra omnẽ equitatem, eosdem ad testimonia contra misellos ferenda producere, quos prius habuerunt delatores: non alia (metuo) causa, quàm vt vel hac ratione ex innocentium oppressione, pecuniariam condemnationem affecti, suis consulant marsupijs. Forminæ ¶ quoque repelluntur in criminalibus processibus criminaliter institutis: non verò in processibus ciuilibus ciuilitè institutis, si Iura Pontificia sectemur, cap. forus, cum ibi notatis, extr. de verbor. signific. & cap. mulierem, xxxiij. q. v. Nã ex ratione iuris ciuilibus, nihil verat forminam suum testimonium, tum in ciuilibus, tum in criminalibus deponere, l. ex eo. ff. de testibus. vbi Iuriscõs. à contrario argumẽtatur ad hunc modum: Si publico iudicio damnata, à testimo-



- nio ferendo arcetur: non con-  
demnata. ad testimonium fe-  
rendū admittetur. cap. ex eo.  
15. q. iij. l. qui testamento. §.  
mulier. ff. de testamentis. Ale-  
xander Imoleus in suis con-  
siliis, consilio xj. iij. colum.  
Conti. lxxij. j. colum. & in cō  
fil. xctx. iij. colum. in primo  
consilio volumine. Exce-  
ptis duabus dūtaxat causis:  
24 Nempe, in † materia feudo-  
rum. capit. j. qui test. sunt ne-  
cessa. ad nouam inuestit. pro-  
bandam, in vsib. feudo. & ibi  
25 Bald. in fi. † Et in testamētis,  
l. qui testamento. §. eum, qui,  
verfic. Mulier. & ibi Barto. &  
sequaces. ff. de testament. &  
§. testes, Instit. de testamen.  
ordinandis, capit. forus, & ibi  
gloss. & Doct. extr. de verb. si-  
gnific. Attamen in depositio-  
ne fœminarum iudicis fuerit  
diligenter considerare ipsa-  
rum qualitatem, loquendi  
affectus & mores, cum reli-  
quis circumstantiis. facit di-  
ctū cap. forus, cum ibi nota-  
tis, extr. de verbo. significat.  
26 † De meretricibus autem hic  
dubium oriri posset: sint  
ne condignæ testes in ma-  
teria criminali, an indignæ?  
Verūm dubium omne pellit  
Dom. Alex. Imolēsis, respon-  
dens planè negatiuè in suis  
consiliis, consilio 11. numero  
27 ij. j. volu. † Nam in crimi-  
nalibus ( uti sæpe dictum

est) oportet probationes: o-  
mni suspitione & exceptione  
esse immunes, l. sciant cuncti.  
C. de probat. l. absentem. ff.  
de pœnis, l. iij. §. Lege Julia.  
ff. de testibus. cap. sciant cun-  
cti. ij. q. vlt. & cap. Epiphaniū,  
28 v. q. vj. † Postremo (vt summa-  
tim dicam) reprobantur om-  
nes, qui non sunt probatæ  
vitæ, opinionis, & honestæ  
ac bonæ conuersationis, cap.  
super eo. & capi. testimoniū,  
extrà, de testibus, & capi. li-  
cet, extrà de foro competen-  
ti. Quisquis autem in hac  
materia plura desiderat, is  
consultat D. Speculatores, lib.  
j. in Rubr. de teste, particula  
4. necnon post eum, Do. An-  
dræam Alciatum in suo iudi-  
ciarij processus compendio,  
atque iuris vtriusque praxi,  
sub Rubro, Quæ possint con-  
tra testes opponi. D. Stephe-  
num Aufser. in suo insigni  
tract. de testibus, & eorum re-  
probatione, D. Lanfrancū ab  
Ariadno in tract. suo celebri,  
de testib. D. Franciscum Cur-  
tium, in suo utili tract. de te-  
stib. D. Albericū à Rosate in  
suo singulari tract. de testib.  
D. Tyndarum, l. v. Doctore  
introducetem Bar. & Bald.  
colloquutores, & ad inuicem  
disputantes, & Ludonicum  
Romanum altercationes eo-  
rum decidentem, in suo tra-  
cta. de testibus. D. Andræam  
Barb

Barbatiā ad capi. testimoni-  
nium, de testibus. D. Man-  
fuerium in suo aureo ac per-  
utili tracta. siue iudiciorum  
praxi, sub rubro, de testibus,  
quos de hac re comperiet lo-  
cupletissimē & exactissimē  
differuisse.

## De Saluatione.

CAP. LI.

S V M M A E.

- 1 Saluandi materiam præbet reprobatio prior.
- 2 Saluatio reprobatione non minus necessaria.
- 3 Saluandi testes, non calūniadi.
- 4 Testes quomodo saluentur, quo item reprobentur, & nu. 6. 7. & 8.
- 5 Allegantis, non negantis, est probare.
- 9 Depositionum tempus in saluatione obseruandum.
- 10 Saluatur testimonia infamū, de rebus infami loco patris: famulorum, ancillarū, & domesticorum, de rebus domi & priuatim peractis.



**R**SI saluatio-  
nis materia ap-  
positē vnā cum  
superiori capi-  
tulo † tractari  
potuisset, nepe quod & repro-  
batio & saluatio ita sese ha-  
beant ad inuicem, vt ex vno  
facile collegeris alterū, & au-  
ditis testiu reprobationibus,  
statim saluationis formā satis

agnoscas: Ne hic tamen pro-  
sus mutus hanc materiā præ-  
teruisse iudicer, haud alienū  
ab hac materia, nostrōq; mu-  
nere esse putauī, si pauculis  
aliquot exēplis cōmōstratis,  
saluationis vsum & modum  
imperitis ostendero: potissi-  
mū † quū isthæc saluatio sit  
in quavis materia nō minus  
necessaria, quā ante dicta  
reprobatio. Deinde quod nō  
minori studio testes, & ipsorū  
testimonia (quatenus id fieri  
potest) saluanda sunt, † quā  
prius fuerāt ab aduersario re-  
probata: eoque neutiquā calū-  
niāda, argumēto c. cum tu  
fili, & ibi glo. etr. de test. Quare  
noueris Lector hunc pri-  
mū esse vsum saluationis,  
vt quoscūq; testes tuos, aduer-  
sarius tuus exceptione repu-  
lerit, qua dixit eos esse aut  
amicos, aut inimicos, fratres,  
sorores, cōuictores, famulos,  
ancillas, infames, & c. tu con-  
trā (isthæc omnia negādo) eos  
de salues, & testimonio feren-  
do dignos affirmes, oportet:  
aliōqui nisi huiuscemodi ne-  
gationibus tuos saluaris, per  
tuū tacitū cōsensum iudici vt  
reprobati habebūtur. Vbi ergo  
tuos testes, negādo repro-  
bationē aduersarij, saluaueris  
illius tū fuerit allegata proba-  
re, iuxta vulgatam & frequē-  
ter ab aduocatis allegatā le-  
gem ij. ff. de probat. necnon



optimam glo. ibidem: Et incumbit ꝑ probatio, qui dicit: non ei, qui negat, l. actor. C. eod. tit. de probat. §. quod autem diximus, iuncta ibi glo. in verb. Et verius est, insticu. de lega. tritissima l. qui accusare. C. de edēdo, aurea & singulari l. res, C. de rei vendic. cum sexcentis similibus iuribus. Vbi is igitur ꝑ allegata testibus cōprobare conabitur, tuū erit vt vicissim ipsius testes quā potes refellas, atque hac tua reprobatione testes tuos priores saluaueris, & adhuc modū iuxta saluationē, & reprobationē vtrobiq; pro cederetur vterius. Proximus saluandi vsus esto, si testes tuos saluare nequeas (vt pote conscius, testes reprobatos tales esse, quales aduersarius prædicauit) vt aliō, tuos testes saluaturus, confugas: nempe, ad loci aut temporis rationem. De locis autem ꝑ dispiciēs, an res contigerit locis secretis, an publicis: honestis, 8 an infamibus. De ꝑ temporis verō ratione vide, an tempore famulatus, an ante famulatum: tempore amicitia, an inimicitia, &c. Hinc enim iudici noscendi via aperitur, & partibus licigantibus saluationum, & reprobationum materia confertur. Verbi gratia, si asserat testem abs te productum, tuum es-

se conuictorem, dices: hunc esse, aut aliquando fuisse in conuictu meo non inficiamur: verū ꝑ tempore depositionis siue testificationis suæ, conuictor aut famulus meus non fuerat. Haud graue erit ad hæc videre D. Specu. in titu. de teste, in §. j. in versic. Quid si olim, argum. l. iij. §. affinitates, ff. de postu. Ioannem de Fantu. in c. consanguinei, iij. quæstio. v. Abbatem in cap. in literis, nume. 2. & 6. ext. de testib. Cynum, Baldum, & alios in l. ij. C. de testibus. Barto. in l. j. §. Si seruos, per illum textum, ff. de quæstio. Baldū in l. qui testamento, ff. de testament. & in l. ij. nume. 3. C. de testib. & Felinum in d. cap. in literis, colum. penul. ergo hic audiendus, & non reprobandus. Si meretricem affirmer, aut homicidam, infamem, aut concubinarium: negabis eandem personam tunc, cū ista deponeret, fuisse meretricem, homicidam, infamem, aut concubinarium, eoque non reiciendam à testimonio, sed admittendam, audiendam, & credendam. Huiusmodi de tempore. De loco ꝑ autem sic tuos defendes, vel saltem ipsorum testimonia ita saluabis, si aliter personarum tuarum qualitatem reprobata turari nequeas,

quas. Nam si defloratio, stuprum, aut homicidium commissum ac perpetratum in Iupanari fuerit, tuncque pro verificatione facti tui in testimonium produxeris meretrices, lenas, lenones, aliofque nebulones, & infames ibi per te repertos, quos ille, iuxta præcedens caput, ut meretrices, & infames, à testimonio remouerit: eosdem denudò, eorúmque testimonia saluaueris, si asserueris, alia ratione veritatem constare non posse, nisi per personas ibidem (quales quales sunt) conuersantes. Illisque, licet sint reftabiles, dices eandem necessarium habendam esse fidem in locis illis secretis & infamibus, quã habiturus esset Iudex probis testibus, in locis publicis, & honestis. Itidem tuos saluabis, si crimè in Xenodochio seu hospitali patratum fuerit, quod per ibidem præfentes pauperes, mendicos, viles, humiles, & id genus non dissimiles probaueris: quos si alter reprobabit, dices eos de tali loco patratum non esse à testimoniis arcendos. Idem quoque (saluo tamen aliorum rectius sentientium iudicio) alias percensuimus in nostro patrocinio pupillorum, titu. de tutorum, & curatorum munere,

Tomo vj. nu. 60. 61. Postre: *In materia criminali proceditur*

modo, ut vel hoc exemplo ab vltiori superfedeam, quã scelus domi tuæ contigerit, negabis tuos domesticos, aut famulos, & similes à veritate testanda, vlla ratione mouendos: quòd de his, quæ secretè fiunt in domibus, possunt serui, ancillæ, & alij domestici esse testes, iuxta glossam notabilem in l. iij. C. de adul. Ita habet excellentissimi V. l. professoris D. Nicasij lectura insignis super iij. Institutionum lib. in tit. de heredib. institutè. ad medium, iij. colum. vulgata l. consensu, in §. Seruus, C. de repud. quòd ea quæ fiunt in domo, possunt probari per eos qui habitant in domo, conueniens. ij. ext. de testib. Abbas in c. in literis, crebro præallegato, num. 2. & 6. ext. eod. titu. D. Valricus Zasius in suis consiliis, consil. iij. incipiente, Casus talis est, nobilis quidam adolescens, & c. pagina lxxxij. nu. 53. Ex his nunc facile collegeris reliquas omnes saluandi formas.

De concludendo in causa (siue malis) de ipsa causa dedenda Iustitiæ.

CAP. LII.

SVMMAE.



extraordinariè: scilicet capitaliter, adq; sine ullis solēnitatibus, quibus causa in iustitiam concluderentur.

- 2 Item Ordinariè, nō capitaliter, tamen criminaliter, tum causarum in iustitiam concludendarum solēnitates adhibentur.
- 3 Reus post conclusionē in causa, admittitur ad producendum testes plures, instrumenta, munimenta, & literas, quibus suā innocentiam tueatur. Et quid de fisco. nu. 4.
- 5 Cuncta capiti ac vitæ posthabenda.
- 6 Malefici mortui pēna.



- L**N materia criminali capitali, scilicet ubi res agitur de capite, & in qua iudex extraordinariè procedit ex suo officio, nullæ solent adhiberi solēnitates de concludendo in causa. Verūm constanter procedit ad condemnationem aut abolitionem. ¶ In materia verò criminali, non capitali, criminaliter tamen intēntata, in qua ordinariè proceditur, partes ab ulteriori allegatione, & probatione super sedentes, causas & productiones suas concludunt utrobique in iustitiam. Reo ꝑ etiam post conclusionem in causa, ad suam innocentiam tuendam, con-

ceditur plures alios producere testes: insuper instrumenta, munimenta, literas, aliáque probationes suæ innocentie patrociantes, vsq; ad finem exclusivè, l. videamus. §. penult. in verb. Probationibus, ff. de in litem iuran. D. Bart. in l. j. in fin. nu. 4. ff. de quæstionib. Istius autem hæc est ratio, secundum additionem ad Barto. in d. l. j. §. si quis ultro, ff. eo. titu. de quæstionib. quod conclusio in causa, & renuntiatio probationū idē sint, iuxta not. in Authen. iubemus, C. de iudic. & glos. in cap. cum dilectus, extra de fide instrumento. Et ideo sicut non licet in criminalibus expressè renuntiare probationibus, & defensionibus, secundum glos. in l. pactum inter hæredem, ff. de pactis. Ita nec per conclusionem in causa, dicta l. j. §. si quis ultro. D. Bald. in l. admonendi, ff. de iureiurando. l. j. in iij. quæstione. nume. 9. C. de conditione indebiti. Dom. lafon de Mayno in sua solenni repetitione d. l. admonendi. numero 56. 59. notat Bartolus in l. Viui fratres, ff. de pœnis, Bald. in l. si accusatoribus, columna vltima. C. de accusationib. signanter Dom. Panormit. in cap. cum dilectus, numero 3. iamiam præallegato. Neque istud rationi

4 tioni aut æquitati repugnat, quum ibidem de ipsius agatur capite: cui non temerè cuncta sint posthabenda, argumento l. addictos, ad medium. C. de appellationib. & l. finali, cum glossa, in verbo vel iudiciis, ac ibidè per Doctores notatis, C. de probationib. & l. singuli, C. de accusationib. Pari ratiõne fisco admittitur post suam conclusionem in causa, alios quoque producere testes, aliàsque probationes, ad grauandam malefici causam, quum nouæ probationes sibi innotuerint. Porro si contingat maleficum mori post definitam sententiam, tempus pœnæ irrogandæ iam desit. Verùm confiscationes, & latæ pœnæ, ratæ perdurant: pro quibus ipsius hæredes executioni subiacent. In crimine læsæ Maiestatis, atq; aliis criminibus, cum malefici morte non cessantibus, non licet Iudici in cadatè mortui fauere: sed conceditur in famâ, honorem, memoriam, atque in bona ipsius relicta procedere, & ea omnia fisco adiudicare, l. finali, C. ad leg. Iuliam Maiestatis, & l. finali. in princ. ff. eodem titu. glossa in verbo, non intercidit, in l. ex testamento, C. de testamento manumissis, glossa in verbo, sit extinctum, in l. j. C. si reus

vel accusator mortuus fuerit. Huic seruit l. ex iudiciorum, ff. de accusationib. Ex iure itaque non proceditur contra præmortuum, ad suspendium, incendium, aut decollationem, l. j. & secunda, & per vniuersum titulum C. Si reus vel accusator mortuus fuerit. Atque istud confirmat Domin. Angelus in s. interdum, Institut. de hæreditatib. quæ ab intestato deferuntur. delicens, quòd post mortem delinquentis, negatum sit Iudici vlla damnatione fauere in corpus mortui, sed tantum in ipsius memoriam. Quare plurimum aberrant Iudices, qui maleficorum mortua corpora ad publicam executionem postulât. aut ad crucem, rotam, flammamve abripiunt, capi. quorundam, xxij. distinctio. Idem videtur sentire Domin. Cynus, secundum Iaco. & Petrum in l. j. C. qui testamenta facere possunt. Idem quoque in eadem l. j. nu. 2. refert Baldus subtilis. Verùm in hac sententiâ tandem persistit, quia dicit hæc in arbitrio Iudicis consistere, quòd videlicet corpus illud semper corpus pœnæ permaneat. Facit quod notatur in c. j. de pœn. & remissionib. in Clemēt. Ista igitur sententia ex iure tantum nascitur. Nam fieri potest, vt ex magna



magna causa vrgēte, deinde ob enormia quēdam delicta, vsus & consuetudo secus admittant, hoc est, in corpus mortui executionē exercent, per ea, quæ notantur in argumentum in Canone mulier. xv. q. j. & in l. j. C. ad l. iul. repetūd. Quod hac ratione defendunt, vt delinquentibus hoc exemplo maiorem, scilicet pœnam incutiāt, hoc est, vt vnus pœna, metus possit esse multorū, gl. in verb. pertimescat, in c. sicut. ext. de iureiuran. deinde, quo tali spectaculo & simili cōspectu deterrēatur alij ab iisdem facinoribus, vulgata l. capitaliū. §. famosos. ff. de pœn. Ita placuit D. Alexandro in additione ad Bar. ad l. fin. ff. ad l. iul. Maieft. præallegatam.

De causa sua committenda in gratiam Iudicis, vel de imploranda gratia Iudicis.

CAP. LIII.  
S V M M A E.

- 1 Gratia Iudicis semper imploranda.  
2 Gratia promissa, vniuersim, aut particulatim conferenda.



V V M Rei sese suamque causam dedunt & submitunt in gratiam Princi-

pis, Domini, aut Iudicis, in cuius quidem manu fuerit optata gratiam cōcedere, (quod ego, vt semper id faciāt Rei, modis omnibus suaserim) faciunt id tutissimē, & citra vltimum sui, suæque causæ præiudicium aut periculum, etiam si æquissimam causam habuerint, & vitæ incuspatissimæ fuerint. † Postquam autem Princeps is, Dominus, aut Iudex Reum in gratiam suam recepit, oportet ipsi eandem plenam aut particularem conferat.

De processu visitatione, & examine.

CAP. LIIII.  
S V M M A E.

1 Officium Iudicis, priusquam in causis criminalibus procedat ad sententiam.

2 Error in processu criminali deprehensus, processum reddit ad condemnationem inualidum.

3 Iudicē correctiōis erroris suorum penitere aut pudere, nō cōuenit.

4 Malum consilium, melius consilium pellat.

5 Probationes in causis criminalibus oportet esse luce clariores.

6 In causis criminalibus perspicua consilium adhibendum.

7 In causis criminalibus maius detrimentum & periculum inest.

8 Iudex probationes in apertas, curabit ante condemnationem explanandas.

Cond

- 8 Condemnatio non profertur ex da est pro tormento.  
iudicij, praesumptivibus, vel  
mendicatis suffragijs.
- 9 Ex iudicij indubitatis, fas est  
Iudicem ad sententiam ferendam accedere.
- 10 Nullus ex ullis iudicij quamli-  
bet claris, definitivè cōdenādus.
- 11 In criminalibus causis pericu-  
lum animæ subest.
- 12 In dubijs, & incertis, æquus est  
& sanctius nocentis facinus re-  
linqui impunitum, quàm inno-  
centem damnare.
- 13 In dubio pœnæ sunt potius mel-  
liendæ, quàm exasperandæ.
- 14 Iudicem oportet diligenter at-  
tendere confessionis causam &  
modum.
- 15 Confessio ex metu facta suppli-  
cij nulla est.
- 16 Nichil prorsus confiteri, & con-  
fiteri sine perseveratione, pati-  
bus passibus ambulant.
- 17 Quanto tempore, quo ve loca,  
iteranda sit malefico confessio.
- 18 Confessio ex supplicij metu fa-  
cta, quatenus intelligitur.
- 19 Paria sunt hominem ferire glo-  
dio, & stricto gladio cadem mi-  
nari.
- 20 Confessionem factâ in ipsis tor-  
mentis, & extortam formidine  
tormentorum lex equiparat.
- 21 I cuiusvis timor nō invalidam  
facit confessionem malefici.
- 22 Confessio orta extra torturæ lo-  
cum ex minis iudicij, habetur  
valida.
- 23 Levis territio, nunquàm habenda est pro tormento.
- 24 Levis territio & extra tortu-  
ræ locum facta, elusoria est.
- 25 Acce duntaxat tormentum ar-  
guit maleficum ex metu pœnæ  
confessum.
- 26 Confessio erronea & falsa ne-  
mini præiudicat.
- 27 Erratū de facto cōfessio nulla.
- 28 Cōfessio in tortura facta, absq;  
ullū præiudicij iudicij, est nulla,  
etiā si in cōfessione perseveret.
- 29 Indicia prævia requiruntur ad  
torturæ quaestionariæ substan-  
tiam.
- 30 Confessio facta in tormentis abs-  
que iudicij non convalidatur,  
etiā si postea superveniant in-  
dicia.
- 31 Confessio criminis, quod confiten-  
tis excedit potestatem, nulla esse  
potest.
- 32 Delictum omne cadit in puer-  
rum, excepto delicto carnis.
- 33 Confessio rerum impossibilium,  
aut naturæ aperte repugnan-  
tium, nulli præiudicat.
- 34 Confessio facta de rebus incer-  
tis, efficit nemini.
- 35 In rebus dubijs propensiore esse  
convenit ad absolutionem, quàm  
condemnationem.
- 36 Confessio furiosorum & amena-  
tium, non coram Iudice facta  
vel extra iudicium facta, vel  
per procuratorem facta, nulla  
est, & nume. 37. 38. & 39.
- 40 Confessio spontanea criminis pa-  
trati, ad condemnationem effi-  
cax est.



- P**RIVSQVAM  
 1 ludex in materia criminali capitali pro  
 cedat ad sententia declaracione, modis omnibus oportet diligenter examinet, an processus rite & debite à capite ad imum vsque  
 2 productus sit. Nam si quid erroris in eo commissum deprehenderet, vniuersus litis processus inualidus esset, &  
 3 nullius momēti ad condemnationem. Nec æquum test, vt correctionis suorum errorum ipsum aliquando poeniteat, aut pudeat, cum præster  
 4 eorum gratia publicam subire infamiam. Et sic subinde, vt malum consiliū, melius consilium pellet, argu. c. cum cessante, ext. de appella. Si vero cognoscat processum  
 5 dignè & sufficienter productum: vterius tunc probationum vi (si quidem ex probationes sufficientes fuerint) ad condemnationis sententiam procedat: quia in materia criminali oportet esse probationes sole aut luce clariore, sapenumero hoc in Enebiridio allegata l. sciant cuncti. C. de probat. Cui verbotenus concordat cap. sciant cuncti. ij. quæst. vlt. l. singuli. C. de accus. & l. qui sententiã. C. de poen. Idque ex hæc cau-

sa nascitur, quod in causis criminalibus perspicacius semper sit consilium adhibendum, cum ibi maius detrimentum & periculum insit & contingere soleat, argu. l. addictos, circa medium. C. de appel. & l. j. §. j. ff. de vent. inspic. Si vero compererit probationes parū solidas & inapertas, licitum est, imò oportet, vt ex suo officio probationes eas tenebrosas, curet explanandas, & recollectione & iteratione denuò clariùs elucidandas, antequam condemnationem vllam intenter. Non enim conuenit, vt vllam cōdemnationem quis proferat ex iudiciis, præsumptionibus, & mendicatis suffragiis & inapertis, l. absentem in exordio. ff. de poenis, dicta l. singuli. l. prima. in fin. ff. de quaestionibus. & Bart. in l. fina. ff. eodem titu. Non ea iudicia sint eiusmodi, vt indubitata sint, & è quibus iudex certum iudicium colligat, & veritatem rerum, tanquam ob oculos certissimè cognoscat: quo casu (quorundam iudicio) fas est iudicem ad sententiam ferendam accedere: & ista iudicia sunt à lege approbata, sicut etiam, quando simul plura collecta & consona indubitanter veritatem indicant (vt nonnullis visum est) l. milites. §.

opor

oportet. C. de quaestionibus. Veluti si cuiusquam intendatur homicidij crimen, multa indicia coniuncta erunt si occisi fuerit inimicus, si de illo occidendo praesumpserit, si potens talis homicidij fuerit, si occisorem hospitio exeeperit, si domesticus fuerit, aut familiaris occisoris. Vnde colligitur, quod per hunc, alterius interuentionem procurauerit: de his D. Ioannes Milleus in sua praxi criminis persequendi, in fine, sub tractatu indiciorum, Folio (libro meo) 68. Alij vero se-  
 10 cus sentiunt, nullum ex vllis indicijis quamlibet claris, definitiue condemnandum esse, dicta l. sciant cuncti. & dicta  
 11 l. singuli. Ideo, quia in criminalibus causis maius periculum, videlicet animae subest, vt in authent. vt Iudices sine quo. supra. fin. §. cogitatio. collatio. secunda. Vnde maior requirenda est tutela, dicta l. aadictos. & l. vbi, C. ad legem Cornel. de fals. Ideoque etiam Gandinus in opere suo maleficiorum, aperte sentit & vult (vt in practica obseruari conspexit) quod nullus possit capitaliter condemnari ex indicio, quantumcumque indubitato: secus tamen, si veniret imponenda poena pecuniaria: & huic Gandini opinioni con-

sentiunt & adstipulantur omnes Doctores Bononienses: Sicuti etiam meminit Dom. Franciscus Brunus in suo tra-  
 de indi. & tortu. q. iiii. primae partis, num. 16. Et in casibus  
 12 †dubiis & incertis probationibus, sanctius est facinus nocentis, relinqui impunitum, quam innocentem damnare, l. absentem. ff. de poenis, & l. ij. C. quorum appella. non re-  
 13 cip. & in dubio, poenae † sunt potius mollienda, quam exasperanda, l. si Praeses, & l. interpretatione, ff. de poenis.  
 14 † Et Iudex ex ipsius malefici ore & confessione condemnationis sententiam proferre volens, oportet diligenter attendat confessionis causam & modum. Quandoquidem † confessio ex metu facta supplicij, nulla est, l. prima. §. Diuus. ff. de quaestionibus. & d. l. ij. C. quor. appel. non recipi. quonia † nullo modo confiteri, vel confiteri sine perseueratione, vt comites paribus passibus ambulat: nisi  
 17 sit certe maleficus intra spatium xx. aut xxiiij. horarum, aut (vt aliis placet) possidiam & nocte, liber ab omni vinculo & ferro, eandem palmam & aperte coram tribunali, & in praetorio siue confistorio professus iteraret: hoc est, in sua confessione facta sine formidine tormen-



- rorum perseveraret, d. l. j. §. si quis vltro, & d. l. ij. C. quorum appella. non recip. Con-
- 18 fessionem t̄ autem ex supplicij metu factam intellige, nō tantum, quā tortorio scanno impositus & extortus fatur, sed etiam, quam ex sola & nulla scanni commōstratione, vel quam ex solo conspectu scanni metu confessus fuerit, aut quā algidæ aquæ, aut fumo impositus: aut quā inedia, famis, sitive cruciatu cōtortus fatebitur, d. l. ij. ibi, aut formidine tormentorum, & c. C. quorum appel. non recipi. & nota quod text. dicit (formidine) non autem dicit (tormentis) & nequaquā dissimile ibi tenit gl. & l. item aqud. Labeonem. §. adiciitur, versicu. nuda ergo interrogatio ibi, vel leuis territio. ff. de iniuriis, ergo à cōtrario sensu nō leuis territio habetur pro ipsa tortura. Et accedat, quod legitur, sufficit terror armorum, & si quis eis vsus non sit. l. idem est, §. qui ar-
- 19 mati, ff. de vi. & vi. arm. t̄ Patria ita que hic sunt & affinia, hominē ferire gladio & gladio eadē minari. l. j. §. diuus. ff. ad l. Corne. de sicar. l. iij. ff. ex quib. causis maio. & l. metū, ff. de his. que vi met. caus. fact. sunt. & ita lex æquiparat confessionem factam in ipsis tormentis, & extortā
- formidine tormentorū. Bar. in d. l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quaestio. Adde quod voluit idem Bar. in l. nouissimē. per illum textum, ff. quod falso tuto. auto. Ita tenent D. Guido à Suzaria in suo tracta. de indic. & tortu. nu. 72. & Lud. Bolog. ibidem in additio. D. Guidonis, num. 73. horū meminit D. Franciscus Brunus in suo etiam tracta. de indicis, & tortu. q. ij. secundæ part. tis, nume. 3. 4. 5. & D. Bald. de Periglis in suo tract. de quaestio. & tormentis, sub iij. cap. circa cōfessiones in tormentis, nu. 1. Leuiculus t̄ verò timor, vt pote ex re leui & nihili, ex nullo cruciatu ortus, non est censendus timor, ex quo, vel cuius gratia, iudicaturus malefici cōfessionem inualidam: veluti si Iudex sci scitaturus veritatem, malefico extra torturæ locū dicat:
- 22 Age, fateberis t̄ hic mihi veritatem, aut illico scanni torturam passurus subibis, aut diris cruciatibus te corioiā.
- 21 Non esset quidem hic terror tanti momenti. vt confessio. nem ex eo elicitam, quis iure negaret validā. Oportet, igitur vt maleficus pœnam perpeffus sit acrem, priusquam ex pœnæ timore dicamus maleficum quicquam cōfessionem esse. Leuis t̄ enim territio nūquam habenda est pro

tormento, d. l. item apud La-  
beonem, §. quaestionem, & d.  
24 l. metum. Et leuis † territio,  
& extra locum torturae fa-  
cta, elusoria est, argum. l. hec  
autem satisfactio, ff. si cui plus  
quam per l. Falcid. & hoc pa-  
cto tener D. Augu. de Are. in  
addit. ad tract. maleficiorum  
Aretini in gloss. in verb. fa-  
ma publica praecedente, in  
antepenult. colum. Sed acre  
25 † quidem tormentum male-  
ficis perpetiatur, oportet,  
priusquam ex poenae timore  
dicamus maleficum quicquam  
confessum esse. Na si tantum  
ex solo supplicij inferendi  
torrore, & ex pusillanimitate  
confessus fuerit, expende  
quid faciendum, si dixerit se  
timore poenae confessum, co-  
sulite hic Bartolum, Guido-  
nem, Ludouicum, Franci-  
scum & Baldum, locis supe-  
rioribus allegatos. Confessio  
26 terronea & falsa, id est, ex er-  
rore & falsa opinione facta,  
27 nemini prauiudicat. † Non  
enim videtur fateri, qui in  
facto errat, l. ij. in princ. ff.  
de confess. Confessio item  
28 † in scamno tortorio siue in  
tortura facta, absq; vllis pra-  
uiis indicij, hoc est, non pre-  
cedentibus indicij, nulla est:  
nunquam enim potest ex illa  
confessione confitens dam-  
nari. gl. mirabilis & singula-  
ris in l. pen. ff. de quaestionib.

Hoc ideo, quia confessiones  
reorum pro exploratis faci-  
noribus haberi non oportet,  
si nulla probatio religionem  
cognoscentis instruat, d. l. j.  
§. diuus Seuerus. Nulla (in-  
quam) est, etiam si ipse con-  
fitens in confessione constan-  
ter persisteret, argu. l. ij. ii. j. &  
iiij. C. si ex fals. instr. vel test.  
indic. sit, l. maritus, & seq. se-  
cundam vnam lectionem, ff.  
de quaestion. & l. Diuus, versi,  
ex quibus, eod. titul. De sub-  
stantialibus † enim quaestio-  
nis habenda est, vt legitima  
praecedant indicia: alias ne-  
mo torquendus est, cum ab  
ipsis tormentis non sit inci-  
piendum, l. j. ff. de quaestionib.  
& d. l. maritus, l. cognationa-  
liter, & l. milites. C. eod. titu-  
quibus indicij deficientibus  
quicquid sequitur, ipso iure  
non valet, l. non dubium, C.  
de legib. l. j. de fide instrumē-  
ro. & iure hast. fife. lib. x. C. l.  
diuus, ff. de restitutio. in inte-  
grum, & l. nominationes. C.  
de appella. At hinc quispiam  
quaestionem mouerit: an con-  
fessio facta in tormētis absq;  
indicij, non conualidetur ex  
superuenientibus post con-  
fessionem indicij? Cui ne-  
gatiue responder glo. ad hoc  
singularis & vnica, quam  
Bart. ibi multum commen-  
dat, in d. l. maritus. & sequi-  
tur Bald. in l. fina. C. de accu-  
k



- & D. Ludouicus Rom. in suis 37 quoque non coram Iudice  
 consiliis consilio clxvij. Con-  
 31 fessio criminis, cuius † confi-  
 tens fuerit impotens, nulli  
 obesse potest: veluti si puer 38  
 impubes fateatur de vitio  
 aut stupro mulierculę illato,  
 argum. c. j. & ibi glo. & scri-  
 bent. extra de delictis puero.  
 32 quia, vt ibidem notatur, † o-  
 mne delictum cadit in puerū  
 doli incapax. præter delictū  
 carnis. l. j. §. impuberi, & l. ex  
 clpantur, ff. de Senatusconf. 39  
 33 Sylla. Confessio † itidem re-  
 rum impossibilium, aut natu-  
 ræ apertē repugnantium,  
 nulli præiudicat: vt si quis  
 Brugis existens, fateatur se 40 † Verū enim uero libera,  
 hefterno die Romæ, aut Pa-  
 risiis commisisse homici-  
 34 diū. † Confessio similiter fa-  
 cta de rebus incertis, & de  
 quibus non immeritō quis  
 dubitare potest, officit nemi-  
 ni. Quōd in rebus dubiis,  
 35 † propensorem esse conueni-  
 at ad absolutionem, quā  
 condemnationem, commu-  
 ni l. Arianus, ff. de actionib.  
 & obligationibus. c. veniam  
 nunc, & ibi est bona gloss. in  
 verb. Si faciendum, multas  
 concordantias continens.  
 36 xxxv. q. ix. Confessio † furio-  
 forum & amentium prorsus  
 est nulla, l. in negotiis. ff. de  
 regu. iur. l. ij. §. furiosus. ff. de  
 iure codicil. c. fin. ext. de suc-  
 cessio. ab intestat. Confessio

facta, nulli damnosa esse po-  
 test, c. at si clerici, cum ibi-  
 dem nota. ext. de iudic. Con-  
 fessio † item extra iudicium  
 facta, inefficax est, quōd ve-  
 ras legitimāsque confes-  
 siones, & acta cuncta iudicialia,  
 vnde sententiā Iudices pro-  
 ferunt, oportet fieri coram  
 Iudice, & loco iustitiæ con-  
 suero, dicto capitulo, at si cle-  
 rici, l. ij. C. de custod. reor. Cō  
 fessio † per procuratorem  
 facta in rebus criminalibus  
 capitalibus, vbi procuratori  
 occupare non licet, nulli da-  
 mnū præstruere potest.  
 † Verū enim uero libera,  
 aperta, & spontanea crimi-  
 nis patrati confessio, valida  
 est, & ad condemnationem  
 efficax: nec opus tunc est fre-  
 quenti eiusdem confessionis  
 iteratione, cū eam vel se-  
 mel iterasse sufficiat. Sed  
 quum ea confessio coacta  
 est, & pœnæ metu extorta, ad  
 sententiam ferendam inua-  
 lida est, quare eam denuō li-  
 ber ab omni vinculo & ferro  
 reiteret, oportet, vt antē di-  
 ximus. Optarim in hoc capi-  
 te Iudices, Assessores, & Con-  
 siliarios excusso animi tor-  
 pore, esse multo diligentissi-  
 mos, quōd hinc sententiæ fe-  
 rendæ equitatis aut iniqui-  
 tatis summa consistat.

De

## De condemnatione &amp; punitione in re criminali.

## CAP. LV.

## SVMMAE.

- 1 Penarum alia ordinaria, alia extraordinaria.
- 2 Pena ordinaria quae sit.
- 3 Pena extraordinaria quae sit.
- 4 Iudex in ferenda sententia pepercit, sed sequi debet penas ordinarias, & in legibus constitutas.
- 5 In extraordinariis poenis ferendis, oportet eas Iudex expendat, non ex animi sui religione, sed ad ea, quae ipsi non tanquam Petro, sed tanquam Iudici, innotuerunt & probata sunt.
- 6 Iudicem semper commendat clementia.
- 7 In leuibus potissimum causis, aequum est iudicem esse moderatum & facilem.
- 8 Vbi materiae obscurae sunt et accipites, conuenit iudicem ad absoluentem, quam ad damnandum esse procliuiorem.
- 9 In enormibus delictis, singulas vniuersalesque legum constitutiones ad amissim obseruet Iudex.
- 10 Iudex in omni condemnatione criminali, condemnationis causam articulatim exprimat, necessum est.
- 11 Sententia definitiua civilis, causae expressionem non requirit.
- 12 In Fladria quid passim receptum.
- 13 In magno Consilio quid consuetum.



- 1 **P**ENARVM alia est ordinaria, alia est extraordinaria. Ordinariae
- 2 **P**oenam dicimus, quam leges sanxerunt, quam Principes constituerunt, aut certe quae longa patriaq; consuetudine introducta est, l. j. §. ij. ff. ad S. C. Turpilia. Extraordinariam **P**oenam appellare licebit, quam Iudex ipse, non ex Legum Principumve constitutione, aut ex inolitata consuetudine, sed ex proprio arbitrio infert, & imponit, c. de causis, §. illis, ext. de officio deleg. c. super his, ext. de accusatio. l. j. ad medium, ff. de effracto. & expilato. l. j. in fine, ff. de iure deliberandi. l. hodie, & l. sanctio legum. ff. de poenis, quorum etiam meminimus supra c. j. titulus de criminibus & maleficiis, numero 4. 5. 6. 7. 8. Quocirca isthaec libens explicui, **P**oenam vti demonstrarem Iudicem in ferenda sententia perpetuo sequi debere poenas ordinarias, & in legibus constitutas: neque illas temere posse suo arbitratu augere, minuire, variare, inlectere aut infringere, sine euidenti maximaq; ratione secus vrgente. Euidentes autem constitutionum rigorem inlectendi & minuendi rationes sint: Si



delictum fuisset commissum ex ignorantia, imprudētia, causa fortuito, ebrietate, furore, phrenetica passione, in necessaria defensione corporis, ex inductione & persuasione alterius, aut simili quapiam occasione: Si nulla præmeditatione, nullo studio crimen fuisset excogitatum, Euidens verò constitutionum legalium formam intendendi augendique ratio fuerit, frequens eiusdem delicti iteratio, aut plurium multorumque criminum admissio. Aut si is veluti multorum criminum & criminorum caput & autor plures ad simile facinus patrandum suavisuo pertraxisset, aut minis coegisset. In extraordinariis poenis ferendis (quas diximus ex Iudicis dependere arbitrio) oportet eas Iudex expendat, non ex animi sui religione & conscientia, sed ad ea, quae ipsi non tanquam Petro aut Paulo, sed tanquam Iudici innotuerunt, & probata sunt, vulgarata atque semper ad id allegata illicitas. §. veritas, ff. de officio praesidis. cap. summopere. xj. q. iij. cap. Iudicet, iij. q. vij. c. iudicantem, xxx. q. v. c. j. cum glossa in verb. Secundum quod Canones censent, cum multis concord. tam II. quam cano. ext. de offic. ordina. Bald. in l. ij. C. de senten.

ex breui. recitan. Huius neque ineleganter meminit practicus insignis & V. I. Doctor D. Henningus Goden. sub proceram, solennis & perutilis ordinis iudicarij processus. Cognouit enim Christus adulteram mulierculam, sibi que oblatam, ex lege, capitali punitioni fuisse obnoxiam. Cuius tamen damnare reugerat, quod eiusdem adulterij coram ipso, ut Iudice conuicta non fuerat, Iudicem semper commendat clementia: Ideoque in leuibus potissimum causis, equum est ipsum esse moderatum, facilem, & ab omni tyrannide alienum. Et ubi partes siue materiae obscurae sunt & ancipites, conuenit cum ad absolendum, quam ad condemnandum esse procliuiorem, I. Arrianus. ff. de actio. & obliga. cap. veniam nunc, iuncta ibidem singulari glossa in verbo, Si faciendum, multas, concord. corinthe, xxxv. q. ix. In tenoribus verò delictis, singulas vniuersasque legum constitutiones ad amissim obseruet, oportet: Ita tamen, ne ubi sibi, bonoque iudici dissimilis sit, semper sententiae ferendae clementiam, compassionemque commisceat, argum. cap. disciplina, & cap. omnis, xlv. distinctio. Atque in

10 + omni condemnatione crimin

iminali, condemnationis causam articulatim exprimat, <sup>1</sup> *it* necessum est: quod nõ requirit sententia definitiua ciuili, testibus Bart. & Bald. in l. in summa, in princip. ff. de re iudica. necnon Dom. Lanfranco de Ariadno iuris vtriusque interprete celeberrimo, in suo tract. Inter locutionũ & appellationum, numero 77. quos occasione emergente lubebit videre. *Quinimo* (vt mulci autumant) condemnationum suo conspectui & presentie prius sistat, oportet, quã sententiam pronũtiat. Atque <sup>12</sup> ita passim receptum est in Flandria; excepto magno consilio, in quo <sup>13</sup> *†* consuetum est, vt procuratorem generalem cum vno scribarum in carcerẽ ad maleficum transmittant, denuntiuros malefico suã ipsius condemnationem: quò is sententia super se lata conscientius semetipsum parat, ad dignè christianèque tempore & loco constitutis obeundum supplicium.

De ordinaria capitali  
punitiõne in Flan-  
dria.

C A P. LVI.

S V M M A E.

<sup>1</sup> Punitiões capitales ordinarias <sup>2</sup> habet in Flãdria sex, aut septẽ.



**I**N Flãdria sex aut septẽ <sup>†</sup> habet punitiões capitales ordinarias. Prima & maxima harũ est, quã simul & vitam, & opes vniuersas aufert. Proxima vitam duntaxat, nõ opes tollit. Tertia nec vita, nec opibus orbat: sed mutilationẽ, aut alicuius membri, vt pugni, auris aut digiti decisionẽ præstat. Quarta est, quã publica sustigatione, flagellatione, & publico exilio plectit. Quinta est, perpetuum exilium cũ confiscatione bonorum. Sexta fit, installatione theatri, aut simili publica exhibitione malefici in locis editis, quò is palam omnibus exhibitus, saltem pudore respiciat, & aliis incautis suã vitandã nocentiã testimonium ferat. Gandau præterea vsurpare consueuerunt punitiõne priuationis Iustitiã siue legiã immunitatis.

De ordinaria criminali  
punitiõne ciuili.

C A P. LVII.

S V M M A E.

<sup>1</sup> Ordinariã criminales punitiões ciuiles, quã dicantur.

<sup>2</sup> Nulla, commodã iurisdictiõnis sunt.





**O**RDINARIAE  
 criminales pu  
 nitiones ciui  
 les, sunt mul  
 tæ & pœnæ  
 pecuniariæ, quas Principes  
 instituerunt. Pœnæ enim &  
 mulctæ sunt cōmoda iuris  
 dictionis, not. Bart. in l. fina.  
 ff. soluto matrimonio. & Lu  
 douicus Romanus consilio  
 suo lxx. incipiente, Visis the  
 mate & quæstione, in iij. co  
 lū. in vltimo dubio. Aut cer  
 tē sunt peregrinationes &  
 ablegationes breues & lon  
 ginquæ, quæ scriptæ narran  
 tur in lib. Rubro.

De exiliis siue  
 bannis.

CAP. LVIII.

SVMMAE.

- 1 Exilium passim est v̄sitatissi  
 mum in Flandria.
- 2 Exilio plectimus extra ciuita  
 tem, intra ciuitatem, & in con  
 stitutus locis.
- 3 Exilium cum confiscatione bo  
 norum, par est morti ciuili.
- 4 Mors ciuili, morti naturali si  
 milis.
- 5 Exilio damnamus temporali,  
 aliàs non temporali.
- 6 Exilia & emissiones, nomine  
 sunt diuersa, re verò eadem.
- 7 Exilū tempus violans, iterato  
 exilio damnandus.



**S**ITATIS.  
 mum est in  
 Flandria pu  
 niri exilio.  
 Est autē tri  
 plex exilij ra  
 tio.

Alia, quæ extra ciuitatem  
 pellit. Altera, quæ intra ciui  
 tatem coarctat. Tertia, quæ  
 in certo & cōstituto loco ho  
 minem adstringit. Intra ciui  
 tatem exilio cōtinemus eos,  
 quorum præsentia reipubli  
 cæ profuerit magis, quā ab  
 sentia: quive absentes offi  
 cere magis, quàm proficere  
 possent. Pari ratione eos ex  
 tra ciuitatem exilio damna  
 mus, quos absentes cogno  
 scimus fore magis vtilis for  
 ris, quàm in ciuitatibus. In  
 constitutis verò locis, exilio  
 arctamus eos (quod item vo  
 cari solent confinementem)  
 quos nolumus errabundos  
 per diuersas regiones vaga  
 ri, eoque lex siue magistra  
 tus ipsis exilij locū designat,  
 veluti in Cypro, in Rhodo,  
 Hungaria, aliisq; locis, vo  
 lens, vt ibi permaneant, ne  
 que limites transiliant, Bar  
 tolus in l. relegatorum. §.  
 est quoddam genus. ff. de in  
 terdictis, & relegatis, & de  
 portatis. Baldus in l. execu  
 torem. viij. colum. numero 33.  
 C. de executione rei iudica.  
 D. Abb. in cap. postulasti. iij.  
 colum. numero 10. extrā de  
 foro

Foro competenti. Necessum  
 item fuerit, vt relegatus is se  
 se caute ab vltiori malefi-  
 cio temperet, aliò qui enim  
 grauiori punitioni aut per-  
 petuæ poenæ se deuinceret. l.  
 3 relegati in princip. ff. de pœ-  
 nis. Perpetuum † exiliū cum  
 bonorum confiscatione, in iu-  
 4 re par & æquale habendum  
 est cum ciuili morte, † quæq;  
 proxima est morti naturali  
 siue corporali. §. cum autem.  
 iuncta glos. in verb. mortuo,  
 & ibi D. Angel. Areti. Insti-  
 tu. quibus modis ius patri. po-  
 testat. soluit. & l. j. §. quidam  
 filium. in fine. ff. de bonorum  
 possessio. contra tabul. Cyn.  
 & Baldus in l. Deo nobis. C.  
 de episcopis & clericis. Iustit-  
 5 tiæ Flandriæ † interdum ple-  
 ctunt exilio temporali, inter-  
 dum non temporali. Vbi no-  
 rabis Gaudentibus morem  
 huic esse, vt damnent exilio  
 quinquagenario, & infra. Bru-  
 gensibus verò cōsuetum est,  
 exilium decernere ad certum  
 temporis terminum: aliquan-  
 do sine vlllo temporis termi-  
 no: quod idem faciunt & alia  
 pleraque regionum multa-  
 rum tribunalia, nullam con-  
 fiscationem pronuntiantia.  
 6 In magno † quoque consilio,  
 nunc temporali exilio, nunc  
 non temporali damnant, sed  
 vbi nullum statuitur tem-

pus, con sequitur bonorū con-  
 fiscatio. Quædam Iustitiæ  
 Flandriæ vtuntur emissioni-  
 bus siue ablegationibus, nul-  
 lis exiliis: hæc tamen in eun-  
 dem finem recidunt. Quis-  
 7 quis semel † certo tempore  
 exilio damnatur, idque præ-  
 maturè violauerit, is iterato  
 exilio remittitur ad aliud  
 simile tempus: in quibusdam  
 verò locis tales perpetuò exi-  
 lio relegantur, hoc est, depor-  
 tantur. Et quicumque ita per-  
 petuò exulant, ipsis consti-  
 tuitur exilij locus, Cyprus,  
 Rhodus, Portugallia, aut si-  
 milis definitus locus. l. relegati. l. exilium. & l. relegato-  
 rum. ff. de interditiis & rele-  
 gatis & deportatis. hæc tan-  
 tum de bannis & exiliis. Me-  
 ruit tamen isthæc exiliorum  
 materia tum accuratius tum  
 fusius explicari: vt pote quæ  
 cunctis regionibus vsitatissi-  
 ma sit, & poenâ communis:  
 verum negotiorum vndæ,  
 quibus constantè immerfus  
 supra vires premebat, tam  
 digno tractatui vltiorem  
 operam nostram inuidebāt.  
 Quare hinc necessariò ab-  
 stractus suaseram pio lecto-  
 ri, consulat Do. Nellum de  
 sancto Geminiano in tracta-  
 tu suo de Bannitis, vbi hanc  
 materiã latissimè & dignis-  
 simè persequitur.



Qui excusandi, non puniendi, ob delicta commissa.

CAP. LIX.

SV M M AE.

- 1 Regulariter delicta plectenda sunt poena delictis condigna.
- 2 Quibus casus iuris patrocinantur,
- 3 Qui casu, non meditata occasione peccant,
- 4 Qui Phrenesi percitus maleficia committit,
- 5 Dormiendo ladentes,
- 6 Pupilli, & pueri impotentes,
- 7 Huic regule non subsunt ebrietate plane sepulti.
- 8 Ignoranter male facientes,
- 9 Necessitate summa peccantes,
- 10 Item diuinis reuelationibus,
- 11 Item rerum ipsa equitate,
- 12 Item graui metu periculi.
- 13 Item aqua, & rationabili defensione.



ERACTIS haec tenus formis, quibus nocentes legum constitutionibus grauamus, non ab re me facturum esse putauimus, si malefactorum legitimas expurgationes adicerem: quibus merito lex, usus, ratio, & necessitas patrocinari debent. Regulae itaque iuris ad poenam quemlibet adstringunt delictis condebitam, & constitutam. Fallit tamen isthaec regula in

omnibus casibus, quibus iura dissimulant alteri alteri licere offensionem inferre, de quibus infra suo loco dicitur. Fallit praeterea in illis, quos casu delinquere contingit, quod item mox infra erit cernere. Rursum fallit in furiosis, phreneticis, aut amentibus, si quando tempore phreneseos aut amentiae peccasse eos copereris. Praeterea a regula tolluntur, qui dormientes, aut in somnis peccant, quod id citra omne voluntatis arbitrium fiat, absque ulla facti noticia. Ad haec et excusandi sunt pupilli & pueri minores, & a delinquendi voluntaria malitia adhuc vacui. Adde ebriosos, et qui vino potuue alio adeo sepulti fuerint, ut quid fecerint nesciant: nisi certe hanc ebrietatem astutia & studio quodam affectassent.

Ignorantia et quoque a regula & delictis excusat, veluti si vxor cum viro in lecto suo repperit, quem germanum putauit esse maritum, moechata fuerit. Excusat etiam extrema rerum necessitas: ut post explicabitur in cap. de defensione coacta. Insuper excusant et diuinae reuelationes, quas tamen raro contingere cernimus. Item et res iustae: siue ipsa iustitia, quae iudicis animum flectere possunt. Item et excusat grauis metus sibi inferen

inferendi periculi. Postremo  
 13 excusae æqua defensio, qua  
 omne periculū strenuē à pro-  
 prio capite pellere, aut ab  
 amicis arcere, aut à bonis suis  
 amicorūque suorū propul-  
 sare quis conatur, vti infra  
 clarē doceberis. Hæc tantum  
 de maleficorum legitima ex-  
 purgatione obiter dicta suf-  
 ficiant.

De capitalium & publi-  
 corum criminum  
 multiplicitate.

CAP. LX.

S V M M A E.

- 1 Capitalium & publicorum cri-  
 minum, aliud homicidiū, latro-  
 cinium, paricidium, stuprum,  
 adulterium, raptus, Zodomia  
 vis publica, prædatio, incendiū,  
 furtum.  
 Crimen læsæ maiestatis bifariā  
 diuiditur.



VVM hæc-  
 nus de crimi-  
 nosis ( quate-  
 nus ad ipsorū  
 accusationem,

comprehensionem, torturā,  
 aut expurgationē spectare vi-  
 debatur) nonnulla peregeri-  
 mus, libuit hic ipsorū crimi-  
 num varietatē paucis interse-  
 rere, priusquā ad reliqua hu-  
 ius materiæ trāseundū esset.  
 1 Est igitur criminū, aliud cri-  
 mē læsæ Maiestatis, aliud ho-  
 micidiū, latrocinium, parrici-

dium, stuprum, adulterium,  
 raptus: Zodomia, vis publica,  
 prædatio, incendiū, furtū,  
 atq; huius generis penē cri-  
 mina infinita: à quorum no-  
 menclatura (quū sacræ Theo-  
 logiæ & Iuris literæ, hæc copio-  
 sè & passim explicent) si-  
 persedeo. Cæterum † crimen  
 læsæ Maiestatis bifariā fin-  
 ditur. Aliud est enim crimen  
 læsæ Maiestatis diuinæ: Aliud  
 crimen læsæ Maiestatis hu-  
 manæ siue temporalis.

De crimine læsæ Maie-  
 statis diuinæ.

CAP. LXI.

S V M M A E.

- 1 Crimē læsæ Maiestatis diuinæ,  
 omnium criminū est grauissimū.  
 2 Peccatum in parētem, dominū,  
 & Senatorem, grauius est, quā  
 in ignotum, & priuatum.  
 3 Pœnam conuenit delicto condi-  
 gnā esse.  
 4 Iudicem non æquum est esse mi-  
 tiorem lege.  
 5 Clementiores multò leges sunt,  
 quā homines.  
 6 Diuina Maiestas aliàs occultè,  
 aliàs manifestè offenditur.  
 7 Occultorum solus Deus & co-  
 gnitor & Iudex est.  
 8 Secretorum cognitio ad forum  
 non pertinet humanum.  
 9 Crimina læsæ Maiestatis diuinæ  
 sunt, blasphemia, præuaticatio,  
 apostasia, hæresis, simonia, fortil-  
 giū, diuinatio, incantatio, &c.



- 10 Blasphemia Deum obiectū habet: idē peccatorū gravissimū.
- 11 Blasphemia descriptio.
- 12 Blasphemia in Deum, de iure civili capitalis est.
- 13 Blasphemia non dissimulanda.
- 14 Blasphemia altera descriptio.
- 15 Ultimum supplicium, mortem interpretatur.
- 16 Clausula in fine posita, ad singula refertur præcedentia.
- 17 Blasphemantes quomodo de cōsuetudine puniuntur.
- 18 Blasphemantes quomodo à iure canonico arceantur, remissivē.
- 19 Blasphemia est missi fori.
- 20 Iudices ambo (ecclesiasticus scilicet & secularis) ad eiusdem delicti punitionem aliquando concurrunt.
- 21 Blasphemantem non deferens, puniendus est.
- 22 Iracundia & ebrietatis prætextus an excusent?
- 23 Iracundia lacesita minuit, nō tollit delictum.
- 24 Blasphemia tam facti, quàm verbis committitur.
- 25 Imagines seriō malē tractātes, morti sunt obnoxij.
- 26 Non minus facta, quàm verba loquuntur.
- 27 In blasphemātibus assuefactio in primis attendenda.
- 28 Blasphemi antiquitus quomodo opprimebantur.
- 29 Blasphemia quādo dicatur publica?
- 30 Blasphemia ne maledicti quidem sunt incessendi.
- 31 Blasphemia idem cum maledictio secundum nonnullos.
- 32 Blasphemia puna irrogatur remissor in Francia, atque in nostratibus regionibus.
- 33 Blasphemi quomodo puniti ex edicto Regis Philippi de Valois.
- 34 Blasphemia in burgundia, franciæ, & curijs magnatum, admodum frequentes.
- 35 Prævaricatio Adamum protoparentem exegit paradiso.
- 36 Prævaricatores qui dicantur?
- 37 Prævaricator à quo dictus.
- 38 Prævaricator recte Vlpiano Iuriscōsulto, qui dicatur.
- 39 Prævaricator secundū Marcellum Iuriscōsultū, quis dicatur.
- 40 Prævaricatio qualiter probetur? remissivē.
- 41 Apostasia elongatio, defectio, rebellio, retrostatio, retrocessio, nuncupatur.
- 42 Apostasia trifaria, perfidiæ, inobedientiæ, & irregularitatis.
- 43 Apostasia, perfidiæ est.
- 44 Apostasia perfidiæ, ut hæresis, punienda.
- 45 Apostasia, inobedientiæ est.
- 46 Apostasia, irregularitatis est.
- 47 Apostata irregularis quomodo puniendus?
- 48 Ecclesia non claudit gremium resipiscētibus.
- 49 Apostata, testis aut accusator esse nequit.
- 50 Hæresis quare ceteris criminibus grauior, & detestabilior.
- 51 Hæresis nō immeritō crimen læsa Maiestatis diuine appellatur.

- 72 *Maiestatem aternam offendere grauius est, quam temporalem.*
- 73 *Simonia triplex remissiuè.*
- 74 *Simoniace adeptorum beneficiorum fructus, cui restituendus?*
- 75 *Simoniacus, nullam potest in ecclesia offerre victimam Deo gratam.*
- 76 *Beneficium simoniacè adeptum vacare conjetur.*
- 77 *Restitutio fructuum beneficij simoniacè obtenti, non est facienda canonicis.*
- 78 *Capitulum, tantum administrare potest, eosque in usum pium conuertere.*
- 79 *Bonorum vsurariorum administratio reseruatur Episcopo, distribuenda pijs vsibus.*
- 80 *Sortilegium quid sit, generaliter sumpto vocabulo.*
- 81 *Sortilegi, diuinautores, malefici, hostes humana salutis, & humani generis inimici credendi sunt.*
- 82 *Sortilegus proprie quis dicatur?*
- 83 *Sortilegia plerunque sub falsa religionis imagine fieri iuenerunt.*
- 84 *Sortilegium unde vocabulum duxit?*
- 85 *Sortilegia per quas fuerint prius inuenta?*
- 86 *Sortilegiorum diuersa species, diuinatoria, amatoria, venefica.*
- 87 *Diuinationis species sunt varia.*
- 88 *Qua poena plectendus, qui poculo amatorio porrecto, aut male composito, aut male temperato, alterius libentis iustulerit vitam?*
- 89 *Poena ultimi supplicij punitur quis*
- 73 *Maiestatem aternam offendere grauius est, quam temporalem.*
- 74 *Simoniace adeptorum beneficiorum fructus, cui restituendus?*
- 75 *Simoniacus, nullam potest in ecclesia offerre victimam Deo gratam.*
- 76 *Beneficium simoniacè adeptum vacare conjetur.*
- 77 *Restitutio fructuum beneficij simoniacè obtenti, non est facienda canonicis.*
- 78 *Capitulum, tantum administrare potest, eosque in usum pium conuertere.*
- 79 *Bonorum vsurariorum administratio reseruatur Episcopo, distribuenda pijs vsibus.*
- 80 *Sortilegium quid sit, generaliter sumpto vocabulo.*
- 81 *Sortilegi, diuinautores, malefici, hostes humana salutis, & humani generis inimici credendi sunt.*
- 82 *Sortilegus proprie quis dicatur?*
- 83 *Sortilegia plerunque sub falsa religionis imagine fieri iuenerunt.*
- 84 *Sortilegium unde vocabulum duxit?*
- 85 *Sortilegia per quas fuerint prius inuenta?*
- 86 *Sortilegiorum diuersa species, diuinatoria, amatoria, venefica.*
- 87 *Diuinationis species sunt varia.*
- 88 *Qua poena plectendus, qui poculo amatorio porrecto, aut male composito, aut male temperato, alterius libentis iustulerit vitam?*
- 89 *Poena ultimi supplicij punitur quis*



- quis quandoque pro homicidio, sine dolo ac intentione aliqua occidendi commissio, contra dispositionem iuris communis.
- 90 Qua pena afficiendus, quando non fuit subsecuta mors, sed alius turpis affectus?
- 91 Malefici sola carminis potentia homines nonnunquam interimunt.
- 92 Cuius est condere, eiusdem est & solvere.
- 93 Cuius est condemnandi facultas, eius est abstinendi libertas.
- 94 Nihil tam naturaliter connexum, quod eodem genere dissolui non possit.
- 95 Sanare, hic, & morbos inferre, eiusdem sunt artificij.
- 96 Dæmō secretorum morberum ac rerū naturalium peritissimus.
- 97 Remedia aduersum maleficia iure ciuili nequaquam reprobata.
- 98 Iure Pontificio non licet maleficiatum contrarijs maleficis liberare.
- 99 Diuination inter ceteras obtinet principatum.
- 100 Sortilegi & Necromētici suis superstitionibus fidem asserturi, futura pronuntiant.
- 101 Diuinationum quatuor sunt species geomantia, hydromantia, pyromantia, aeromantia, hinc dicitur geomanti, hydromanti, pyromanti, aeromanti.
- 102 Professorum, alij diuini, alij incantatores, alij havioli, alij haruspices, alij augures, alij phitonissa, alij astrologi, alij genethliaci, alij salutores, alij necromantici dicuntur.
- 103 Necromantia unde dicta.
- 104 Hinc necromantes vel necromantici.
- 105 In necromantia eror aque miscetur: dæmōnes enim cruore delectari feruntur.
- 106 Professores siue magistri 2. & 3. speciei sortilegiorum, qui sint.
- 107 Maleficos vocamus, ob facinorum enormitatem.
- 108 Magistri artis amatoria, & venesica, iure ciuili equiparantur.
- 109 Sortilegorū professio duplex, tacita & expressa, solennis siue publica & priuata.
- 110 Tacita professio, quid.
- 111 Professio tacita, quare sic dicta.
- 112 Expressa professio quid.
- 113 Expressa professio duplex.
- 114 Expressa professio solennis, siue publica quid.
- 115 Expressa professio, priuata quid.
- 116 Satanas in hoc totus incubit, vt adoretur quasi Deus.
- 117 Quibus locis, quibusve temporibus sortilegia fieri cōsueuerūt.
- 118 Sortilegi, hisque similes alij vbi conuenire soleant.
- 119 Sortilegia plerumque fiunt in locis syluestribus, occultis, subterraneis, ab hominum conuersatione remotis, longè distitis, in caudis castellis & desertis, et semper in intempesta noctis tenebris.
- 120 Qui male agit, odit lucem.
- 121 Satanas, virtutum, bonorum operum, veritatisque aduersarius

- rius infestissimus.
- 122 Satanus mendax, inuentor et auctor mendacii, amat tenebras, loca obscura, sordida.
- 123 Sortilegia, cur nocte potius, quam interdiu fiant.
- 124 Sortilegi, quibus rebus, signis, instrumentis, mixtura, compositionibus, ligaturis, characteribus, & figuris utantur.
- 125 Malefici in manibus publica iustitia existentes, & incarcerati, cur non faciant se deferri, ac inde liberari per ministerium demonis, ad mortem euitandam.
- 126 Demon eorum, quos habet subiectos, mortem optat, quò prædam eos habeat tutam.
- 127 Malefici incarcerati cur eua dere nequeant: quòd tum diuina iustitia non permittat demonem in eos suam naturalem exercere potentiam.
- 128 Maleficis unde potestas tanta.
- 129 Potestas omnis à domino Deo est.
- 130 Neque demones, neque malefici, quicquid facere possunt, nisi Omnipotens consentiat, potestatemque faciendi concedat, quòd iam peruersa voluntate facere decreuerunt.
- 131 Malefici quicquid moluntur, non hominis demonisque potentia id solum ascribendum: sed diuino permisso id totum peragi credendum est.
- 132 Diabolus, cum sit superbissimus, Deo cupit in omnibus quam simillimus esse.
- 133 Effectuum omnium necromanticorum & maleficorum operator diabolus, per applicationem medicorum, opus producit optimum: quòd fit aliquando realiter, aliquando solum apparenter.
- 134 Malefica mulieres, notas quasdam & signa symbolica à demonibus recipiunt, quibus exciti demones mox presiliunt.
- 135 Maleficarum stulta credulitate nihil efficacius in operationibus demonum, que pacis votis que augetur.
- 136 Malefice rebus utantur ad maleficium sibi natis & familiaribus.
- 137 Malefici non sunt vssiam tollerandi, sed vbius locorum tollendi funditus.
- 138 Maleficos non patieris viuere.
- 139 Demonum, alij aerij, alij ignei, alij aquatici, alij terrestres, alij subterranei, alij lucifugi, à locis quibus sunt adducti, aut à malitia natura, appellationes eas habentes.
- 140 Maleficarum potestas tota demonibus, à Domino Deo limitata, conceditur.



**R**AVISSIMUM & omnium criminum maximum est, Crimen læsæ Maiestatis diuinæ: cum longè grauius sit æternam, quàm temporalem ostendere Maiestatem, auth. GAZ



Gazaros, C. de hæreti. & Manichæ. & in Authen. De statutis & consuetudinibus cōtra libertates ecclesiæ editis. §. 3 Gazaros, colla. x. constit. fin. vnde dicta Authen. desumpta est: quæ quidem verba etiam legimus canonizata, in c. vergentes in senium, ext. eo. tit. de hæreti. & ibi notab. glossa in verb. grauius, c. sicut qui ecclesiam, & ibi sing. gloss. in verb. grauius. xvij. q. iij. Maius (inquit) peccatū est, quod in Deum cōmittitur, quā in Deitatem, aut in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, ac publicum crimen committitur. l. Manichæos, versus exordiū. C. de hæret. & Manichæ. c. cum secundū leges. eo. tit. lib. vj. Præterea, quantō dignior est persona, cui peccatur, tantō grauius est peccātis delictum, vt legitur & notatur in c. j. de calūniat. text. gloss. & Panor. in c. cum illorum, ext. de senten. excōmuni. tex. in §. atroc, iusti. de iniur. Aliter enim delinquit ac punitur, qui quid in dominū parentemve ausus est, quā qui in extraneū: In magistratum, quā qui in priuatum. Ita textus in l. aut facta. §. 6 enormius est delictum in Deum quā in quemcūque 7

hominem, text. in d. c. vergentis in senium. consequitur id ipsum omnium grauisimè esse plectendum. Nam ꝑ ꝑœnam conuenit delicto esse conformem, vt per hæc verba dicit textus elegans & philosophicus in l. respiciendum in fronte sui. ff. de ꝑœnis. Respiciendum cautè iudicanti fuerit, ne quid, aut durius, aut remissius cōstituat, quā causa deposcit. Nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectāda est: sed perp̄so iudicio, prout quæq; rei expositulat, cūsta statuēda sunt, & dicit tex. in c. felicis, de ꝑœn. in vj. post multa verba: Proportionetur ꝑœna delicto, ita vt vindicta ex æquo excessu respondente ab offensa nostrorum cohibeatur deinceps & c. nec enim delictum non delictum, vel non crimē crimen facere debemus. Nec ꝑ iudex debet esse mitior leges inquit textus in §. oportet, in Authen. de iudicibus. colla. vj. Illud est, quod dicimus, quod ꝑ mitius agitur cū lege, quā cum homines clementiūsque iudicant leges, quā homines: & multō sunt clementiores leges, quā homines, in l. Celsus, ff. de arbi. Caterū ꝑ diuina ipsa Maiestas aliās occultè, aliās manifestè offenditur: quia ꝑ tamen occultorum sic

ue secretorum solus Deus,  
 & cognitor & iudex est.  
 8. tipforum cognitio ad forum  
 non pertinet humanum. ca-  
 pitu. vnico. §. porrò. Vt eccle-  
 siastica beneficia sine diminu-  
 tione conferantur. cap. sicut.  
 extrà, de simon. capit. erube-  
 fceant. in fine. xxxij. distinctio  
 ne. coniuncta ibidem memo-  
 rabilis glos. in verb. Secretoro-  
 rum. De his igitur, per quæ  
 ipsam diuinam Maiestatem  
 palam offendunt, præsens a-  
 get capitulum: atque eius  
 9. modi sunt, blasphemia, præ-  
 uaricatio, apostasia, hæresis,  
 simonia, fortilegium, diuina  
 tio, incantatio, atque id ge-  
 10. nus similia. † Blasphemia  
 Deum ipsum obiectum ha-  
 bet: ideo peccatorum est gra-  
 uissimum, vti & hinc quo-  
 que liquet, quòd Luciferum  
 creaturarum omnium nobi-  
 lissimum illicò cum suis ex-  
 11. pulit caelo. Est † igitur Bla-  
 sphemia, Deo attribuere, vel  
 de Deo aliquid dicere, quod  
 12. Deo non conuenit: vel Deo  
 adimere, quod ipsi proprium  
 est, aliquæve verba in eius  
 sanctos, & maxime Beatam  
 virginem publicè & contu-  
 meliosè proferre: quæ qui-  
 dem descriptio probatur in  
 cap. si quis per capillu. xxij.  
 quæst. j. & in cap. statuimus,  
 & ibi Doctor. extrà de male-  
 13. dic. Blasphemia † in Deum,

de iure ciuili, pœna mortis  
 punitur, tex. est apertissimus  
 in Authentica, vt non luxa.  
 contra naturam collatio. vj.  
 quæ pœna meritò infligitur:  
 13. quia † illius dissimulare non  
 debemus opprobrium, qui  
 probra nostra deleuit. cap. in  
 nonnullis, extrà de Iudæis,  
 Sarace. & eo. seruis. Minuen-  
 da sic fuerit superior definitio,  
 14. † Blasphemia in super  
 fit, quoties quis deliberato  
 animo, de Deo omnium no-  
 strum creatore ac redempto-  
 re, maledica lingua quippiam  
 indignum effucuerit. Et ani-  
 maduertite, quòd textus in  
 dicta Authentica, vt non lux-  
 xurientur contra naturam,  
 in fine, vbi narrauit enormi-  
 tatem nonnullorum crimi-  
 num subiungit: præcipimus  
 enim gloriosissimo Præfe-  
 15. cto regie ciuitatis, perma-  
 nentes in prædictis illicitis  
 & impiis actibus compre-  
 hendere, & vltimis subdere  
 supplicii. Quæ † verba se-  
 cundum gloss. ibidem in ver-  
 supplicii, intelliguntur de  
 morte, secundum vulgatum  
 textum in l. vltimum simpli-  
 cium, mortem solam inter-  
 prætamur. ff. de pœnis. Et si  
 argutus quispiam dicat, quòd  
 solum ille versiculus refera-  
 tur ad Sodomitã (de quo ve-  
 re dicitur, quòd morte mul-  
 16. tandus est) & non ad blas-  
 phem



phemâtem, Dico quòd istud tollitur. Nam cum suprâ in d. tit. fuerit locutus Imperator, tam de sodomitis, quàm de blasphemantibus, versiculus ille post ad finē adiectus, referendus est ad vtrunque: **16** clausula † enim in fine posita, ad singula refertur præcedentia, teste D. Bart. in l. fin. ff. de reb. dub. & l. Prætor ait. ij. ff. vi. bon. rap. Abbas in c. secundò requiris, ext. de appella. gl. & Doct. in c. cum dilecti, de don. Imò plus voluit Bartol. in l. talis scriptura. §. hanc autem. ff. de leg. j. quod referatur ad præcedentia, etiâ si sit clausula onerosa. Huic seruit quod notat Abbas per gl. sibi notabi. in c. de multa. in v. colum. de præbend. dicens: Quòd si post constitutionem aliquid adiiciatur, omnia suprascripta habent locum in illo postremum adiecto. Faciunt que habentur in l. & si pepererit, §. filius, ff. de liber. & posthu. & l. si seruus plurium, §. si. ff. de le. j. item, quòd dicta pœna vltimi supplicij habeat locum in blasphemia, suffragatur illud dictum præcitati authent. circa medium, ibi: Si contra homines factæ blasphemix impunitæ non relinquuntur, multò magis, qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere, subiungendo

postmodum circa finem: ne ex contemptu talium iniuriatur & ciuitas, & Respublica per hos impios actus lædi, & pro illa æquiparatione hominis ad Deum, facit text. in simili, in c. viduas, in versicul. si enim, xxvij. q. j. Ad idem in eadem quæstione, c. j. A maiori igitur ad minus inferitur, blasphemantem esse. Blasphemiam verò in Christi seruatoris nostri Virginem matrem euomens, in pellerinam, seu consimilem editum locum subreptus statuitur: vbi blasphematis lingua, candenti ferramento pertunditur: deinde exilio quoque damnatur, siue alia simili pœna arbitraria iudicis. Simile quoque supplicium sumendum de iis, qui blasphemant in Sanctos ac Diuos Christi electos: & hæc de consuetudine. † Si quispiam verò scire desiderauerit, quomodo blasphemantes à iure canonico arceantur siue plectantur, confugiat is ad c. statuimus, ext. de maledi. Vbi † monstratur blasphemiam esse mistum crimen siue misti fori: eoque non minùs seculari, quàm canonico iure puniendam. Et ibidem D. Panor. num. 4. **20** citat casum, quo † ambo iudices (ecclesiasticus scilicet & secula

secularis) ad eiusdem delicti  
 punitionem concurrunt: adeò,  
 vt à seculari irrogata malefi-  
 co pœna, non præscribat ec-  
 clesiastico pœnam quoq; in-  
 ferendam, nec contrà, vt ibi-  
 dem videre fuerit. Præterea,  
 blasphemia crimen est nulli  
 vnquam piorum hominum  
 dissimulandum ad tacendū,  
 quin potius quàm citissimè  
 prodendum, iuxta text. in c.  
 nonnulli, vbi Doct. not. ext.  
 21 de iudicis. Adeò † quòd blas-  
 phemantem non deferens,  
 ipse tanquam maleficus blas-  
 phemanti consentiens, pu-  
 niendus esset. text. in c. si quis  
 per capillum, xxij. q. j. versus  
 medium. Ibi, Si quis autem  
 talem hominem non mani-  
 festauerit, non est dubium,  
 quin diuina condemnatione  
 22 coëreatur. Nec † blasphe-  
 mantem excusat aliquis iracun-  
 diæ aut ebrietatis præ-  
 23 textu. Nec † licet iracun-  
 dia lacepsita soleat delicti  
 pœnam minuere, non tamen  
 efficit, quin maneat delictū,  
 per ea, quæ not. in l. si non  
 conuictij, C. de iniurijs, in c. si  
 quis irascitur, per Doc. ibi, ij.  
 q. iij. & quod habetur in l. lu-  
 risiurandi, C. de reb. creditis.  
 & in l. quicquid calore, ff. de  
 regul. iuris. Ebrietas quoque  
 pariformiter nō excusat de-  
 lictum, licet diminuat, siue  
 leniat pœnam, vt probat tex.

in l. omne delictum, ff. de re  
 milita. ibi, per vinum aut la-  
 sciuiam lapsis capitalis pœ-  
 na remittenda est, & militiæ  
 mutatio irroganda est, & text.  
 in c. sanè, & in c. inebriantur,  
 xv. q. j. Hinc vulgò dici so-  
 24 let: † Quòd ebrietas excu-  
 sat culpam à tanto, sed non à  
 25 toto. Caterùm notandum  
 est, quòd non modò verbis,  
 sed etiam factis blasphemia  
 committitur. Veluti, si quis  
 Sanctorum imagines seriò  
 verberet, conscindat, vel in  
 terram proiciat: sicut habet  
 textus à contrario sensu in l.  
 non cōtrahit, ff. ad l. lul. Ma-  
 iest. ibi. Nec qui lapide iacta-  
 to incerto, statuam fortuitò  
 attigerit, crimen Maiestatis  
 commisit: ergò si seriò fecit.  
 set, & nō fortuitò, bene com-  
 misisset. Imò plus probat tex.  
 in c. si canonici, in §. ceterùm,  
 de officio ordin. lib. vj. Quòd  
 percutiens tales imagines,  
 etiam non seriò, grauiter pu-  
 nitur. Ita reprehendit per  
 hæc verba: Caterùm detesta-  
 bilem abusum, horrendæ in-  
 deuotionis illorum, qui cru-  
 cis, beatæ Mariæ virginis,  
 aliorumque Sanctorum ima-  
 gines, seu statuas irreueren-  
 ti ausu tractantes, eas in ag-  
 grauationem cessationis hu-  
 iusmodi prosternunt in ter-  
 ram, & vrticis spinisque sup-  
 ponunt, penitus reproban-



res: aliquid tale fieri de cate-  
ro districtius prohibemus,  
statuentes, vt in eos qui con-  
trafecerint, vltrix procedat  
dura sententia: quæ delin-  
quentes sic puniat grauius,  
vt alios à similibus præsum-  
ptione compestat. & ibi gl. in  
verb. In deuotionis. declarat  
quod tales imagines debe-  
mus adorare, & qua adora-  
tione, ibi etiam Dominicus  
de sancto Geminiano refe-  
rens Lapum, quod tantam  
imaginibus reuerentiam de-  
beamus, quantam illis, qui  
per imagines designantur,  
Vnde dicerem. serio superio-  
ri modo imagines tractan-  
tes, morti obnoxios esse. per  
text. vulgatum in l. ex sena-  
tusconsulto. ff. ad l. Cornel.  
de sica. qui sic habet: Ex sen-  
atusconsulto, eiusdem legis  
pœna damnari iubetur, qui  
mala sacrificia fecerit, ha-  
buerit: quod satis verificatur  
in illo (meo tenui iudicio) qui  
tali modo supradicto, res sa-  
eras tractauerit. Quin &  
Angelus ibidem expresse per  
illum textum tenet, tale de-  
lictum morte puniendum:  
etiam si referat, aliàs in fa-  
cto solum manum delinque-  
tis fuisse abscessam. & idem  
Angel. in sua disputatione,  
quæ incipit: Refulgenti de-  
littorum, fortiter contendit,  
quod ad euadendam supra. 27

dictam pœnam, nulla ho-  
minum dignitas quicquam  
excusat. Alibi Imperator  
idem impietatis flagitium  
stricta pœna verbisque asper-  
rimis prohibet in l. vnica,  
iuncta ibi gloss. in verb. gra-  
uissima, & in Rubro, C. ne-  
mini licere signum seruato-  
ris Christi, & c. & ibi Salicet.  
aduersum religiosos id per-  
mittentes. Ex superioribus  
igitur iam palam est, † Blas-  
phemiam non modò dictis,  
verùm & factis, multifariam  
committi. Nam iuxta tritam  
sententiam, Non minùs fa-  
cta, quàm verba loquuntur,  
l. Paulus, in exordio, ff. rem  
ratâ haberi. Quocirca con-  
clusiue nunc dicimus, quis-  
quis huiusmodi blasphemix  
detestandum delictum, data  
opera serio ex consuetudine  
& publice commiserit, iure  
optimo ad mortem posse dam-  
nari: Imò capitis vltimo  
supplicio plectendus est. Ita  
affirmant & concludunt Do-  
ctor. in c. fin. extr. de maledi.  
post Cynum, & Petrum in l.  
ij. C. de reb. credit. Bald. &  
Salicet. in l. ij. C. ad l. Iuliam  
Maiestat. & post istos Do-  
Francisc. Mingon in Com-  
mentariis super consuetudi-  
nibus Andegauenfib. titulo,  
*De la punition des crimes*, ar-  
ticulo clxxxij. numero 17,  
dicens, in † istis admodum  
assue

affuefactionem attendi oportere, teste Paulo Cast. in l. qui per salutem, ff. de iureiuran. Huic seruit illud **Leuitici 28 cap. xxiiiij.** Educ **†** Blasphemum extra castra, & lapidet cum populus vniuersus. & ita antiquitus blasphemum opprimebantur lapidibus, Numeri c. iij. Nec semel vel bis id faciendo, deberet puniri pœna mortis, sed alia graui pœna, non tam magna, vt ibi habetur in dictis iuribus. Tamen istud intelligitur de blasphemia publica, & non simpliciter, vt habetur in præallegatis iuribus. Et **†** dicitur publica, quando est vulgarissima, & perquam multi conspicientes scandalizati sunt. Qui igitur hoc frequenter commiserit: de quo est text. in c. fin. xxvj. q. vj. ibi, publicum & vulgarissimum crimen est, quod vniuersam commouerit urbem: & quod habetur in l. iij. in princip. C. de summa Trinit. & fide catholi. in l. palam, ff. de verborum significatione. Vel alio mudo potest dici blasphemia publica, quando est notoria iuris, vel de iure: vt quia blasphemus conuictus & condemnatus in iudicio: vel facti aut de facto, iuxta notata in c. vestra, de cohabita. clerico. & mulier. Panormitan. in c. statuimus,

ext. de maledicis, numero 7. & c. si. extra de cohabit. clericor. & mulier. **†** Enormitatem quoque supra ea, quæ antè monstrauius vel hinc cognoscere licet, quòd ne maledictione quidem dignos, æternòque inferni supplicio addictos, maledicia blasphemia inceslere licet, vt est text. in c. si igitur. xxiiij. quæstione iij. Si igitur (dicit textus) Sanctus Michaël non fuerit ausus diabolo, & certe maledictione omni dignissimo, iudicium inferre blasphemix, quantò magis nos ab omni maledictò, potissimum Dei, electòrumque ipsius, oportet esse purissimos? Merebatur profectò diabolus maledictum: sed per os Archangeli blasphemia exire non debuit: quo quidem textu volunt Doctorum nonnulli, idem esse **†** blasphemiam cum maledictò. Cæterùm hic obseruandum est, **†** remissiozem irrogari blasphemix pœnam in Francia, atque in nostratibus regionibus: quandoquidem ibidem ab anno Domini mcccxlviij. ex edicto Regis Philippi de Vallois. Blasphemantes in Deum, aut virginè suam Matrem, primò blasphemix crimine proponuntur populo in publica pelleri na vsq; ad meridiem meridiè



per plateas & vicatim circumducuntur, & à nebulonibus omni spurcitia genere consparguntur: nullo mortis genere, imò nulla alia interim corporali pœna affecti; nisi quòd aliquandiu postea inedia cum panis & aquæ paucitate torqueatur. Si verò blasphemiam iterent, nondum satis correpti isthac infamia, duobus locis iussit ipsorum 35  
 incidi inferius labrum in iusticiali theatro. Tertia blasphemiam superius labrum incidit. Quarta blasphemia integram concidit maxillam, 37  
 34 Has tunc taxat punitiones clementissimus Rex constituit in istos nefarios blasphemos qui in Burgundia apud Burgundos, & in Francia apud Francos, & etiam in Curiis 38  
 magnatum (quod lamentandum est) admodum frequentes sunt, vt norunt qui ibidem habitauerunt aut frequenter uerunt. At huius quoque Philippi regis clementiam, visus est voluisse edictum suum statuere clementis, Imper. noster Carulus v. quod edidit anno xxxj. quòd blasphemos 39  
 carcerali angustia in fame & siti mensum vnum puniri iussit: post hanc pœnam, eos quoque qui blasphemiam protulerint, iussit prætereà in pellerinam subuectos, linguæ pertusione candenti fer-

ro sine dissimulatione puniri. Si quis verò prolixius blasphemiam materiam rimari desideret, perlegat tractatum pulcherrimum & eruditione refertum ingeniosissimi Doct. Dom. Ludouici Mòrtali Syracusij, super Reprobatione sententiæ Pilati; necnon Beatum Thomam in secunda ij. q. xiiij. articulis j. ij. & ij. 4  
 † P R A E V A R I C A T I O A d a  
 mum protoparentem exegit paradiso. Et † præuaricatores dicuntur, qui vera crimina fraudulenter occultant: hinc † præuaricator à varicando, hoc est, transgrediendo dictus est, qui ab officij sui prescripto deflectit atque aberrat: vel, vt Vlpiano Iuriconsultorum Iuriconsultissimo placet, Præuaricator test quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: quod nomen Labeo à varia certatione tractū sensit, l. j. & per vniuersum titulum, ff. de præuaricato. Et Marcellus l. c. in l. j. §. præuaricatore, & ibi Bartol. & alij Scribentes, ff. ad S. C. Turpilia. † Præuaricatore, qui colluderet cum Reo, & translatitio munere accusandi defungeretur: eò quòd proprias quidē probationes dissimularet, falsas verò accusationesmitteret. Cic. pro Cluëtio: An vt præuar

- præuicaretur? iam id quod  
 que ad corrumperendum iudi-  
 40 cium pertinet. † Qualiter au-  
 tem probetur præuicatio,  
 videbitis apud Bartol. & eius  
 sequaces in dicto §. præuic-  
 ricatorem. numero 4. his ad-  
 ditur, quòd præuicatores  
 quasi spinæ euellentur vni-  
 uersi, quæ non tolluntur ma-  
 nibus: Et si quis tangere vo-  
 luerit eas, armabitur ferro  
 & ligno lanceato: igne-  
 que succensæ comburentur  
 vsque ad nihilū, ij. Reg. xxij.  
 Quoniam pacto in veteri te-  
 stamento, iure canonico, &  
 ciuili, veniant puniendi, satis  
 abudè liquet ex suprà allega-  
 tis, atque hoc loco, studio bre-  
 41 uitatis omisisis † APOSTA-  
 SIA, elongatio, defectio, re-  
 bellio nuncupatur: Aut secun-  
 dum nonnullos retrostatio, 48  
 aut retrocessio. cap. non ob-  
 seruetis, & cap. vltimo, xxvj.  
 42 quæstio. vltima. Et † est tri-  
 43 stria. Prima, apostasia † per-  
 fidia, per quam quis recedit  
 à fide, cap. non potest, ij. quæ-  
 stio. vij. Et hæc proculdubio,  
 44 † vt hæresis venit punienda,  
 Panormitano post Hostien-  
 sem teste, in cap. j. numer. 3.  
 extr. de apost. Alia apostasia  
 45 † inobedientiæ, id est, obe-  
 dientiæ rebellio, siue à sacra  
 & promissa obedientia defe-  
 ctio, qualis fuit primorum  
 parentum Adæ & Eux præ-

46 uaricatio. † Similiter eorum  
 qui sacra ecclesiæ decreta per-  
 uicaci animo spernentes, à se  
 se excutiunt, cap. si quis vene-  
 rit, & cap. illud, extr. de ma-  
 ior. & obediens. Preterea, hoc  
 apostasiæ crimen etiam inci-  
 dunt, quicumque canonica-  
 tus aut monachus decreta  
 solenni voto & obseruatione  
 recepta procaciter, citra vl-  
 lam pontificiam dispensatio-  
 nem, violât, relinquunt & de-  
 47 serunt: † quod solent apostasi-  
 am irregularitatis appella-  
 re: cap. j. & ibi Panormi. &  
 scribentes, extr. de apost. &  
 cap. vlti. §o. distinctio. Ideo-  
 que tales vti infames, punien-  
 dos censuerunt leges squalo-  
 re carceris, donec resipuisse  
 noscantur, & cõstantem obe-  
 dientiam denuò sponde-  
 48 rint: quo † casu ab apostasiæ  
 crimine leuandi sunt, & prio-  
 ribus obedientiæ tradendi re-  
 gulis, c. à nobis, extr. de apost.  
 iuncta gloss. fina. ibi in verb.  
 resipiscant. Ecclesia enim (in-  
 quit) nõ claudit gremiū red-  
 euntibus & resipiscantibus,  
 l. inter claras, in fi. C. de sum.  
 Trinitate, & fide catho. atque  
 D. Paul. Grillan. in suo tract.  
 de hæret. numero 8. libro j.  
 Et præfatæ diuisionis trimen-  
 bris perspicue meminit gloss.  
 celebris in verb. Apostasia, in  
 dicto cap. j. extr. de apostatis,  
 quæ quidem glossa in fine



- 49 sui, etiam ꝑ sustinet apostatam testem esse, aut alium accusare non posse. cap. beatus, & cap. si quis à vero. iij. q. 54
- 50 Inter crimina quæ animaduersione digna ꝑ sunt, **HÆRESIS** est grauius & cæteris detestabiliꝑ: eò quòd directò contra ipsum creatorem Deum omnipotentem patrat, eius omnipotentia detrahendo, negando illius diuinitatem, vt habetur in cap. j. de sum. Trinita. & fid. catho. & l. j. C. eod. tit. in cap. ad abolendam, de hæret. Non immeritò igitur appellatur crimen lætæ Maiestatis diuinæ, ꝑ ex quo directò tendit in læsionem & præiudiciũ diuinæ potestatis, dicto cap. ad abolendam. & cap. vergentis, eo. tit. Lon.
- 52 gè ꝑ enim grauius est æternam, quàm temporalem Maiestatem offendere, cap. non offeramus. xxiiij. q. j. & d. ca. vergentis. Hæresi itaq; ꝑ no
- 53 tandi sunt, quicunque in fide pertinaciter vacillant, qui se ab orthodoxa ecclesia auertunt & separant: qui cum sancta, orthodoxa, & catholica fide pugnantia ingerunt & docent: aut qui falsam hæreseos opinionem tuentur, contra Christianæ religionis fidem, cap. j. & ibi Abbas & Doct. extr. de hæreti. sæpe citato cap. ad abolendam, cap.
- inter hæresim, & cap. hæreticus. xxiiij. q. iij. & l. quicunque. §. vl. C. de heret. Hoc itaque hæreticæ prauitatis crimen plectendum est, non solũ in plebeis, & infimæ sortis homunculis, verũ etiam in Principibus, Regibus, Imperatoribus, Prælatibus, Episcopis, & Pontificibus. Curia tamen spiritualis siue ecclesia processum peragitur: iustitia verò secularis processum absolutum & iudicatũ exequitur, dicto cap. ad abolendam, & ibi Panor. nume. 7. & 12. & c. excommunicamus. ij. extr. de hæreti. & c. vt officium, & c. cum secundum leges, eod. titu. de hæret. lib. vj. Vt vt isthæc iura præscribant, eò tamen (nec iniuria) nos vsus perduxit, vt consilia & tribunalia quæuis secularia passim non solũ hæreseos executionem, verũ & causæ cognitionem, & sententiæ prolationem assumant. ꝑ Quod quidem hæresis crimẽ habet duo extrema substantialia, sine quibus id esse nõ potest. Alterum est, quod respicit hæresis initiũ, & hoc substantiale est error in ratione: suppleueris tu, quod sit error circa ea, quæ sunt fidei. non circa alia. Alterum verò extremum est, quod respicit complementũ quod est pertinacia in voluntate, c. dixit. xxiiij. q. iij. huius mem

meminit D. Paulus Grillandus, de hæreticis lib. j. numé. 6. Sed hæretici quibus pœnis

56 † plectendi? Augustinus ad Bonifacium refert, singulos hæreticos decem libris auri mulctari. Gelasius Papa exilio dânavit hæreticos. Hieronymus docet refecandas esse putridas carnes, ita inquiens, Refecandas sunt putridæ carnes, & scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, & corpus, & pecora at deant, corrumpantur, putrescant, & intereant. Et infra:

57 † Quæ est ista misericordia, vni parcere, & omnes in delictum adducere? Et Beatus Ambrosius: hæresis, velut quædam hydra fabularum, vulneribus suis excreuit, quæ quanto sæpius succiditur, tanto copiosius succrescit & pululat, igni debite, incendioq; peritura. Augustinus libr. ij. contra Gaudentij epistolam de hæreticis inquit: Hoc hominum genus per Imperatoriam curam corrigi debet. Et super Ioâ. ad longum docet, Imperatores & Principes catholicos bene facere, quod

rium cum adherentibus damnavit in exiliū quia volebat adherere cōsilio Niceno, I. Manichæos. C. de hæreticis. Theodosius Imperator puniuit hæreticos Manichæos, omnium bonorum possessio-  
ne & omni successione priuavit, admisit desuper inquisitionem fieri post mortem, I. Arriani, C. eo. tit. de hæretic. coniuncta l. vltimum supplicium. ff. de pœnis. Item decreuit Valentinianus, ne Manichæi in solo Romano conueniendi morandique habeant facultatem: decreuit quoque eos vltimo supplicio tradendos, l. quicumq; . §. vltimo. C. eod. tit. de hæretic. ibi vltimo etiam supplicio coercerentur, qui illicita docere retauerint. Adde hic, quæ habentur in c. excommunicamus. ij. iuncta glossa in verb. Puniendi, extr. eod. tit. Et vt paucis satisfaciamus præfata quæstioni, qua pœna hæretici sint plectendi, dicendum secundum Panormita. in dicto capi. ad abolendam. extr. de hæretic. post Hostiensem, & Ioannē Andr. quod pœna † ignis. debent ergo cremari, vt colligitur ex Euangelio Ioan. xv. c. vbi dicitur. Si quis in me noua manet, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent. Et † hanc pœnam esse



debitam interpretatur consuetudo, quæ optima est legum interpres, cap. cum dilectus, ext. de consuetudine, & in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. expressè textus in l. si de interpretatione, ff. de legib. Conueniunt ergo in hoc lex diuina, canonica, ciuilibus, & consuetudinaria, vt communiter puniantur poena ignis, vt testantur Domi. Panormi. & ceteri Canonistæ neoterici in dicto cap. ad abolendam. Idemque prudentissimus noster Imperator Carolus quintus edicto suo generali adstruxit anno quadragesimo: quo pertinaces hæreticos, & sectæ alicui nefariæ addictos, ignis supplicio damnat: respiscentes verò viros, gladij animaduersione, mulieres verò putei inhumatione tollendos præcipit. vbi maior est culpa, ibi grauior debet esse vindicta, cap. excommunicamus. j. §. credentes, versic. Sane, ext. de hæretic. Nec mirum, quia si falsarij monetæ siue pecuniæ, aut alij malefactores ( vt infra apertius docebitur ) per seculares Principes iuste morti traduntur: cur non hæretici falsarij sacræ scripturæ? Imperatores puniant furta, homicidia, rapinas, adulteria, periuria, cur à minori ad maius, non

punirent hæreses? Animaduertendum autem hic est, priusquam extremam manum huic materiæ imposuerim, non solum verbo, verum & facto in hæreseos crimen posse quempiam incidere: tenent expressè Lopus, Abbas, Antonius de Butrio, & Ioan. Imolenis in Clement. de vsuris. Domi. Franciscus Squillacen. in suo elegantiori tract. fidei, siue de fide catholica: quos data occasione consulturi videbitis.

**SIMONIA** est studiosa voluntas vel cupiditas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. ita glos. in Rub. in ritu. de simonia. de qua quidem materia, atque eiusdem punitione tractatur prima caussa, per omnes quaestiones suas. c. præsentium & cap. sancitum septima, quaestio. j. In simoniacos variè, idque arbitrariè animaduertitur per iudicem ecclesiasticum, vt licet videre per ritu. & ibi scribes, ext. de simonia. & ne aliquid, & c. atque locis prius allegatis, hic studio breuitatis omisissis. † Intellige autem Simoniacum illum, qui Sacramenta ecclesiastica, beneficia, prælaturas, atque reliquas dignitates ecclesiasticas mercatur aut vendit. Et huic † Simonia vitio nostris temporibus

- poribus multos (quod iure deplorandū) illaqueatos con-
- 66 spiciamus: quoniam & temporale & spirituale hodie venalitati expositum est, ut inquit Anto. in cap. tuam, col. lum. iij. de ætat. & qualitat.
- 67 Papa tamen non dicitur committere simoniam, si confert beneficia vel dignitates accepta pecunia, secundum Bart. in l. Barbarius, in ij. col. um, ff. de offic. Præto. in reperit.
- 68 ubi dixit rationē esse, quia Papatus est Apostolatus, & aut sanctum facit, aut sanctum recipit: quod est notandum, contra rabidē latrantes aduersus sedē apostolicā:
- 69 quibus non est licitum apponere os in cœlum, sed licitum est Papæ æquare quadrata rotundis, cap. cuncta per mundum, & c. Principalem,
- 70 ix. quæstio. iij. Et † dicitur à Simone n. ago, qui fuit primus autor huius sceleris in nouo testamento. Ipse enim voluit emere gratiam Spiritus sancti à beato Petro Apostolorum principe. Sic Giezi in veteri testamento voluit gratiam sanitatis Naaman Syro vendere, ut iij. Regum v. Horum ac plurimorū etiā exemplorum meminit textus, in cap. qui studet, j. quæ
- 71 stio. j. quod vide, quod † scias si moniacorum ibidem recitatorum exitus terribiles. † Et
- præfatā simoniam legimus, & iure diuino & humano damnatam, per extrauag. Pauli ij. incipientem: Cum detestabile, in oordio, sub titulo de simonia. Et Domi. Abbas Panormitanus in capit.
- 73 nemo. extrā de simonia, triplis meminit simoniæ, quæ consulite. Ante absolutionem præsentis materiæ, lubet hic mouere quæstionculam non aspernandam, & sapenmero obuiam. Ponus quendam canonicum
- 74 A. † canonicatum suum simoniacè adeptum esse: Cui eiusdem canonicatus malè impetrati faciendā erit restitutio, fabricane, an capitulo? Pro solutione præmittendum, quod simoniacus nullum ius acquirit in beneficiis: quare illi nullum in beneficium, aut beneficij fructus ius collatum est: eoque iniquè fructus omnes recipit: sed omnes illos restituere tenetur, quos percipit, & sui hæredes seu executores tenentur & adstringuntur sub animæ periculo ad restitutionem, si conscientiam saluam volunt, per extrauagan. Pauli. incipien. Cum detestabile, sub titu. de simon. id expressè ordinantem, & statutem: sed cui fieri debeat restitutio, non dicit. Dico igitur, quod debet fieri ecclesiæ,



in cuius ignominiam cedit  
huiusmodi canonicatus ade-  
ptio simoniaca. Et sit præci-  
75 pueñiniuria illi ecclesiæ, in  
qua illicitè recipitur: cum  
nullum ibidem potest face-  
re seruitium Deo gratum,  
imò censendum est ipsum  
76 † beneficium vacare, cum  
tunc habendus sit tanquam  
non verus possessor seu re-  
ctor canonicatus, & hoc cer-  
tum est cedere in ignomi-  
niam ecclesiæ, quare illi ei-  
dem ecclesiæ facienda est re-  
stitutio, per nota. in capit. de  
hoc, de Simonia, in cap. ad li-  
berandum. §. fina. de iudi-  
77 tiis. Intellego † tamen sanè,  
quòd huiusmodi restitutio  
non debeat fieri canonicis  
ipsis, vt inter se eius canoni-  
catus fructus distribuunt, si-  
bique ex æquo communi-  
cent: sed vt in vsum & utili-  
tatem communem ipsius ec-  
clesiæ conuertant fundando  
ex huiusmodi fructibus mis-  
sam, quò cultum diuinum  
& fructum ecclesiæ augmen-  
tent: Aut certè conuertant  
in vsum fabricæ, per extra-  
uagan. Urbani 4 aliàs §. sub  
eod. titu. de Simon. incipien-  
tem, Sanè ne in vinea. vnde  
isto casu capitulum solum  
78 habet administrare † huius-  
modi fructus, & in vsum  
pium conuertere: sicuti dis-  
79 ponuntur † bona vsurario-

rum, quorum administratiò  
reſeruatür Episcopo, non vt  
sibi applicet, sed in alium  
vsum pium ipsa conuertat,  
per c. quanquam, de vsuris.  
lib. vj. quod etiam apparet  
Philippo Franco in capi. vj.  
de offic. ordi. lib. vj. **SORTI-  
LEGIORVM** mate-  
ria amplius ac fufius nobis  
meritò hic foret enarranda,  
quòd ea inter Christianos  
(pro detestandum facinus)  
tam impunè (eò quòd multis  
incognita) disimuletur, &  
passim tam frequens exer-  
ceatur. Ne tamen tam abo-  
minandi sceleris imprudens  
simplicibus fenestram aper-  
iam, qua ad rei notitiam  
mea explicatione parum cau-  
ta perueniant, si negotij hu-  
ius copiam, & varietatem  
cunctis articulatiùs pateſce-  
ro, statui ab hac materia  
prorsum temperandum, ma-  
gisque operæ pretium esse,  
de ea nihil fari, quàm incon-  
sultè aliis ruinæ occasionem  
suppeditare. Verùm enimue-  
ro, quum in hoc læsæ Maie-  
statis diuinæ crimine verſe-  
mur, aliquid enucleasse con-  
tèti, ea duntaxat & obiter hic  
detegere studebimus, quæ  
simplicibus officere nequeat,  
& doctis ampliora inquirèdi  
materiã præbeant. Principiò  
igitur, ne ex ignotis proce-  
damus, discutièdũ & exami-  
nand

nandū assumpſimus, quid sit  
Sortilegiū generaliter sum-  
pto vocabulo, pro omni su-  
80 perſitionis species? † Sortile-  
giū, est quædā superſtitio il-  
luſoria & ſumme noxia, quæ  
vritur homo dæmonis mini-  
ſterio, vt habetur xxvj. q. v. in  
ſum. & xxvj. q. ij. c. qui ſine  
ſaluatore, l. nemo, & l. multi.  
C. de malefic. & mathe. & S.  
Tho. in ſecunda ij. q. xcv. art.  
iij. in tit. de ſuperſtitio. & no-  
tatur in c. j. & ij. de ſortil. Et  
81 ideò ſortilegi, † diuinatores,  
& malefici, hanc diabolicam  
ſuperſtitionem profeſſi, di-  
cuntur hoſtes humanæ ſalu-  
tis, & humani generis inimi-  
ci credendi ſunt, l. & ſi exce-  
82 pta. & l. ſin. C. eo. tit. † Euiden-  
ter nunc ex hoc apparet, quis  
propriè dicatur ſortilegus:  
Textus enim in c. ſortilegi.  
83 xxvj. q. j. dicit, quod † ſortile-  
gi nempe propriè hi ſunt, qui  
ſub nomine ſictæ religionis,  
per quaſdam (quas Sanctoſi  
ſeu Apoſtolorum vocant) ſor-  
tes, diuinationis ſcientiam  
profitentur, aut quarumcun-  
que ſcripturarum inſpectio-  
ne futura promittunt: ex quo  
textu notatur, quòd iſti ſor-  
tilegi & incantatores ſub fal-  
ſo quodam & ſicto religio-  
nis nomine, vt pote Apoſto-  
lorum vel aliorum Diuorum  
autoritate, ſua conſciunt for- 84  
tilegia: & hinc eſt, quòd iſti

incantatores, & maximè mu-  
lieres in ſuis ſortilegijs & in  
cātationibus (quas vulgò vo-  
cant) ſapius dicere iubēt eos,  
quos ſuis maleficijs ſeducere  
curant, aliquot orationes Do-  
minicas: aliquot enarrare  
Pſalmos: elagiri eleemoly-  
nam: aliquam ſubire peregrina-  
tionem: corporis macerati-  
onem, & ieiunium, aut ſimile  
apertæ pietatis officium:  
quo ſciliter incautis, huius-  
modi religionis ac pietatis  
ſpecie, faciùs imponant, &  
ad ſuam perſidi (deſerta vera  
Chriſtòque digna fide) nequi-  
ter ſeducāt, aut certè aliquot  
oratiunculas legendas man-  
dant in cultū, gloriā atq; pro  
præſidio alicuius Diui, cui ſe  
ſe totos, ſuaque vota apparen-  
ter nuncupare ſimulāt: quaſi  
iſtius Diui præſidio ac ope  
cūcta adminiſtrēt, & tanquā  
omnia pia ſint, ſancta, ac ſalu-  
taria, quæ per ipſos in tali ne-  
gocio gerantur: quum tamen  
omnia ſicta ſint falſa, ſuper-  
ſtitioſa, ac diabolica: nempe  
ſolius dæmonis artificio om-  
nia pattantes, quæ ſicto cul-  
tu, falſisque votis Sanctoſum  
peragere ſimulant. Hoc ta-  
men pie Lector, velim intelli-  
gas, me hoc vocabulū (Sorti-  
legium) nō ſtrictè, ſed largiùs  
hic accipere, nèpe pro omni  
ſpecie ſuperſtitioſa, † ſiue ea  
malefica, ſiue amatoria, ſiue  
diuina



diuinatoria fuerit. Sunt enim istius diabolicæ superstitionis nomēclaturæ tam variæ formæ præterea ac species, non minùs dissimiles, quàm diuersæ, vt singulas suis certis ac peculiaribus definitionibus cōmonstrare, laboris foret cūm infinitum superuacanei. Quocirca vno hoc sortilegij nomine, omnes ac singulas maleficiorū aut incantationum species (in substantia etiam differentes) cōprehensas volumus: quod solum etiā requiritur ad essentiam veræ definitionis, Bart. teste in l. j. ff. de testam. Et secundum hanc largam acceptionē, is dicitur sortilegus, qui diabolicam superstitionē professus, noxia quæque, supersticiosa ac elusoria, dæmonis iustructione, componit. Vox (noxia) continet species <sup>86</sup> amatorias & veneficas. Particula (elusoria) continet speciē diuinatoriam. Verbum (supersticiosa) complectitur sortilegia, quæ sunt ad sanandū maleficiatos, vt l. eorum. l. ne mo. & l. multi. C. de malefic. & mathe. cap. ij. de sortileg. cap. fortes. & cap. seq. xxvj. c. v. Porro sortilegorum professio duplex est, vna tacita, altera expressa: quarum infra <sup>87</sup> meminimus. † Hic autē sese offert quæstio, à quibus fuerūt inuenta hæc sortilegia: quibus

que fuere primi authores, quæ ea inter mortales inuenerūt? Dic, quod Persæ ac Caldæi, qui cæteris curiosiores, naturæ etiam secreta abditissima perprimari conati sunt: adeo vt ne hac quidem rerum notione contenti, quas humana industria peruestigare potest honestæ magiæ limitibus transgressus, ad curiosam & impiam dæmonum illusionem & imposturam prolapsi sint. cap. igitur genus. xxvj. q. iij. Si quis autem plura hic desideret, quid sit sortilegiū, & quis sortilegus, videat Archid. in cap. accusatus. §. sanè, de hereti. lib. vj. & in summa confes. in titul. de Sortileg. ij. & iij. quæstionibus. Hostien. & Ray. in summa, eod. tit. & S. Tho. secunda ij. q. 95. in tit. De superstitione. versicul. ad quartum dicendum. † Hoc tamen impræsentiarum admonitum te velim pie lector multas ac diuersas esse sortilegiorum species, iuxta diuersas hominum professiones, & varias formas, quibus illa conficiunt. Præcipuæ vero & capitales species sunt tres, nempe, Diuinatoria, Amatoria, & Venefica. Prima dicta est diuinatoria, quod per illam isti sortilegi vsurparunt sibi nomen diuinatoris: perquam futura quædam præsentia, vel præterita nobis

his ignota, vaticinari conatur, cap. non oportet. xvj. q. v. & d. l. nemo. C. de malef. & mathe. ibi, diuinandi curiositas &c. & secundum hanc acceptionem Sortilegium proprie & strictissime dicitur: hæcque nomen à forte, quæ in hoc materia sumitur pro arte diuinandi, & hoc modo sumpsit text. hoc verbum, in cap. Sortilegi. xvj. q. j. Diuinationis autem species sunt variae. Prima est, quæ fit per manifestam dæmonum inuocationem, pertinêque ad necromanticos. Secunda fit per solam considerationem dispositionis vel motus alterius rei. Hæc augurium est: Tertia est, dum facimus aliquid, vt nobis manifestetur quiddam occultum, quod ad fortes pertinet: & ista duo vltima fiunt per tacitam dæmonum inuocationem. Vbi sub quolibet vero istorum generum rursus diuersæ sunt species. Secunda verò species sortilegiorum, dicitur amatoria, quia fit propter amorem libidinosum, & vt plurimum ad inflectendum pudicos animos ad libidinem, tam mulierum quam viro- rum, sed frequentius mulierum, l. eorum, in princ. C. de de maleficis & mathematic. & l. iij. §. hæc adiectio. ff. ad legem Cornel. de sica. & l. si

quis aliquid. §. qui abortio- nis. ff. de pœnis. Vbi fit mentio de poculo amatorio. † Et qua pœna plectendus erit, quisquis tali poculo porrecto, malè composito, aut malè temperato alterius bibentis sustulerit vitam? Apparet prima facie dicendum, quòd aliqua pœna extraordinaria, relegationis, vel simili: ex quo homicidium illud nequaquam fuit commissum dolo, & cum occidendi proposito: ideo non debet puniri pœna vltimi supplicij. l. prima. §. diuus. & l. diuus. ff. ad legem Cornel. de sica. Tamē contrarium dicit text. in dicta l. si quis aliquid. §. qui abortionis, quòd si casu moriatur, qui vel quæ poculum prædictum absorbit: qui tradidit, vltimo supplicio puniendus est: licet dolo non dederit, sed bono zelo; & hoc est, quia res ipsa est mali exempli. Ex quo notandus est casus † admodum singularis, in quo quis punitur pœna vltimi supplicij pro homicidio commisso sine dolo & intentione aliqua occidendi, contra dispositionem iuris communis, in l. lege Cornelia. & l. diuus, & l. prima. §. diuus. ff. ad legem Cornel. de sica. & l. is, qui cum telo. C. eodem titu. quæ habet, nunquam pœnam mortis inferri

pro



pro homicidio commisso sine dolo & proposito occidendi. Imò in casu prædicto lata culpa minimè æquiparatur dolo, vt signanter ait Bartol. in dicta l. lege Cornelia. hic enim nulla ratio, neque præsumptio contra ipsum, qui dedit poculum amatorium, 90 militat. Et qua pœna † afficiendus, quando nõ fuit subsecuta mors, sed alius turpis affectus? Ad hoc respondendum censeo, quòd iure ciuili humiliiores in metallũ perpetuò damnantur: honestiores verò propter malũ exemplum, & turpitudinem finalis intentionis, in insulam, dimidia parte bonorum suorum confiscata, perpetuò relegantur: ita text. cum gloss. in dicta l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. 91 Tertia sortilegiorum species est, venefica, siue malefica, quæ cæteris multis partibus est perniciosior, eoque magis execranda, per quam infinita mala suppullulant: tot infirmitates: tam varij morbi: tot calamitates: humana pariter ac brutorum corpora excarnificantur: adeò, vt ad durissimam mortem non raro viuentes adigantur, hi citius, illi verò tardius. Citius enim istiusmodi malefici perimunt, quotienscunque compositio malefica valde præsentanea

est, & plurimum habet veneni. Qua ratione autè id fiat, cautus hic prudensque prætereò. Tardiùs verò mortem infligant, quum longis cruciatibus corpora ita conficiunt, adeò exinaniunt, vt eorum vniuersa virtute contabescente, tandem emori cogantur. Quocirca non perperam species isthæc malefica dicitur, ab enormitate scilicet malitiæ, in quam directè perpetuò vergit. l. eorum. ad exordium. & l. multi. præallegatis. Hinc fit, quòd lex vocat istos humani generis inimicos, vt qui semper tendunt ad hominũ internecionem. Obseruandum prætereà hoc loco, variis modis istos maleficos suo maleficio, homines (diuino semper permisso) adigere ad mortẽ. † Sunt enim, qui sola carminis potètia homines aliquando interimunt, absque vllò veneni haustu, S. Augusti. testante lib. x. de ciuitate Dei, cuius dictũ insertum est cap. nec mirũ. §. magi. xxvj. quæstio. v. l. & si ex præ. in princip. C. de malefic. & mathematicis. eoque alibi appellantur hostes communis salutis. l. fina. in exordio. C. eodem titu. Quidam verò reperiuntur, qui eadem arte, eademque professione magica instructi, supradictas infirmitates, et maleficas pollutiones

nes ab affectis, languidisque corporibus eripiunt, corporaque maleficio infeliciter cōcussa, breui tempore sanant: ita maleficia maleficio propulsantes: quibus autem medelis, quibus remediis hæc curationes suas conficiant, & maleficas illas pollutiones remoueant, referre nefas est. Neque putandum est, curationes huiuscemodi fieri posse, absque scientia ac notitia maleficæ artis, & dæmonis instructione. Non enim maleficæ illæ pollutiones unquam destrui solent, nisi per eiusdem artis magistros, qui ista diabolica professione bene instructi, ac quoquo modo participes fuerint: quia maleficia ipsa absque dæmonis ministerio & suffragio (siue rebus ipsis, siue verbis fiant) communiter, nec inferri corporibus solent, nec ab eis tolli: & hoc est, quod ait S. Augustinus in lib. de ciuitate Dei, prout refertur in dicto cap. nec mirū, in fi. xxvj. quæst. v. quòd huiusmodi remedia & medelas ars non cōmendat medicorum: vt quæ non ex arte, quam naturalis sciētia profiteretur, proueniāt: sed ex imposturis dæmonū, Quandoquidē naturalis medicina, & omnium physicorum & chirurgicorū ars tota communiter non sufficeret ad sa-

nāda huiusmodi corpora maleficiis affecta, & remouendum eas pollutiones, quæ dæmonis opera & ingenio, corporibus fuerunt insertæ, quæ eadem artis peritæ, eodemque suffragio tollantur, oportet, † cuius arte fuere inflitæ, iuxta illud: Cuius † est condere, eiusdem est & solue re: & † cuius est condemnandi facultas, eius est absoluedi libertas. l. condemnare. ff. de re iudicata. & l. nemo qui, ff. de regulis iuris. Nihil tam naturaliter connexum, quod eodem genere dissolui non possit. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris. Sanare igitur hic, & morbos inferre, eiusdē sunt artificij. † Quia & hoc notandum est, morbos quosdam naturalibus etiam ex causis ortos, nempe ex veneni, aut toxici illati efficaciam, ne posse quidem perpetuò curari per naturales operationes contrarias hominibus cognitæ: sed dæmonis ope hos aliquando citius propelli. Nec hoc mirandum, est † enim dæmon secretorum morborū, ac rerum naturalium longè peritissimus, eoque ob cognitam omnium rerum vim, virtutem ac medendi efficaciam, medicus exactissimus quam curandi artem nulli ( quantum in se est) reuelat, nisi sibi fiden



fidentibus, ac diabolicā hanc  
 artem professis. Atque hinc  
 fit, vt vulgus dicat, morbos  
 huiusmodi per nullos natu-  
 rales medicos posse curari:  
 sed per eosdem tantū ma-  
 gos & incantatores, aut per  
 alios eiusdem professionis,  
 & artis: qua arte aliis & ma-  
 leficia inferunt, eadem & il-  
 lata denuò citius eripiūt: sed  
 nō nisi instructi tollūt dæmo-  
 nis ope, vt habetur per S. Th.  
 in secunda ij. q. xcvi. arti. vj. &  
 l. eorum. §. fin. C. de malef. et  
 mathe. Non est tamen, quod  
 87 quispiam putet † hæc reme-  
 dia de iure civili esse prohibi-  
 ta: aut vlla pœna de iure ci-  
 uili afflicendos, quicumque  
 hoc artificio illata incom-  
 moda profligunt, licet id  
 agant arte malefica, vt est  
 text. in d. l. eorum. §. si. tamen  
 de iure Pontificio tunc Cano-  
 nico (cui hoc in negotio haud  
 88 dubiè standum) non † licet  
 aliquo modo hominem ma-  
 leficiatū, contrariis male-  
 ficiis liberare, c. admoneant,  
 xxvj. q. vlti. Superest nunc, vt  
 & alias sortilegiorum spe-  
 cies aperiamus: quæ sunt quo-  
 dammodo species subalter-  
 næ ad illas superiores, quæ  
 finem & effectum ipsorum  
 sortilegiorum verius respi-  
 cere videntur, quàm princi-  
 pium: infra scriptæ. verò re-  
 spiciunt finem, principium,

& medium: & diuersis nomi-  
 nibus nuncupantur, secundū  
 diuersos modos ac formas,  
 quibus conficiuntur: & eisdē  
 vicissim nominibus appellā-  
 tur eorum artifices: nempe  
 ab ipsa arte, quam exercent,  
 titulum referentes. Redea-  
 mus nunc ad primā speciem,  
 99 † quæ est diuinatura: quæ in-  
 ter cæteras obtinet principa-  
 tum: in quam complures ho-  
 mines capti vel decepti sæ-  
 pius incidunt, quàm in alias,  
 Natura eoim humana, & il-  
 lorum maximè, qui sunt cu-  
 riosi, natiuo quodam appeti-  
 tu fertur in desiderium co-  
 gnoscendi ea, quæ superiora,  
 quæque maiora sunt natura-  
 li scientia, & ab humano in-  
 tellectu nimis abdita. Hinc  
 100 fit, † vt ferè conspiciamus  
 istos sortilegos, necromanti-  
 cos, magos, hisque similes,  
 quotiescunque student ope-  
 ribus & superstitionibus suis  
 fidem adhibere (licet extra-  
 nei sint & penitus ignoti)  
 quæcunque alicui vel lon-  
 ginquo tempore præterito  
 euenerunt, tanquam ad vn-  
 guem eidem, sicuti accide-  
 runt, referre solere: quorum  
 relatione, si cum veritate cō-  
 sentiant, vehementer homi-  
 num mentes ad se allecant:  
 vt horum veritate circumuē-  
 ti, tandem etiam credere inci-  
 piant, quæ sunt falsissima.  
 Hæc

Hæc autē ita fieri confirmat  
 S. Augusti. in lib. x. de ciuita.  
 Dei, relata per sacros Cano-  
 nes in c. nec mirum. §. nullū  
 suffragium, xxvj. q. v. sub hac  
 enim specie plures militant  
 magistri. Et huius speciei  
 malitiam exaggerat peccan-  
 tium multitudo, quod eam  
 ferè malefici profiteantur.  
 Quæ uti clarius innotescat,  
 IO in † quatuor riuos seu spe-  
 cies eam deducere par est, iu-  
 xta numerum quatuor ele-  
 mentorum in quibus exer-  
 centur. Primū videlicet Geo-  
 mantia, à γῆ, quod est terra,  
 & μαγία, id est, diuinatio,  
 quasi terrestris diuinatio.  
 Hydromantia, quæ fit in aqua,  
 ab ὕδωρ quod est, aqua. Pyro-  
 mantia, quæ fit in igne, à πῦρ  
 quod est ignis. Et Aëroman-  
 tia, quæ fit in aëre. Hinc dicti  
 sunt Geomanti, Hydroman-  
 ti, Pyromanti, & Aëromanti,  
 qui artes ipsas in iis elemen-  
 tis proficētur, ut exponit tex.  
 in c. igitur genus, in princip.  
 xxvj. q. iiii. quæ verba fuerunt  
 assumpta ex dictis sancti Au-  
 gusti. in lib. de natura dæmo-  
 num, & Hosti. in summa, eo.  
 tit. in exordio. Quorum pro-  
 IO fessorū, alij † dicti sunt diui-  
 ni, quasi Deo pleni: hi enim  
 diuinitate se plenos esse, ho-  
 minibus persuadent: & hac  
 astuta fraudulentia homini-  
 bus futura cōiectant. Alij in-

cantatores dicuntur, nempe  
 qui artem verbis tātum per-  
 agunt, qui aliquando tantum  
 carminis potentia valent, ut  
 verbis suis, absque aliquo ve-  
 neni haustu, interdum occi-  
 dant, ut habetur in d. c. nec  
 mirum, in princip. xxvj. q. v.  
 Quidā alij sunt arioli, sic di-  
 cti, quia circa aras idolorum  
 nefarias preces emittunt, &  
 funesta sacrificia offerunt:  
 quibus celebritatibus dæmo-  
 num responsa suscipiūt. Alij  
 dicūtur haruspices, quasi hor-  
 rarū inspectatores. Hi enim  
 obseruant tempora, dies, ho-  
 ras, & momenta, ex quorum  
 obseruatione bona vel mala  
 futura prædicunt. Hi quoque  
 intestina pecudum inspicūt,  
 ex quibus futura vaticinan-  
 tur. Alij sunt augures, qui vo-  
 latibus ac auium garritibus  
 intendunt, quorū exercitiū,  
 auguriū, quasi auigeriū dici-  
 tur: quod, quid aues vocibus  
 aut volatibus gerant, obser-  
 uent. Alij dicūtur Phitonissæ,  
 qui quadā superstitione dia-  
 bolicam professionē sectan-  
 tur, à Phitone, id est, Apolline  
 dicti, qui autor fuit artis di-  
 uinandi. Alij sunt Astrologi,  
 qui ex astrorum cōsideratio-  
 ne quippiā vaticinantur. Ars  
 profectò hoc tēpore nusquā  
 non gentium, & celebris, &  
 apud nonnullos multæ fidei.  
 Verū an isthæc vaticinatio



iure sit p̄missa, ex caussa, prudensque nunc p̄terereo. Alij dicuntur Genethliaci, sic vocati propter natalitiorum considerationes. Obseruant enim hi diem natalis & horam alicuius, mox per duodecim cœli signa, syderumque cursus, eum ad iustum numeri calculum referunt: vnde ipsi p̄dicunt felices aut infelices futuros euentus: imò & mortem interdum. Alij denique sunt Salitores, sic dicti, quòd ex membri cuiuspiam palpitatione, aut ex trepido saltu, nescio quid prosperi, aut aduersi, mox euenturum deblaterant. Hastenus enumeratæ species omnes declarantur per textũ in dicto cap. igitur genus. Adiciam ipse superioribus Necromantiam, quæ est per mortuorum cadauera, siue ex inspectione mortuorum diuinationo, † dicta à *vivis*, id est, mortuus, & *mortuis*, id est, diuinationo. Hinc dicti sunt † necromantes vel necromantici, quorum incantamentis videntur resuscitari mortui: aut certè ex mortuorum inspectione miranda futura diuinant, dum mortuorum cadauera alloquentes. & ab ipsis mutua responsa ferentes, nescio quid deliramentorum leuiusculis hominibus diabolica illusione

persuadere conantur. Porrò quoties hæc peraguntur, ne cromanticis istis mos est, cadaver conspergere sanguine: quòd dæmones cruore delectari ferantur. Hinc quotiescunque † fit necromantia, 105 cruor aquæ miscetur, vt dæmones sanguinis colore facilius prouocarentur, vt habetur d. c. nec mirum, xxvj. q. v. in §. Necromantici. Hæc tamen non doctis, sed rudioribus commonstrare volebam. Cæterum rogatus à quoquã, 106 † quinam sint professores siue magistri, qui ij. & iij. speciem sortilegiorum exercere solēt, paucis respondebis, eos ipsos esse, qui sunt professores artis amatorix. Rursus in illa sortilegiorum specie militare eosdem, qui in venefica specie profitētur, quòsq; magos appellari diximus, hoc est, qui artem magicam profitentur, vt inquit text. in d. l. eorum, in princ. & in d. c. nec mirum, §. Magi. Eosdem præ 107 terea † vocamus maleficos, nempe ob facinorum enormitatem, vt ait text. in præallegato §. Magi. Hinc † factũ est, vt ius ciuile hos vtriusque artis magistros, s. amatoria sortilegia perpetrantes, & venefica, æquiparauerit, nō minus in factò, quàm in pœnis: pari supplicio in ambos animaduertendum decernens, d. l.

d. l. eorum, in prin. & l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis. Verùm an idē fiat de iure Canonico (quòd eadē sit in vtroque pœna constituta, aut diuersa) hęc breuitatis causa prætereo. Sunt præterea alij, qui dicuntur incantatores, qui sola potentia carminis perstringunt hominū mentes: hi solent vt plurimū in iij. specie militare. Itē quidā alij, quos suprà in prima specie expressimus, in hac iij. specie sapius se exercēt: quales sunt arioli, qui in suis sacrificijs & immolationibus adiungunt quandoque imagines ceræ vel cretę recentis, illas iuxta feruentissimum ignem apponentes, vel acubus earum capita vel latera perforantes, baptizantes atq; complura alia turpia & nefanda facientes & committentes, quę omnia ad iij. quęque speciem referenda sunt. Quin & necromantici similiter sæpius solent in iij. specie laborare. Cæterùm, quum in hunc sortilegiorū campum, vt amplissimum, ita multò certè teterrimum inciderimus, non ab re me facturum arbitratus sum, si aliquantò penitius rudiuculos in ipsius amplitudinē perduxero. Nō ergo huius disciplinæ nefarię cuiquam autor existere cupiam, quod nec in superio-

ribus, nec in sequentibus intendere: sed vt triuialibus (quod pace ipforum dictum sit) iudicibus huius rei latiorē notitiam suppeditarem, ac examinis faciendi rimulas potiores commonstrarem. Quocirca noueris velim, duplicem tesse sortilegiorum professionem: tacitam scilicet, & expressam. In genere intelligas oportet, de cuiuscunq; speciei professoribus. Tacita tautem professio est promissio quædam, quam quis facit alteri professo, de obseruando quæ sibi manda uerit sub promissione, quòd grandia facturus sit & mirabilia: quòd in vita sua futura cognosceret, & multa alia his non dissimilia: dummodo cum fidei catholicę renuntiatione, & pertinaci Sacramentorum ecclesiasticorum contemptu: vnde pollicebitur, quòd totis viribus cultui, & obsequio adharebit sui magistri, ipsūque ceu verum Principem adorabit: ipsūque omnem veræ adorationis cultum sub idolorum forma exhibebit, & alia huiusmodi turpiora pacta: quòd cuncta denique opera per ipsum facienda in illius nomine & deuotione confecturus sit. Dicitur tautem isthæ professio tacita, quòd non fiat, nec pacta



fit propriè cum ipso dæmone, sed cum dæmonis ministro. In qua tamen etiam multæ interneniunt ceremoniosæ solennitates extrinsecæ quæ vsuuenire solent in professione expressa: veluti solennis stipulatio, fides præstita per iuramentum de obseruatione promissorum: itè obsequium & rata fidei pactum cum dæmone, vnà cum abominanda abiuratione fidei Christianæ, & aliis in ea requisitis, vt in cap. qui sine saluatore, xxvj. q. ij. & vide sum. cõfess. eod. tit. q. iij. & vj. Vbi fit mentio de vtraq; professione, & pacto habito cum dæmone scilicet, tacito & expresso, & eod. tit. q. x. in fine. quam submissionem & sui obseruantiam ipse dæmon postea ratam habet: redditque ob eam se facilem ad obsequendum eorum votis, ac appetitui: non minùs, quàm voluntati eorum. qui expressa professione dæmonis, sua sortilegia exercere solent, vt ibi notatur, & l. nemo, & Leo- rum in princ. C. de malef. & mathe. sæpiusculè præallegatis, & in cap. ij. de sortil. vbi dicitur de illo, qui occulti fur- ti inueniendi cupidus, inspe- xit in astrolabij. Huius quo- que tacitæ professionis appa- ret meminisse textum, si accu- ratiùs ipsius verba discutian-

tur, in d. c. nec mirum. §. Ne- cromãtici, ver. ad hæc omnia vbi post enarrata aliquot cer- ta remedia, quibus affecti, id est, maleficiati ad priorem ac integram corporum valeru- dinem restitui solent, subiun- xit textus, hæc omnia fieri ar- te dæmonum ex pestifera so- cietate hominum cum caco- dæmonibus exorta. Altera ve- 112 rò dicitur † professio expres- sa, nempe, quæ fit expresse cõ- 113 proprio dæmone. Ist hæc tur- sum est duplex: vna dicitur so- lemnis siue publica: altera ve- 114 rò priuata. Solennis † autem & publica ea est, quæ fit cum dæmone publicè in maiesta- tis suæ folio, Principum mo- re, residente, ad vniuersales cõ- gregationes omnium striga- rum, & maleficorum, necro- mantium, & cuiuscunque ge- neris professorum, certis no- cturnis horis, locis & tempo- ribus, dæmonis arbitrio, con- stituitis. Vbi coram vniuersis adstantibus ist hæc fit profes- 115 sio. Priuata † verò professio est illa, quæ fit cum ipso dæ- mone pacto expresso, & cum iuramento, citra vllas tamen solennitates, & extra omniù hominum cõtù: vnde de istis dicitur Esa. xxvij. c. dixistis, percussimus fœdus cum mor- te, & cum inferno fecimus pa- ctum: & de hac fit mentio in sum. confess. eod. tit. q. iij. in princ

prin. & q. vj. & xij. fit hæc prof-  
fessio quandoque eisdem solē-  
nitatibus, quibus hodie fie-  
ri conspiciamus veras & solē-  
nes professiones monachorū  
in religione Christi, vbi ad vi-  
tam monasticam degēdam,  
abnegant mundum cum suis  
vniuersis oblectamentis præ-  
stigiariis. Ita hi contrā, abne-  
gato Deo, deserto Christo ser-  
uatore nostro, ac renuntiata  
fide cum contemptu Baptis-  
mi, ac cum contemptu reli-  
quorum ecclesiæ Sacramen-  
torum, vni dæmoni adhære-  
sunt, cui se totos deuouent,  
& spontanea obedientia con-  
secrant, cum arctissimo iura-  
menti sacramento, adeo, vt  
hinc iure efficiantur ipsius  
subditi, & (vt ita loquar) dæ-  
monis vassalli cōiunctissimi.  
Atque ex hac, hominis scili-  
cet & dæmonis exitiali socie-  
tate, nascitur & confirmatur  
tam arcta amicitia, vt ex ea  
homines (heu) miseri dolēda  
mala (permissu diuino) & tur-  
pissima opera, relatu nequiora  
conficiant, vt in sum. con-  
fess. eod. tit. cap. iij. & iiij. in  
exordio. l. j. verò, qui expres-  
sam professionem fecerunt,  
reddunt etiam expressum  
adorationis dæmoni cultum  
per solennia sacrificia, quæ  
ipsi exhibent dæmoni, imitā-  
tes in omnibus (quò magis  
nostram simplicitatem falle-

rent) diuinum cultum cum  
cæremoniis, apparibus lumi-  
naribus, precibus etiam qui-  
butdam & orationibus cum  
his aliis similibus, quibus in-  
structi sunt & edocti, quibū-  
que Cacodæmonem, suum  
exitiale exitium, incessanter  
collaudant & adorant, haud  
aliter, quàm nos felices colim-  
us & adoramus vnice Dni-  
cum Iesum Christum Domi-  
num nostrum cum patre ac  
cooperatore spiritu sancto,  
omnium visibilium pariter  
ac inuisibilium omnium crea-  
torem, & rectorem maxi-  
mum, xxvj. q. v. cap. contra  
idolorum. glossa in cap. accu-  
satus, §. sanè, de hæreticis.  
libro vj. & in summa confes-  
sionis. tit. q. ij. & iiij. & c. non  
obseruetis, xxvj. q. vj. & ea-  
dem causa, & q. ij. qui sine  
saluatore. Hic autem cultus,  
vel ex eadem satanæ super-  
bia suppullulat & erumpit,  
qua olim se Deo suo æqua-  
re cupiens, folium suum in  
Orientem indignè conaba-  
tur euehere, quò Creatori suo  
appareret æqualis. Qua qui-  
dem superbia necdum extin-  
cta, dæmon Dei sui adoratio-  
nis emulatur strenuus, ab ho-  
minibus quoque pari ritu se  
adorari patitur & cōcupiscit.  
Quòd autē eadem superbia  
in ipso etiā nū duret, testis  
est S. Th. in secunda ij. q. xcv.



arti. v. & S. Aug. in lib. x. de ciuit. Dei: cuius dicta tradita sunt xxvj. q. v. c. nec mirum. §. auguria, versi. sed hoc quosdam fallit, & versi. ad hoc, vbi  
 116 dicitur, † quod satanas in hoc totus incumbit, vt adoretur quasi Deus. Hinc quicūq; interueniūt in dictis sacrificiis expressē ipsum Satanam adorantes, ceteris ipsi dæmoni multò quidē sunt chariores, adeò vt nihil ab ipso petant, quod non illicò assequatur: modò id à Deo datū, ac suæ potestati concessum fuerit. Porrò si id ipsi negatum fuerit, petitores suos axaudire nequiens, tā est tamen malignus Satā, vt petita se præstare posse iactitet, ac post præstāda (cū nō illicò) promittat nequiter, quibus illusionibus suos profectos miserè decipit. Hinc dicūt nōnulli, quòd sortilegia & maleficia  
 117 quæ per istos fiūt, ceteris magis sunt atrocia atq; efficaciora: quādoquidē diabolus summo opere cupit gratificari iis, à quibus maius honoris præmiū recipit. Hos autē hinc penè dignoscet, q̄ tales sæpe soleāt struere imagines, aut statuas gêmeas, cereas, aut creticeas, similiūmq; materialū, teste S. August. in li. xxj. de ci. Dei, hæc verba notāte: quòd dæmones alliciantur his rebus, caracteribus, signis &

carminibus magicorum, non tanquā animal cibis, sed vt spiritus signis: quia enim homines in signum subiectionis ipsis offerunt solennia sacrificia, & prostrationes summissas faciunt, gaudēt summo opere huiusmodi reuerentiæ signa sibi exhiberi. Alliciuntur autē diuersi dæmones diuersis signis, pro diuersitate scilicet victorum ipsis conuenientium. Verba sunt S. Augu. relata per S. Tho. in tract. 44. disput. primæ patris in tit. de mira. q. x. versic. Respondeo, in fine, quæ ibidem vide. Rogare autem posset quispiam curiosulus, quibus locis, quibusve temporibus  
 118 hæc sortilegia fieri consueuerunt? Deinde vbi sortilegi, hīsque similes alij cōuenire soleant: huic paucis respondeatur, huiusmodi sortilegia  
 119 † plerunq; in locis syluestribus, occultis, subterraneis, & ab hominū conuersatione remotis: In locis longè disitis, caducis castellis & desertis: semperq; intēpestē noctis tenebris fieri solere, vt not. in cap. episcopi. xxvj. q. v. Cuius duplicem rationem esse comperi. Prior est, quòd dæmon post fœdum casum ex paradiso, effectus fuit obscurus & tenebrosus, vt habet communis omnium Theologorum sententia, & maximè  
 S.Th

- S. Thomæ in tract. 44. quæ-  
 stione xvj. articul. j. & vj. in  
 titul de dæmo n. Atque hinc  
 cõuincitur, ab authore tene-  
 bricoso, lucisque, id est, iu-  
 stitiæ, virtutis, veritatisque  
 ofore perpetuo, nulla quo-  
 que lucis opera fieri posse: sed  
 cuncta atra, horrida & tene-  
 bricosa flagitia ab eo solùm  
 peragi: eaque tum locis, tum  
 tēporibus obscurissimis, iu-  
 xta illud commune dictum:  
 120 † Qui malè agit, odit lucē.  
 c. perniciosam, xvij. q. ij. & c.  
 item si antè. de poenitē. dist. j.  
 Lux enim veritatis, hoc est,  
 illa, quæ illuminat omnem  
 hominem venientem in hūc  
 mundum, Christus est, vt ha-  
 betur Ioan. j. iij. v. & viij. cap.  
 & li. inter claras, in exord. C.  
 de sum. Trin. & fi. cath. Ideo  
 que etiam dicta lux interna,  
 vt quæ clarificet animam &  
 intellectum hominis: de con-  
 secreta. dist. iij. in princip. Is  
 cuncta opera sua clarissima  
 luce agi vult ad patris sui glo-  
 riam, & gregis sui ædificatio-  
 121 nem. Satanas † verò virtu-  
 122 tum, bonorum † operum, ve-  
 ritatisque aduersarius infe-  
 stissimus, qui idem & mēdax  
 est, & mendacij inuentor, &  
 autor, eoque tenebricosus, te-  
 nebras amat, loca obscura,  
 sordida, sibi que simillima, vt  
 not. loā. iij. cap. & lxxxj. dist.  
 c. valent interdum. Posterior  
 redditur ratio, cur nocte  
 123 tius, quàm interdiu hæc dia-  
 bolica opera fiant. Nam si lu-  
 ce ac clara die fierent, conspi-  
 ci possent ab aliis, faciliusque  
 deprehenderentur ipsorum  
 maleficia: ob quæ citus in-  
 notescerent curiæ, ac iusti-  
 tiæ: cui ita incautè sese capien-  
 dos, puniendosque produce-  
 rent. Quare ne tam facile de-  
 tegantur & impediuntur eo-  
 rum opera, & sacrificia, de no-  
 cte celebranda curant: eaque  
 in locis prædictis, ne à quo-  
 quam vllum impedimētum  
 ferant, vt not. in dicto cap.  
 episcopi. xxvj. quæstio. v. &  
 cap. nec mirum, ead. quæstio.  
 Posset hic rursum quispiam  
 mouere quæstiunculam huic  
 materiæ minimè incongruā:  
 124 Quibus † rebus, signis, in-  
 strumentis, misturis, compo-  
 sitionibus, legaturis, chara-  
 cteribus. atque figuris vtun-  
 tur fortilegi ad sua fortile-  
 gia & maleficia, secundū di-  
 uersas hominum opiniones,  
 quas persequi intendunt, con-  
 ficienda? Respondendū, quòd  
 varis atque diuersis, quorum  
 ad fatietatem meminit Do.  
 Paulus Grillan. in suo tracta.  
 de fortilegiis, quæstio. iij. &  
 v. quem petendum, materia  
 occurrite, nec dissuadero: ma-  
 teria enim præsens non mi-  
 nus est cõfusa, quàm diffusa.  
 125 Postremò † nō hoc pretereū-



dum putauī, cur malefici in manibus publicæ Iustitiæ existentes, & incarcerati, non faciāt se deferri ac inde liberari per ministeriū dēmonis ad mortem euitandam? quod nōnulli curiosi Iudices quandoque experimento discere tentarunt, frustra tamen atq; in summum dispēdium salutis suæ æternæ, eoque ab hac temeritate obnixē cauēdum. Huius quæstionis, vt mihi videtur, non erit difficilis absolutio, si doctorū monumētis, & scriptis diligentem lectionem impenderit. Attamē (vt aliquid afferamus) duas causas huius rei nobis explicant Canones, & sacri Theologi in sæpe allega. c. nec mirum, xxvj. q. v. Prior est, quod dēmon qui nil auidius cupit, quàm multarū animarū lucra, quiq; ad tenebras inferni variis illusionibus, & dolis homines protrahere studet, simul atq; viderit professum suum apprehensum, illiusq; animā sub sua potestate subiectam, nil magis anxie querit, nihil † expectat auidius, quàm animæ à corpore demigrationem: vt quam adhuc sub pacto retinet, certam lucretur, priusquàm per pœnitentiam sua massa præter expectationem elabatur, fidelium gregi denuò cōnumera-  
 126 randa. Quocirca vt irretitam

prædam certò possideat, incunctanter mortē ipsius machinatur: tantum abest, vt liberationem ferat. Posterior  
 127 ratio, cur † euadere incarcerati nequeant, est, quod cum diuina iustitia non permittat dæmonem in eos suam naturalem exercere potētiam: ne qui Iudices, & officiales curiosi, animiq; pellicibilis, leuis, ac sequacis, videntes aliquot signa manifesta liberationis eorum, inuitarētur ad amplectendum eorū professionem. & hoc est quod dicit S. August. in lib. iij. de Trin. in x. de ciuit. Dei, & S. Tho. in tract. xliij. primæ partis, q. v. in tit. De mira. & Canones in d. c. nec mirum, si Deus impediat in quibusdam dæmonis potentiam, pro conseruatione Christianæ fidei: aliōqui enim fides ipsa Christiana paulatim tota corrueret, maiorisq; tandem potestatis putaretur diabolus, quā Deus: & Iudex is haberetur, qui minister ipsius est, & Dei creatura, c. nemo contemnat, & ca. seq. xj. q. iij. & ideo tunc Deus resistit dæmoni, virēsq; illius comprimit, per ea, quæ notat S. Augusti. ecclesie doctōr insignis, in li. x. de ciuit. Dei, & refert & sequitur S. Thomas in d. tract. xliij. d. q. v. Tor-  
 128 quet alios, † vnde potestas tanta maleficis, qua patrare  
 tam

tam multa varia, & miranda possunt, etiam vna hora, qualia quantaq; bonorum totosue vitæ tempore facere possunt. Verùm iis tæper <sup>129</sup> respondetur, quòd omnis potestas à domino Deo est, sine quo nihil potest omnis creatura, sicut in Euangelio Christus ait: Sine me nihil potestis facere. Vnde manifestum est omnem faciendi potestatem, hominibus dari à Domino Deo, & non aliunde concedi posse, siue bonum homines, siue malum operentur. Hinc sanctissimus Præsul Augustinus dicit: Voluntas Dei est prima & summa causa omnium corporalium specierum ac motionum, nihilque fit in ista totius creaturæ amplissima, & immensa republica visibiliter, quod non de in <sup>131</sup> teriori inuisibili atq; intelligibili aula summa Imperatoris aut iubeatur, aut permittatur, secundum ineffabilem iustitiam præmiorum atque poenarum. Quamobrem nequaquam est dubitandum, quin potestas illa maleficarum, in qua mirandos (cooperatione dæmonum) horridosque producunt effectus, à Domino Deo concedatur, cuius voluntati nemo potest obistere: vt sine cuius ope ac numine inefficax est omnis humana opera, adèd vt ne ma-

num quidem vlli rei tentandæ sine ipso admonere possibile sit. In hoc enim Sancti doctores consentiunt, quòd <sup>130</sup> neq; dæmones, neq; maleficæ quicquā facere possunt, nec hominē lædere, nec iumentum: nisi omnipotens Deus permittens, consentiat, potestatemq; faciendi concedat, quod iam peruersa voluntate facere decreuerunt. Aequum est enim, vt tum dæmones, tum homines creaturæ Dei, suo creatori pareant, atque ab illius nutu toti dependeant, à quo esse, velle, & posse, susceperunt. Alioqui, si contrà ij quid possent, inuito Deo, in infirmitatis imperfectionisque suspicionē veniret Deus creator omnipotēs, à quo abhorrent piorum aures catholice. Quocirca quicquid maleficæ moliuntur, non hominis, dæmonisque potentia id solū adscribendū, sed diuino permisso id totū peragi credendum est, à quo omnis potestas exurgit, & à quo omne esse & fieri profluit, tanquam ab omnium rerū causa prima. Verùm enim uerò nō esse, sed cooperatione ac ope dæmonum (Deo semper permittente) maleficè cuncta mala operantur: quos vt natura subtilis, ita & experientia longa fecit ad producendum miranda, & fortes, & agiles.



Neque etiam putandum est tam prodigiosos effectus maleficarum ab huiusmodi rebus, quibus vtuntur ad maleficandum oriri (quales sunt capita mortuorum, bufones, serpentes, caractères, imagi-  
 132 nes, hisq; similia) sed ab i-  
 stituente hæc signa diabolo, qui cum sit superbissimus, Deo cupit in omnibus quam simillimus esse. Quemadmodum enim omnipotens Deus quædam in ecclesia sua Sacramenta instituit, quæ dignè vtibus (ipso aspirante) salutarem designant, & producunt effectum: ita & diabolus, qui nihil impèsius appetit, quam in pretio haberi, Deo æqualis videri, signa quædam tanquam Sacramenta instituit, quibus inuocatus ab his, quibus confæderatus est pactis, operator malignus assistit: & quoties Deus permiserit, quod rogatur malum perficit: Deo verò non permittente, nihil is quoque poterit ef-  
 133 ficere. Omnium tamen effectuum necromanticorum, & maleficarum operator eatenus diabolus est, quatenus per applicationem medicorum (quæ prius ipse instituit in materia subiecta) opus producit optatum: quod sic aliàs realiter, aliquando so-  
 134 lum apparenter. Mulieres au-

luntate deprauata, & confes-  
 su in consortium dæmonum per pacta transferunt, notas quasdam, & signa symbolica ab ipsis recipiunt, quibus exciti dæmones mox profi-  
 135 liunt. Quocirca in his perniciosis operationibus dæmonum, nihil efficacius stulta maleficarum credulitate, quæ pactis augetur, & voris. Nam quæto vel dæmonibus vel eorum signis firmiorem adhibuerint fidem, tanto velociorem assequuntur, cooperantibus ipsis, affectum: voluntatis enim maleficarum tam est dolenda alienatio, vt ipsas quodammodo redigat in furorem, quo percitis, iisque furentibus, mox dæmones aduolant, subseruiunt, & effectum petitionis pactis inuitati, & signis, Deo permittente, insanientibus præstant. Simile quiddam commemorat Plato in libro de furore poëtico, dicens: Bacchantes forminas mente nõ sana, mel & lac exhaurire fluminibus: mente autem sana, haurire nõ posse: id autem efficit earum animus sui impos, & in cõsortium dæmonis extra se raptus. Idem nos exploratum habemus, maleficas in puteis aut fluminibus agitatis haurisse butyrum furoris sui temporibus, quod alio tempore efficere non potuissent. Qua-  
 re id

re id solum ministerio da-  
 monis fieri credendum. Si-  
 militer odio alicuius flagran-  
 tes, nihilq; quàm vindictam  
 in animo concipientes, totæ  
 in illius interitum incum-  
 bunt: & ut ipsum aut perdât,  
 aut iumentis ipsius mala in-  
 ferant: agris, vineis, segeti-  
 bus, aliisque fructibus incom-  
 136 modent. Rebus † vtuntur ad  
 maleficium sibi notis, & fa-  
 miliariibus. Inuocant dæmo-  
 nes, ostendunt signa ab illis  
 instituta, simul & caracte-  
 res, & quod propria virtute  
 perficere nequeût, illorû mi-  
 nisterio consequuntur. Alius  
 verò, qui non est dæmonibus  
 pacto, & deditioe deuin-  
 ctus, etiam si res conuenien-  
 tes ad maleficium nouerit, si-  
 mul & operandi modum, si-  
 gna omnia exhibeat, ratissi-  
 mē tamen tentanti succedet  
 effectus: propterea quòd eū  
 inter suos familiares dæmon  
 non connumeret, vt suis my-  
 steriis non iniciatum. Quan-  
 ta autem mala hoc pernicio-  
 sissimum genus hominum  
 nusquàm non regionum fa-  
 ciat, cuius hominum id est  
 notissimum. Amplius enim  
 hi perniciosissimi homines,  
 mendacii superstitionibûsq;  
 plenissimi, sua malignitate  
 obsunt, quā boni quibus aut  
 precibus, aut pietate profunt.  
 Plus incommodi reipublica

Christianæ illi inferūt, quàm  
 hi commodi conferunt, nisi  
 137 Deus obstiterit. Ideoq; † non  
 sunt vsquam toleradi, sed ubi-  
 uis locorum potius tollendi  
 fanditus, omnium creatore  
 Deo sic præcipiente, Exo. xxij.  
 & Deut. xij. Maleficos nō pa-  
 138 tieris viuere. Nā † vt in obse-  
 quium sibi dæmones alliciât,  
 sacrificiis turpissimis plerūq;  
 vtūtur, & expressum cum eis  
 ineunt (vt dictum est) pactū.  
 Multos variōsq; libellos cir-  
 cunferunt spurcitiis, impie-  
 tate, ac mendacio plenos, ve-  
 terūque philosophorū, &  
 sapientum nominibus falsò  
 inscriptos, quorum ementi-  
 tis titulis inuocatis, simplici-  
 bus & curiosis multis impo-  
 nūt, & in foueam dæmonum  
 secum pertrahunt. Promit-  
 tunt magna, et penitus incre-  
 dibilia, quibus auditis homi-  
 nes in admirationem menda-  
 ciorum suspendūtur, Statuis,  
 imaginibus, exorcismis, con-  
 iurationibus, similibûsq; si-  
 gnis iactant se dæmones pos-  
 se cogere ac coartare mali-  
 gnos, adeò vt in circulo, anu-  
 lo, in crytallo, seu alio rece-  
 ptaculo visibiles appareant,  
 & ad singula interrogata di-  
 stinctè respondeat. Hoc om-  
 nes quidem promittunt: sed  
 eorū paucissimi nostris tēpo-  
 ribus inueniūtur, quibus ma-  
 ligni spiritus etiā malis per-  
 hanc



hunc modum odediant, Deo id iustissima ratione nō permittente: ne curiositas hominum nouitatis audivissima, religione contempta Christi, suffragia paulatim in necessariis postularer à dæmone. Est denique aliud hominum genus non minus fatuum, quàm superstitiosum, æquæ ætem vt superiores, fugiendū: Nempe, qui nullum cum dæmonibus commercium in eunt: nihilominus tamen rebus vtuntur in operationibus vanis, dæmonibus appropriatis, & ob id penitus illicitis. Putant enim characteribus magnam & occultam inesse virtutē, & ideò varios cōtra fidem Christi committunt errores. Possent hic obi-

139 ter † recenseri multa dæmonum genera, qui locorū inter capedine certis gradibus, certisq; inter se passibus ab sūt: alij enim aërij, alij ignij, aquatici alij, alij terrestres, alij subterranei, alij lucifugi, à locis quibus sunt addicti, aut à malitiæ natura, appellationes eas habentes. Quorum descriptiones, operationes, & quibuscum maleficæ commercium habeāt, & cum quibus non, compendio studens prætereo. Tantum hoc

140 meminere † maleficarum potestatem totam, qua tam miranda conficiunt, dæmo-

nibus à domino Deo limitatam concedi: ita vt ipso permittente, noceant: eo verò non permittente, nihil eos quoque operari posse. Verùm de his satis superq̄ue. Quæ tamē omnia nō ita furda aure (maximē studiosis, ac maioribus ingeniis) prætereunda, sed accuratius perquirenda. Quamobrem cætera huius materiæ cognoscere cupientem (quandoquidem hic exactiora præscribere meætant negotia) remitto ad clarissimos dominos, Paulum Grillandum, criminaliū causarum Romæ quondam auditorem, in suo tractatu vtilissimo, de sortilegiis, maleficis, & poculis venenosis, ac dæmonū inuocatione, atque eorūdem pœnis. Troilū Maluetuum Iurisperitū indubitatum in suo tracta. de fortibus. Martinum de Arles sacre theologiæ professorem meritissimum, in suo insigni & exquisitissimo tract. de superstitionibus. Ioānem Franciscum spectabilem I. V. docto, in suo subtili & eleganti tract. de Lamiis. & excellentia V. I. Malleum maleficarum: & Ioannem Trittenhamium Abbatem Spanhemensem, in suo lib. viij. quæstionum, quas illi dissoluendas proposuit Maximilianus Cæsar. q. v. de reprobis atq; malefic

leficis, & quæst. vj. de potesta  
te maleficarum. Quorū opi-  
niones, dogmata & interpre-  
tamenta, hac in materia om-  
nes passim sequuntur, lau-  
dant & asserunt. nec est meo  
iudicio, & si tenui, vlla mate-  
ria, in qua adeò Paulo, Troi-  
lo, Martino, Ioanni Frācisco.  
Malleo maleficarum, ac Ioā-  
ni Trittenhemio assentian-  
tur, & tribuant scriptores, nō  
solum speculatiui, sed etiam  
& practici: ita recepta est in  
hoc scribendi genere, eorum  
autoritas, vt pro lege (quan-  
uis vtique nullis corroborare-  
tur legibus) apud omnes ha-  
beatur. Quocirca vt res tan-  
dem ad finē decurrat, his im-  
pono finem huic capiti, etiā  
si sine numero alia pulchra,  
vtilia, & quotidiana huic ma-  
terix minimè incongrua, sed  
admodū cōuenientia, in me-  
diū adferre facili potuissem:  
quæ, ne lectorem multis mor-  
rer, posthabeo & omitto, atq;  
studioso, in rebus publicis nō  
occupato, indagāda relinquo

De crimine læsæ Maie-  
statis temporalis si-  
ue humanæ.

CAP. LXII.

SVMMARIE.

- 1 Crimē læsæ Maieſtatis varijs  
committitur modis. & nume. 2.  
3. 4. & 5.  
6 Crimina læsæ Maieſtatis pleclū

tur morte. scilicet gladio, igni,  
vel dissectiōe in quatuor partes.  
7 Consules senatores, & cōsiliarij  
sunt pars corporis Principis.

8 In conspirationibus plecluntur  
principales, fauentes, assisten-  
tes, & iuantes.

9 Filij committentium crimen læ-  
sæ maieſtatis, efficiuntur inſuc-  
cessibiles.

10 In crimine læsæ maieſtatis, puni-  
tur affectus, etiam non secuto  
effectū.

11 Ex sola scientia quis punitur.

12 Cōspiratiōis pertesus, & eam  
reuelans, veniam meretur.

13 Princeps solus, aut eius cōsiliū,  
cognoscit de crimine aduersus  
suam personam commissio.

14 Mulieres veneno vel incanta-  
tionibus committentes præfa-  
tum crimen, grauius puniēda,  
quā viri.

15 In crimine læsæ Maieſtatis qui-  
libet delator esse potest.

16 In crimine læsæ Maieſtatis pro-  
ceditur summarie, de plano, sine  
strepitu, & sine figura iudicij.



VLTIS qui-  
dē modis cri-  
mē admittitur  
aduersus tēpo-  
ralē Maieſta-  
tem, l. j. ij. iij. iij. & ibi etiam  
per Bar. Bal. Ang. & alios scri-  
bentes. ff. ad l. lul. Maieſt. vbi  
multi modi & casus enume-  
rantur, quibus læsæ Maieſta-  
tis crimen committi dicitur:  
nempē, i cōspiratiōe aduersus



sus suum Principem: aut contra domini sui salutem: aut contra vllas personas sui consilij: aut contra vtilitatem rei  
 2 pub. † Seditionem excitando in populo, d. l. j. Hostibus re,  
 3 † armis, opibus, & cōsilio suppetias ferendo, l. cuiusque, ff. ad l. Iuliam Maiest. & ibi Ang.  
 4 Quoquo modo captiuos † huius facti criminosos carceribus eripiendo, d. l. cuiusq; in fi. & ibi Bartol. Si quis priuatos conficiat carceres. l. vnica. C. de priua. carcer. inhibē. & ibi Cy. qui verbum subdit admodum notabile: Si pater, aut dominus, filiū, vel seruū domi suæ incarcerationit, nequaquā punietur pœna legis vnica. C. de priua. carcerib. rationemque allegat, quia pater & dominus id faciunt ad correctionem: dicta verò lex vnica loquitur in casu, quo quis in carcere ad custodiam  
 5 ponatur. Dum † Principis vices & officia sibi quispiam vendicat & exercet, præter ipsius voluntatem, dicta l. iij. ff. ad l. Iuliam Maiestat. Si quis Principis monetam adulterauerit. l. si quis numos. C. de falsa mone. Atque hæc quidem † crimina, ad vnum omnia, morte plectuntur, per dictas ll. j. ij. iij. & iij. ff. ad l. Iul. Maiestat. & l. quisquis, C. eod. titu. variis tamen modis, iuxta varietatem legum,

edictorum & statutorum in locis, vbi commissa fuerint, nonnūquam gladio, aliquādo igni, interdum dissectione in quatuor partes, &c. Verum quisquis ita conspirauerit in personā sui Principis, & hinc mors secuta fuerit, is profectò enormiter (nempe ob facinoris enormitatem) peculiari quodam modo extraordinariè, absque vlla legum ac constitutionum obseruatione, puniendus est ad prudentiam, iudicium, & discretionem Do. Iudicum. Conspiratores verò aduersus gloriam & salutem, & commoda Principis sui, detegentes hostibus vniuersa ipsius secreta, voluntates & studia, locorum munitiones, & infirmitates, cum rerum statibus & qualitatibus, hi in quatuor partes dissecandi sunt, cum omnium bonorum proseriptione. Ad has formas grauissimè & extraordinariè quondam puniebantur ij nefarij conspiratores, qui Bruggis crudelis nece Comitem Carolum sustulerant. Similiter ac penè inhumanitus etiā animaduersum est in eos, qui comitem Hollandiæ Florentium dira nece trucidarunt. Neque etiam minori supplicio puniendi sunt, qui quicquam nefarij † machinantur contra Principis Consilium,

Conf

Consules, Senatores & Con-  
 siliarios, qui corporis Princi-  
 pis pars haud dubiè sunt. l.  
 quisquis. in princ. C. ad l. Iul.  
 Maieft. & ibi Alber. & Bal. &  
 cap. cum dilectus. iuncta glo.  
 in verb. familiares, extrà de  
 8 cleric. non reïden. Porrò in  
 dictis conspirationibus non  
 tantum plectendi ipsi prin-  
 cipales Rei, verum etiã qui-  
 cunque studio, datãque ope-  
 ra, re & consilio huiusmodi  
 conspiratoribus fauent, assi-  
 stunt & iuuant, dicta l. quis-  
 9 quis. Imò ipsorũ liberi, & con-  
 spirationum tamen non con-  
 scij, vniuersis parentum suo-  
 rum bonis confiscatione pri-  
 uantur, itaque efficiuntur in-  
 successibiles, sola ipsis vita  
 relicta, Ange. in §. interdum.  
 nume. 7. Instit. de heredita.  
 quã ab intest. deser. Addam  
 10 maiora: Tanta est huius & fa-  
 cinoris enormitas, tamque  
 odiosa legibus ac principi-  
 bus, vt per conspirationem  
 voluntas non secus puniatur,  
 15 quàm ipsum factum: potissi-  
 mum si externo quopiã actu,  
 certoque indicio isthac vo-  
 luntas constiterit aut proba-  
 ta fuerit, dicta l. quisquis. C.  
 ad l. Iul. Maie. & Ang. in l. si.  
 §. fioal. ff. quod quisque iuris.  
 Archid. in c. ego. xij. q. ij. not.  
 per Spec. tit. de calũ. habetur  
 in l. j. ff. de extraordin. crimi-  
 nib. & in l. aut facta. §. euen-  
 tus. ff. de pœnis, per doctor. in  
 l. si quis non dicam rapere. C.  
 11 de episc. & cler. & Itidem pun-  
 niuntur, qui istius criminis  
 fuerunt conscij, & non pro-  
 diderunt, Bartol. in l. vtrum.  
 ff. ad l. Pompeiã de parricid.  
 Ioan. Andr. in cap. Petrus. de  
 homicid. Spec. in tit. de lega.  
 §. iuxta, in iij. colum. in vers.  
 quid si amici. D. Philip. De-  
 cius in regula, culpa caret. ff.  
 12 de reg. iur. Ceterum si quis  
 suã cõspirationis pertaxus,  
 reliquos præcipuos hu-  
 ius criminis autores, & facta  
 fideliter prodiderit, huic cer-  
 tẽ de commissio prius crimi-  
 ne, danda erit venia. Porrò  
 13 & conspirationis aduersum  
 Principẽ pœnam, solus ipse  
 sibi vindicat Princeps, aut  
 Principis consiliũ. Quæcũq;  
 14 autem & mulieres huiusmodi  
 audent cõmittere crimen aut  
 veneno aut incantationibus,  
 grauius puniendæ sunt, quàm  
 viri, & semper igni cõsumen-  
 15 dæ. Huius criminis delato-  
 res quosuis iura admittant ci-  
 tra vllã exceptionẽ. l. famosi.  
 & l. in quæstionibus. & ibi  
 Barto. ac sequaces. ff. ad l. Iul.  
 Maiefta. Et animaduerten-  
 16 dum est, in hoc crimine læ-  
 sã Maieftatis procedi sum-  
 mariè de plano, sine strepitu,  
 & figura iudicij, rex. in extra  
 uagã, ad reprimendam. & ibi  
 Bar. Si quid autẽ præter ista  
 requir



requiris, cōsule D. Martinum Laudē. doct. celeberrimū in suo tractat. de crimine læsæ Maiestatis, D. Franciscū Lucanum à Parma insignē I. V. doctorem ac practicū in suo tract. de priuilegio fisci, in ij. parte, de crimine læsæ Maie. D. Nicolaum Boëriū I. V. interpretem clarissimū in suo eleganti & præclaro tract. de seditiosis, omnibus profectō ciuitatum, villarum, castrorū Dominis, Scabinis seu Consulibus ac cæteris reipublicæ administratoribus vtili ac necessario.

### De seditiōibus.

CAP. LXIII.

S V M M A E.

- 1 *Conspirator, crimen læsæ Maiestatis incurrit.*
- 2 *Quæ pœna conspiratorum.*
- 3 *Qui seditiosi habendi.*
- 4 *Quæ congregationes illicitæ.*
- 5 *Quæ seditiosorum pœna.*
- 6 *Quæ autoris seditiōis pœna.*
- 7 *Seditiosorum appellatio nulla.*
- 8 *Principi rimanda seditiōis origo.*
- 9 *Quid, si Officiarij seditiōis causa fuerint.*
- 10 *Si primates populi in officarios exurgant, quid, & quæ pœna.*
- 11 *Tota ciuitate seditiōem cōmittente, qui plectendi.*
- 12 *In vniuerso populo plectendo, vitandum cautela.*



VISQVIS VLLI  
mollitur cōspirationem aduersus rectores, administratores re

gionū, ciuitatum, aut rectores aliorum locorum Principis, vt hos interemptos curret, is sanè crimen læsæ Maiestatis committit, atque ad hunc modum puniendus fuerit. Principio ex † more plateatum equo, crati vimineæ insidens pertrahitur: mox decolator, deinde quadripartitur ceu proditor: atq; eiuscemodi quatuor partes ad quatuor publicas vias palām ac publicè dependuntur & affliguntur. Postremò cuncta ipsius bona fisco adiudicantur: huc facit l. proditores, ff. de re militari. Eadem quoque pœna plectuntur omnes ipsius complices, cooperatores, criminis conscij & non prodentes, vt c. præcedenti meminimus. Seditiosi autem † nempe, qui illicitas congregationes populi cogūt (sunt enim † omnes illicitæ congregationes vetitæ, per Doct. in l. conuenticulum, C. de episco. & cleri. Illicitas autem intellege, quas iura reprobant) quique furtiua conuenticula parant, ciues populūmq; vniuersum commotionibus turbant, noxiam & tumultuariā factionem concitant, de quibus

bus certò cõfiterit, ita vt de  
 ijs conuicti fuerint, ij punien  
 di erunt iuxta personarum  
 qualitates, ac quantitatem,  
 5 & conditionem suorum † de  
 listorum, alij suspendio, alij  
 exilio, alij vltore gladio, aut  
 certè alia criminali multa  
 pro ratione personarum, tem  
 porum, aut locorum, secun  
 dum prudentiam Iudicis, l. si  
 quis, ff. de pœnis, l. iij. §. item  
 qui, ff. ad l. Corne. de sica. l. j.  
 & ij. C. de seditiof. Quisquis  
 6 † igitur talis seditionis autor  
 fuerit (quòd ea scelus sit nefa  
 rium) hunc profectò cõuenit  
 extemplo publicam mortem  
 oppetere, vt cæteris sit exem  
 plo, & timorem incuriat. Idè  
 mecum confirmat Modesti  
 nus, qui huiusmodi seditionũ  
 concitatores dånates statim  
 ac publicè puniri, reipublicæ  
 interesse censerit: ita vt eorum  
 7 appellationes † non recipien  
 de sint, l. constitutiones, & ibi  
 Bart. Ang. Aret. & moderni,  
 ff. de appel. Si quando igitur  
 8 † huiusmodi populi seditio  
 nascitur, diligenter obseruã  
 dum est Iudici, vnde ea sedi  
 tio originem sumpserit: nem  
 9 pe, an † officijrij vel senato  
 res ob parum diligentem ad  
 ministratorem iustitiæ, aut  
 alias ob causas in culpa sint.  
 Quo in casu, Principis fuerit  
 rem vtrinque moderari, & sua  
 prudentia cõsopitam redde-

re. Verum si huiusmodi † se  
 ditio populi, cum suis præfe  
 ctis, gubernatoribus, ac deca  
 nis simul aduersus Principẽ  
 exurgat, ita vt ipsius officia  
 rios violenter adigant neci,  
 atque ipsius Principis autori  
 tatem vsurpẽt & iura: in hoc  
 casu totus populus reus fit, &  
 obnoxius Principis volunta  
 ti, ad proscriptionem hono  
 rum, & vitæ, & ad extinctio  
 nem omnium priuilegiorũ  
 ac immunitatum, nempe, vt  
 Rei criminis læsæ Maiesta  
 tis. Sed hoc in casu, ne simul  
 omnes infontes perirẽt cum  
 nocentibus, solent Principes  
 frequentius vti gratia & cle  
 mentia, quàm rigore iustitię:  
 ne summum ius, multis fiat  
 iniuria: huic nec omnino in  
 congruit c. Romana, in fi. de  
 senten. excommunic. hb. vj.  
 11 Quamobrem † ea in re tan  
 tùm plectit principales sedi  
 tionis autores, & excitato  
 res: alios detroncatione capi  
 tis, alios exilio: nempe, extra  
 prouinciam, regionem, terri  
 torium ciuitatem, oppidum,  
 aut districtum, vel seditionẽ  
 concitarunt, relegatione atq;  
 proscriptione, confiscatione  
 bonorum, alios priuilegiorũ  
 ereptione, longinquis pere  
 grinationibus: alios atque  
 item in cæteris pro suo arbi  
 trio, arg. l. qui eadem. ff. ad l.  
 Cor. de sica. Idem sentit glo.



in l. aut facta, ff. de pœnis. fa-  
 cit optimè l. si familia, ff. si fa-  
 mil. furt. fecit. dica. Huic sum-  
 mē quadrat. c. sanè, de tem-  
 porib. ordi. Totum verò cor-  
 pus talis ciuitatis, atq; adeò  
 totam repub. ob suam re-  
 bellionē punit inedia, & pau-  
 perate: nempe magnis mul-  
 ctis, ac multarū impositio-  
 nibus, aut similibus pœnis,  
 pro suo legitimo arbitrio. In  
 † huiusmodi tamen animad-  
 uersione, Prætoribus & Iudi-  
 cibus (ne cui vlla fiat iniuria,  
 sed vt eiusmodi factiones,  
 prauī motus, & tumultus so-  
 lummodo caueantur) recto  
 sanòque consilio vtendū fue-  
 rit. Varia sunt apud Thucy-  
 didem, Ciceronem, atq; alios  
 Scriptores seditionum ac fa-  
 ctionum exempla, eaq; gra-  
 uia & nefaria, quorū aliquot  
 vel nostra memoria conspe-  
 cta sunt. Quæ omnia breui-  
 tatis studio, & ex causa, præ-  
 termissa volumus. Interim  
 tamen hęc materiam videre  
 copiose tractatam à clarissi-  
 viro D. Nicolao Boërio. V. I.  
 interprete acutissimo, in suo  
 eleganti tract. de seditionis.

### De priuatis carceribus faciendis.

C A P. LXIII.  
 S V M M A E.

1 Priuati carceris reus, quo sup-  
 plicio afficiendus.

2 Quisquis filium, filiam, seruum,  
 seruam, vxorem, amicam. carce-  
 ribus aut cubuculis includit, nō  
 perpetuò priuati carceris crimi-  
 ni sit obnoxius.

3 Patria sunt. sub vinculis esse, et  
 sub custodia esse, datis fideiussu-  
 ribus.



R I V A T A au-  
 toritate vllos  
 conficere, aut  
 habere carce-  
 res, nō abest à

crimine: adeò vt quisquis pri-  
 uatos citra autoritatem prin-  
 cipis carceres parat, quibus  
 etiam criminosos vi & cōtra  
 ipsorū voluntatem vltra xx.  
 horas includat, in crimen le-  
 sæ Maiestatis is incidat: ob  
 quod vitæ † priuatione, &  
 gladio cum bonorum confis-  
 catione plectendus erit, vt  
 tradit Imperator in l. vnica,  
 C. de priuat. carceribus inhi-  
 ben. & ibi Cynus, Bart. Bald.  
 variūque scribentes. Sed † hoc  
 fallit in parentibus & domi-  
 nis, qui suos liberos & seruos  
 castigandi, atq; à malo coër-  
 cendi gratia, vinculis, carce-  
 ribus, aut aliis clatratis repa-  
 gulis domi detinent. Ratio  
 enim isthęc, quoniā ad cor-  
 rectionem, & ad suorū resipi-  
 scentia spectat, nō immeritò,  
 nec præter æquitatis legem  
 ipsis permittitur. Dicta igitur  
 hęc lex intelligenda est, si  
 quādo ad solā custodia alios  
 priua

RERVM CRIMINALIVM.

priuatis suis carceribus constringunt: Cynus in d. l. vnica, cui ad stipulatur Bar. Chassa. in Cōment. cōsuet. Auca. Burgundia, Rubrica, *Des Iustices & droit* dicelles, nu. 54. subiungens, quod etiā quis dicitur cōmittere carceris priuati crimē, qui aliquē ponit sub custodia datis fideiussoribus:

- 3 Paria enim sunt: † quempiā sub vinculis esse, vel sub custodia datis fideiussō. Luc. de Pēna in l. si grauius, C. de digni. lib. xij. & in l. seq. eo. lib. Itē fallit in maritis. qui zelotypia perciti, aut alia simili ex causa, suas vxores strictē cubiculis inclusas domi detinent: imō si verius perpendere, cōperies huiusmodi nullū priuati carceris erecti crimē cōmittere. Faciūt notata gl. fi. & ibi Hosti. lo. And. & Panor. in c. quemadmodū, extr. de iureiuran. in l. consensu, & Authent. sed nouo iure. C. de repud. tex. singularis cum gl. in c. placuit, xxxij. q. ij. Idem Panor. in c. cūm cōtingat, nu. 20. extr. de foro competē. Vbi inquit, marito, patri, & domino, vxorē, filium, & seruū castigare, carceri mancipare, ad ieiunia cogere salutaria, licere. Sicuti nec ij, qui amore capti, aut pro sua animi libidine, suas amasias secretō vsq; in cubiculis inclusas cōtinent, modō ipsius nullā vim

inferant, Bart. in l. verū, ff. de furt. Io. de Vilemari, in repetitione l. diuus. ff. ad l. Cor. de sicar. nu. 89 & 100. Cacialup. in repeti. l. si qua illustis, C. ad S. C. Orficia. eo. 8. & D. Io. de Neuizanis in sua syluauptiali, Est nubēdum, folio lib. meo, 74. de his iam satis.

De moneta adulteratoribus.

CAP. LXV.

SVMMARIE.

- 1 Quintifariam crimen adulterande monete cōmittitur. Primò si excudatur citra auctoritatem Principis.
  - 2 Proximè, si falsa & iniqua excudatur.
  - 3 Tertio, si moneta inscriptio adulteretur.
  - 4 Quarto si iusta moneta pondus auferatur.
  - 5 Quinto, si adulterina moneta in vulgus spargatur.
  - 6 Qui veri monetarum adulteratores.
  - 7 Quibus apprehendendi monetarios potestas.
  - 8 Quae pena infligatur monetarios non deferentibus.
  - 9 Domicilia ad excudēdā falsam monetā elocata, fisco adiudicāda.
  - 10 Moneta adulterata cōtēnatis omni interdicitur appellatio.
- C**RIMEN adulterandē monete quintifariam cōmittitur. Primò † monetam excudēdo absq; vlla Principis.



autoritate aut permisso: at-  
 que is committit crimen læ-  
 læ Maiestatis, & ex iure illi-  
 cò, omni dilatione summo-  
 ta, punitur gladio, l. j. C. de  
 falsa mone, aut igni & pro-  
 scriptione bonorum, l. ij. C.  
 eod. titu. etiam si excusa ipsius  
 moneta iusta sit, æqui pon-  
 deris & pretij. Non enim <sup>2</sup>  
 ipsius est, publicam excude-  
 re vel formare monetam: sed  
 folius Papæ, Imperatoris, Re-  
 gis, Principis, aut alterius  
 autoritatem habentis à sede  
 Apostolica, vel ab Imperiali,  
 vel Regali Maiestate, aut à  
 Principe: vel certè ex antiqua  
 còsuetudine, à tempore cuius  
 non extat memoria introdu-  
 cta. gl. in rub. deveter. numif.  
 potest. lib. xj. C. Facit ratio <sup>3</sup>  
 ne sui c. super quibusdam. §.  
 prætereà. ext. de verb. sig. que  
 quidem còsuetudo, cuius sci-  
 licet nulla extat memoria,  
 ius ac privilegium inducit,  
 l. hoc iure. §. ductus. ff. de  
 aqua quotidiana. & æstiva. l. j.  
 §. ultimo. ff. de aqua plu. ar-  
 cen. cap. hoc quippe. iij. quest.  
 vj. cap. conquestus. ix. quest. <sup>4</sup>  
 iij. capit. mos antiquus, l. xv.  
 distinctione. l. testamenta, C.  
 de testamentis. Quocirca  
 quum talis consuetudo ius  
 inducat, minime necessum  
 est vllum titulum allegare:  
 quod aliòqui requiritur in  
 consuetudine xxx. annorum,

teste glossa in verbo, Non  
 extat memoria, in dicto cap.  
 super quibusdam. §. prætere-  
 eà. His itaque consideratis,  
 fit, vt monetam excudere ad  
 regalia pertinere dicamus, vt  
 in cap. vnico. Quæ sint re-  
 galia, in vsibus feudor. cum  
 ibi notatis. Secundò, mone-  
 tam falsam † excudendo pon-  
 dere, aut materia, nèpe si æs,  
 aut metallum inaret, aut si  
 stagnū vel electrum in argen-  
 tetis si similiter crimen læsæ  
 Maiestatis incurrit, & pari  
 pœna cū superiori punitur,  
 etiam si ab ipso Principe sibi  
 facta fuisset libera monetæ  
 excudendæ potestas, l. j. in  
 princ. C. de falsa mon. & in l.  
 quicumque numos, & l. seq.  
 ff. ad l. Cornel. de fals. † Ter-  
 tiò, adulterando ac falsifi-  
 cando monetæ imaginem  
 aut superscriptionem, & iam  
 imprimendo formam ac ef-  
 figiem, qui simili crimini  
 læsæ Maiestatis, & pœnæ si-  
 mili sit obnoxius, l. lege  
 Cornelia testamentaria, in  
 exordio, ff. ad leg. Cornel. de  
 falsis. Quartò, † corruppen-  
 do numerorum pondera supra  
 ordinationem Principis: nè-  
 pe, numis non tribuendo pon-  
 dus æquum, plenum & con-  
 suetum. aut iusti ponderis nu-  
 mos circuncidendo, eòq; mo-  
 do ponderis æquitatem aufe-  
 rendo, vt volunt Doct. in l.  
 lege

lege Cornelia cauetur. ff. ad  
 l. Corn. de fals. & est glossa j.  
 super verbo, defraudata, in c. 8  
 quanto, & ibi Panor. extr. de  
 iureiur. & in l. j. C. de veter.  
 numismatis potestate, libro  
 xj. Hi enim vt fares, quod-  
 que indignissimum furtum  
 committant, patibulo & la-  
 queo plectuntur. Quintò, qui  
 5 † corruptam & adulterinam  
 monetam ab aliis coëmunt,  
 & in vulgus elargiuntur, de  
 quo per Doc. in d. l. lege Cor-  
 nella cauetur. ff. ad l. Cornel.  
 de fals. Panor. in præallegato  
 cap. quanto. Hi autem pu-  
 niuntur extraordinariè ad ar-  
 bitrium iudicis, arg. l. faccu-  
 larium, in princip. & ibi glossa.  
 ff. de variis & extraord. crimi-  
 nibus. Hactenus autem om-  
 6 nia intelligas oportet, † de  
 adulteratoribus monetæ sui-  
 ipsius Principis vel alterius  
 Principis, in cuius ditione ea  
 falsitas contigisset: aut certè  
 intelligendum est de ea mo-  
 neta alterius, quâ suus Prin-  
 cept ex ordinatione, cur-  
 sum (vt vocant) habere finit  
 & permittit. Quandoquidè  
 si ea adulteratio esset numo-  
 rum exteri cuiusdam Princi-  
 pis, qui que in sui Principis  
 regione nullius esset vsus, cri-  
 men hoc leuius ac mitius pu-  
 niendum foret, glossa j. in d.  
 cap. quanto. Cæterum huius  
 7 † criminis Rerum omnes

apprehensores esse possunt,  
 nō minùs ipsæ mulieres quâ  
 viri. Et huius † criminis enor-  
 mitas tam est exosa Principi  
 & indigna legibus, vt ipsos  
 etiam conscios, & crimen nō  
 propalantes, non secùs ple-  
 ctendos esse leges iubeant,  
 quàm ipsos principales auto-  
 res. Deinde vt accusatores  
 etiam succumbentes, nequa-  
 quam, vt calumniatores in  
 aliis causis puniantur. Om-  
 nia autem isthæc proban-  
 tur l. j. C. de falsa moneta. &  
 gloss. in dicto cap. quanto, in  
 verbo, defraudata. † Præterea  
 tam habent leges exosam  
 monetæ adulterationem, vt  
 fundum aut domum in qua  
 dicta adulteratio peracta pro-  
 batur, arrestandam esse ve-  
 lint, & fisco adiudicandam;  
 viduarum tamen ac pupillo-  
 rum domibus semper excep-  
 ptis, quos speciali dignos in-  
 dulgentia credidit Impera-  
 tor in d. l. j. C. de fals. monet.  
 10 Postremò, † quò maiorè hu-  
 ius criminis enormitatem om-  
 nibus propalam facerens  
 leges, Doctores voluerunt,  
 vt monetæ adulteratæ condè-  
 natis, omnis interdiceretur  
 ad aliud tribunal appellatio,  
 vt per Spec. in tir. de appellat.  
 §. ij. veric. xxix. & d. gloss. in  
 verb. defraudata. d. c. quanto.  
 Atq; hactenus de notissimis  
 monetarum adulteratoribus



& circuncisoribus. In quos quum acriter animaduertant iura, quid quaeso pie Lector, de iis pecuniarum mercatoribus, imò reipublicæ bonorū deprædatoribus pessimis, statuendum censet: qui nihil habent pensi, quomodo reip. dignitas, vtilitas, & maiestas succedat, floreat, an pereat, modò vnico suo quaestuoso cõpèdio studètes, sibi profint per fãsq; nefãsq;? Qui ad burfas, & scrinia quorũlibet mercatorum passim inuigilant, venantes in re certissima certissimum lucrum, vt pro optimis, monetas reddant pessimas. Quomodo inquires? Accipe, re ipsa, & exemplo doceberis. Adeunt hi nefarij prædones opulentissimos quosque mercatores, rogant quot Reales, quot ducatos, quot angelatos, quot nobiles (& ita de reliquis optimi auri numis) habeant, eos alia moneta commutare (nempe peiori tamen hoc dissimulèt) modis omnibus efflagitant: offerentes ad singulos dictos numos vltra communem valorem & cursum aliquid lucri: scilicet grossum, aut ij. grossos. Mercatores itaque cernentes certum numerum suorum lucrum, præter omne dispendium procliuiores sunt ad cõmutationem: optimæ monetæ suæ pecuniam numerat

cum alia pecunia (cuius etiã vsus est, licet ea peior sit) luci causa commutant. Prædones verò illi acceptam hanc optimam pecuniam pro pessima, poculo aurario immittunt: liquendam curat, talè que auri massam ad alienas regiones deferunt: eã iniqua commistura vitiant: & peioris monetæ, peioris que valoris numos ex ea excudendos curat: ex quibus (mirũ) quãtũ lucri compendium (imò quãtum animæ dispendium) faciant. Porro hanc iniquam monetæ pecuniam magnam passam metamorphosim, rursus ad nostrates regiones, rursus cum optimo auro cõmutandã præferunt, vt prius. Hæc quũ quotidie per ipsos fiant, quid quaeso aliud quàm rempublicã prædatur, regiones nostras optimo auro spoliantes, & auro opplentes pessimo? Quo itaque supplicio dignos censet pie Lector, hos furtiuos monetæ corruptores cũ tã atrociter in aptos adulteratores leges sæuiat? Certè meo iudicio (etiã tenui) cũ scelere & dãno sint istis nõ impares, imò perniciosiores. cõfuerim eos dignos, in quos leges fiant oculatiores, & in quos Principes tãdem, vt in alios, grauiter quoque animaduertere incipiant. Hæc habui pie Lector, quæ de tam nefarijs præd

prædatoribus zelo reipubl. commemorare libuit.

## De cõfiscatione bonorũ.

CAP. LXVI.

SVMMARIE.

- 1 Crimini læsæ Maiestatis annexa est bonorum confiscatio.
  - 2 Alijs criminibus non adheret confiscatio bonorum.
  - 3 Confiscatio bonorum, etiam innocentes ledit.
  - 4 Quæ feuda seu fundi confiscatione cedunt dominis vel principibus.
  - 5 Feuda confiscata ac fundi non cedunt hæredibus.
  - 6 Criminosorum uxores non confiscantur suis dotibus nisi &c.
  - 7 Filij ac hæredes cõfiscantur hæreditate criminosorum.
  - 8 Cur filij parentũ criminosorum hæreditate indigni.
  - 9 Quando filij parentum criminosorum hæreditate non priventur.
- 1 **N**EC LÆSÆ MAIESTATIS perpetuò consecratur bonorum confiscatio. nepe, ob criminis enormitatem & odium: ita ut hic nulla sit opus noua promulgatione bonorũ cõfiscationis, quæ crimini læsæ Maiestatis ex sententiã lata perpetuò est annexa, ut in l. quisquis. C. ad le. Iul. Maiest. & in a. h. e. bona dånatorũ. C. de bo. proscrip. dån. l. ex iudiciorũ. ff. de

accus. & l. post cõtractum. ff. de donat. In alijs autẽ criminibus planè oportet confiscationẽ sententiã noua esse pronuntiatam, teste Ang. Are. in suo insigni trac. maleficiorũ, in gl. super verb. Et eius bona publicamus: vel ex hac ratione potissimũ, quòd omnis bonorũ proscriptio seu confiscatio ex sua natura odiosa sit, & ferè in detrimentum, & perniciem eorum ÷ vergat, qui innocentes sunt, & culpa vacant. Porro in feudis ac fundis criminosorum, duplex est distinctio. Quandoquidẽ feuda & fundi, quæ criminosus habet eo loco, vbi crimẽ patratũ est, ea sequuntur dominos eiusdẽ loci. Verũ feuda, & fundi sita in alijs locis, vbi crimen non est cõmissum, nõ cõsequuntur eorundẽ locorũ dominos, sed ipsum Principẽ, non secus, quàm ipsa bona vacantia. Ad hæc nequaquã grauibimini videre Bal. in l. cunctos populos. C. de summa Trinita. & fide cathol. versus finem: ubi, Vltcrius queritur. Bartol. & omnes moder. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dan. infect. Guid. Papæ in suis decisionibus q. lxxviii. & q. cccxlj. Ratio autem cur ea feuda ac bona Principi potius cedat, est, quòd videlicet nec hæc, nec illa fas est liberis ac hæredibus vllò iure sibi



vendicare seu apprehendere.  
 d.authenti. Bona damnato-  
 rum & ibi Bald. ac sequaces.  
 necnon in authen. vt nulli iu-  
 dicum. §. fina. colla. ix. consti.  
 ix. vnde dicta authentic. de  
 6 prompta est. De vxorum au-  
 tem dotibus hoc sciendū est,  
 quòd nec dotis vxoriæ, nec  
 aliorum bonorum potest esse  
 proscriptio seu confiscatio  
 ob maritorum criminosa de-  
 lecta, authen. bona damnato-  
 rum, & d. authen. vt nulli iu-  
 dicum, necnon d. l. quisquis, 9  
 §. vxores. Hæc tamen intelli-  
 genda sunt, nisi ipsa criminis  
 fuisset aut particeps, aut con-  
 scia, dicta l. quisquis, §. id  
 7 quod. Filiorum t̄ verò bona  
 paterna, iure confiscanda sunt.  
 Nam regula generalis est:  
 Quotiescunq; hæreditas au-  
 fertur aliquibus, tanquã hæ-  
 reditate indignis, ea Fisco ap-  
 plicatur, l. Lucius, ff. de iure  
 fisci, l. Papinianus. §. memi-  
 nisse, ff. de inoffic. testa. Por-  
 8 rò istiusmodi t̄ liberi propter  
 delictum paternum huic cõ-  
 fiscationi redduntur obnoxij,  
 vel ex eo, quòd procreati sunt  
 ex damnatorum ac reiecto-  
 rum sanguine, & cum sangui-  
 nis delicta confectentur hæ-  
 redes (dicta l. quisquis, §. filij  
 verò) meritò habendi sunt li-  
 beri eadem paterna hæredi-  
 tate indigni, etiam si ex alie-  
 no vitio isthæc infectio san-

guinis processerit. Deinde  
 quòd prædicta l. quisquis. præ-  
 sumat ac arbitretur eos esse  
 hæredes criminis paterni, &  
 paternæ audaciæ successores:  
 idcirco etiam ipsam hæredi-  
 tatem successionis, veluti ab  
 indignis, fisco auferre de-  
 bet. Atque isthæc est aperta  
 sententia Cyni in dicta l. quis-  
 quis, in iij. colum. Qui & de  
 istis iura sunt rationibus am-  
 plissimis referta: quocirca de  
 iis superfedeo. Verùm enim-  
 uerò ista omnia sanè intelli-  
 genda sunt: quandoquidem  
 filij hac bonorum paterno-  
 rum proscriptio iure absol-  
 uendi sunt, quando paren-  
 tum, aut maiorum crimina  
 temporè aperiunt, & deferunt,  
 frequenter præcitata l. quis-  
 quis, §. fina. in omni crimina-  
 li exilio ob cõtumaciam pro-  
 nuntiato, condemnatur contumax  
 pœna scilicet prius  
 proclamatione pronuntiata,  
 quemadmodū meminit ex-  
 cellentissimus Iuriscõsultus  
 & practicus Domi. Nellus de  
 sancto Geminiano in suo in-  
 signi ac præclarissimo tract.  
 de Bannitis.

### De cæde seu ho- micidio.

CAP. LXVII.

SVMMAE.

Secundum crimen, fuit homici-  
dium Cain.

Prim

- 2 *Primum omnium criminū, præuaricatio Adæ.*
- 3 *Homicidij enormitas, à lege diuina, ab effectu vario, ex iure pontificio, & pena talionis, & nu. 4. 5. 6. 7. & 8.*
- 9 *Homicida, humani generis extirpatores.*
- 10 *Homicidium inter humana commissum grauissimum.*
- 11 *Occidendi voluntas quando puniendi, vt ipsum homicidium.*
- 12 *Quæ sint occidendi voluntatis indicia.*
- 13 *Voluntas quando pro facto puniuntur.*
- 14 *Homicidij pena ex lege diuina.*
- 15 *Homicida offendit quatuor, Deū, Ius, & Principem, occisi parentes, & cognationē, interfectū omnium maximē, & nu. 16. 17. & 18.*
- 19 *Voluntas nō statim pro factis puniendi, ob triplicem causam.*
- 20 *Deficiente probatione facti, nullus capitaliter damnandus.*
- 21 *Ab homicidij pena nullus excusandus.*
- 22 *Regatus omnē honorē excludit.*
- R**IMINVM omnium secundū, quod post hominem conditum in terra patratū est, fuit homicidium.
- 7 *† Quandoquidē protoparentum nostrorum Adæ & Euzæ præuaricatio, primū læsæ Maiestatis crimen fuit, atq; adeo omnium criminū fons & cau-*

sa. Hinc Cain furiosè germanum fratrem Abelem occidendo, nefarium alterum, nempe homicidij, crimen subiunxit, glo. in l. i. quis homicidij, C. de accus. hoc homicidium tam est Deo execrandum, vt suis præceptorū tabulis illud expressè vetitum voluerit: Non occides, vt patet Exodi xxj. & Deutero. v. capitib. † Deinde vt innocentis occisi sanguinem in cælum clamare, & Angelos vindictam exposcere, sacre testetur literæ, iuxta illud: Clamitat ad cælum vox sanguinis, & c. Et scribitur in Apocalypsi, Ecce post hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deū & dicentes: vltimo domine non das iudicium, & vindicas sanguinem nostrum de interfectoibus nostris, qui sunt in terris, & c. cuius meminit D. Paris de Puteo in tract. suo Syndicatus cv. char. j. col. & D. Hip. à Marfi. post eum in suis consiliis, consilij. incipiente, Summi cæli Deus, in prin. Quodque † ad eum est detestabile, vt Angeli diuinæ voluntatis executores, sanguinem occisorum de manibus homicidarum requirant: de quo Genesis 4. cap. † Postremò, hoc vnicum Pontificia iura tam habent exorsum, vt (quum alia omnia crimina remissius puniant) hoc solū capitis animaduersione



plectendum esse statuunt: vel  
 vt ob nullum aliud crimen  
 quàm ob hoc vnum, capitalē  
 sententiam ferre velint: natu-  
 ralis enim ratio dicitur, vt  
 quod quisque alteri facere vo-  
 luerit, ipse patiatur, l. ij. & per  
 vniuersum tit. ff. quod quisq;  
 iuris, c. cum omnes, ext. de cō-  
 8 stitu. † Vnde fuit pœna talio-  
 nis de iure diuino inuenta, vt  
 quis animam pro anima, oculo  
 pro oculo, & sic de simili-  
 bus perderet: vt probatur  
 Exodi xxj. cap. vnde nihil mi-  
 rum, si homicida quod fecit,  
 idem ipse expectet. Dictas ob  
 9 † causas, iura ciuilia homici-  
 das, extirpatores seu violato-  
 res generis humani appellan-  
 tur: quod cognationis pro-  
 pagationem inter homines à  
 natura constitutam è medio  
 tollat & impediât, l. vt vim,  
 ff. de iustit. & iure. & glossa  
 in verb. humanitatis, in l. nō  
 tantum, ff. de appellat. Vnde  
 interest hominis hominē be-  
 neficio affici, l. seruus ea lege,  
 ff. de seruis exportand. Hinc  
 item & beatus Tho. dicit  
 secūda. ij. q. cxxij. articulo  
 vj. quod homicidium de se  
 non est appetibile, sed magis  
 horribile: quia non habet in  
 se rationem alicuius boni.  
 Item scribit secūda. ij. q. lxx.  
 articulo iij. quod inter cæ-  
 10 tera † peccata, quæ commit-  
 tuntur in proximum, homi-

cidium grauissimum sit: †  
 lūdque tam auersantur & sa-  
 cri Canones, iuxta not. in ca-  
 periculose, de pœnitent. di-  
 11 stinct. j. & iura † Imperialia,  
 vt non tam homicidiū, quàm  
 ipsam homicidij voluntatem  
 acerrimè puniant, si quidem  
 12 ea † volūtas externis iudiciis  
 patefcatur: nēpe, si armatus in-  
 cedat, si insidias ponat: quæ  
 quidem solæ insidias per se  
 etiā delictum sunt. l. propter  
 insidias, C. de accusat. c. j. quæ  
 fuit pri. causa benef. amittē. si  
 adoriatur armis vetitis irrefe-  
 ribilibus, cædendo, lædendo,  
 & mutilādo, l. is, qui cum telo.  
 & ibi D. Hippo. de Marsi.  
 C. ad leg. Cornel. de sica. quæ  
 quidem l. canonizata est, in c.  
 is qui cum telo. de pœnitent.  
 distinct. j. l. diuus, ff. eo. tit. &  
 aperta l. aut facta. §. euentus,  
 13 ff. de pœnis. Regula † enim  
 generalis est in iure, quod  
 quotiescunq; nō stat per ali-  
 quem, quod minus actus im-  
 pleatur, actus habetur pro  
 impleto, l. de pupillo, §. si is,  
 cui nuntiatur, ff. de oper. no.  
 nuntiat. Veluti si quis homi-  
 nem non occidat, sed tantum  
 vulneret, eo tamen animo, vt  
 occidere posset, is pro homi-  
 cidia damnandus est, vt in l.  
 j. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel.  
 de sica. quæ quidē iura, quod  
 fortius est, etiam iuuantur  
 lege diuina, qua prohibetur  
 etiam

14 et  
 di  
 pl  
 ca  
 m  
 tu  
 ne  
 mo  
 dig  
 bet  
 for  
 nat  
 stil  
 ven  
 cu  
 &  
 &  
 in  
 nar  
 An  
 re  
 etia  
 15 fen  
 dup  
 De  
 cep  
 dec  
 tur  
 di  
 16 dō  
 pul  
 ho  
 no  
 qui  
 ref  
 bu  
 vid  
 con  
 ff. f  
 ob

14 etiam reperitur † homicidium sub pœna vltimi supplicij, vt habetur Genesis ix. cap. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. Ob quod meritò homo dignissima creaturarum habetur, teste glos. in verb. personæ, in §. fina. institu. de iure natur. gent. & ciuili. & l. iustissimè, ff. de ædil. edic. gl. in verb. reitū natura, in §. in pcedum, institu. de rer. diuisi. & l. cognationum, ff. de var. & extraordi. cognit. vbi glo. in verb. dignitatis, ita humanam extollit naturam, vt ei Angelicam naturam inferuire Deus constituerit. Idcirco etiam homicida quatuor of-

15 fendit. † Primò Deum, idque dupliciter, & quòd creaturā Dei vita spoliaret, & quòd præcepta Dei contemnat, iuxta decalogum (vt antè allegatum est) Non occides, Exodi xxj. & Deutero. v. Secun-

16 dò, † homicida offendit rempublicam & Principem, quòd hominẽ occidendo suo bono, & ciue spoliaret: quando quidem interest reipublicæ, refertas esse liberis hominibus ciuitates. l. ij. C. de indic. viduita. tollend. l. ij. ad fin. C. communia de manumif. l. j. ff. solu. matrimonio. Quamobrem Domi. Adrianus in ea

sententia se fuisse testatur, vt Imperium ampliari hominũ adiectione potius, quàm pecuniarum copia valuerit, vt patet in l. cum ratio naturalis, ff. de bo. damna. Tertio, † homicida lædit patrem, & parentes occisi: primò patrem, quia testem ipsius hæreditariũ, qui patrem suum successione referret, aufert: cum filij immortalitate quadam suos parentes donent, in Auth. de nuptiis §. j. colla. iij. vt cum per nos remanere non possimus, per filios remaneamus, l. liberorum, in fin. ff. de verb. & rerum signi- fica. Maiores item & cognatos interempti pari ratione lædit, quia iniuria facta vni de parētela, redundat in ignominiam cuiuscunque stirpis eiusdem, l. iij. ff. de libera. causa. Et hinc ait clarè text. in l. capitalium. §. famosos, ff. de pœnis, pœnam eorum esse solatio cognatis, & affinibus interempti. Quarto, vel † omnium maxime, occisum lædit, quum vita nullis rebus humanis conferenda, priuauit. Ideoque, vt rursus repetam, Exodi xxj. cap. Si quis per indultriam occiderit proximũ suũ, & per insidias, ab altari meo euelles eũ, vt morte moriatur, & Leu. xxiii. Qui per cussit, & occiderit hominẽ, morte moriatur, & nume. 35.

cap.



cap. si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidij, & ipse morietur. Quibus seruit illud quod dixit Christus Petro, scilicet, Qui gladio ferit, gladio peribit. Matthæi

19 xxvj. cap. Veruntamen vsus, consuetudo, & practica, prædictum rigorem voluntatis puniendæ, & asperitatem immodicam ex causa relaxant & remittunt, testibus Petro, Barto. & Hippoly. de Marsinero. 14. in dicta l. is qui cum telo. necnon D. Ioanne Berberio, in suo iuris viatorio seu directorio, sub rub. de homicidio: qui facta ipsa solummodo punienda asserunt, fortassis triplicem ob causam: Aut quod ea iura plus satis sint rigorosa: Aut quod ea voluntatis certitudo probatu sit difficilis, adeo quod non nisi per signa externa, aut præsumptionem ea voluntas innotescat: ob quam præsumptionem, nemo criminaliter damnandus est, sicuti dictum est superioribus capitibus multifariis in lo.

20 cis. Deficit enim probatio facti, sine quo nullus debet capitaliter damnari: per l. j. §. si quis ultro. ff. de quæstionib. Postrema ratio sit, quod nec iustitia, nec reipublicæ salus tam grauitate voluntate læditur, atque ipso facto: quia nõ

fuit æquè priuata homine suo, quando delictum fuit attemptatum, sicut quando fuit consummatum: & hæc de consuetudine, quæ quidem consuetudo non potest fundari nisi in dicta vnica ratione, vt inquit D. Ioã. Berber. in dicto suo iuris viatorio, sub Rubr. de homicidio: quem videre tempore congruo. Quocirca homicidæ etiam nobili, de iure vltimum debet irrogari supplicium, multis de causis supra memoratis, sicut etiam ait signanter text. in l. nemo deinceps, ibi, homicida, quod fecit, semper expectet. C. de episcopali audien. quem multi aiunt esse vnicum ac monachulum in iure: sed mihi videtur singularis text. in l. eiusdem. §. legis Corneliæ. versicu. sed solent. ff. ad l. Corn. de sica. & in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi publi. vel priuat. Melior textus, quem paucissimi vnquam allegarunt in l. vnica, ibi, & merito mortis damnantur supplicio: cum nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui. C. de raptu virgin. Quod procedit etiã quantum; grauis sit & honesta seu nobilis persona homicidæ, 22 Nam reatus omnem honorem excludit. l. j. C. vbi senat. vel clarif. ciui. vel cri. conue. & ibi glo. in verb. Excludit.

reliq

rel  
vtp  
ra,  
tur  
pro  
De  
  
1 Ho  
mit  
men  
miss  
xico  
2 Ho  
dus  
3 Ad  
min  
offic  
  
dis:  
teri  
fent  
can  
no.  
aut  
2 rur  
cap  
tio  
nul  
del  
ta  
dor

reliqua presentis materia, utpote homicidiorum genera, & quot modis committatur, elucidabimus capitibus proximè sequentibus.

De pluribus ac diuersis 3  
modis homicidij.

CAP. LXVIII.  
S V M M AE.

- 1 *Homicidium ex proposito committitur manibus atque instrumento, lingua, consensu, vel permissu, signis, incantationibus, toxico ac veneno.*
- 2 *Homicida capitaliter puniendus.*
- 3 *Adimere vitam, est principis, ministri iustitiae, aut principis officiarum.*



**H**OMICIDIUM autem ex 1  
† proposito, multis committitur modis: Nèpe manibus atque materia, instrumèto, lingua, consensu, vel permissu, signis, incantationibus. toxico ac veneno. 2  
Quisquis igitur aliquem aut simile dñstorù homicidium 2  
† modum commiserit, is capitaliter puniendus est. Ratio hæc est certissima, quòd nulli in quâ concessum fuerit delibato animo ac destinata malitia, aliquo istorù modorù cuiquam adimere vitâ,

neque item ad mortè cõdèna re, neque morte punire, iuribus suprâ cap. præcedèti allegatis, & capitibus sequètib; suis congruis locis allegadis: nisi soli Principi, iustitiæ ministro, aut illi cui Princeps suas in eo officio vices delegauit, quémq; autoritate suæ in iustitiæ fauorem instituit. cap. de occidendis. xxiii. q. v. Hæc autem, quoniam pro capituli angustia latiora sunt, speciatim ex subiectis apprehendienda cognosces.

De homicidio manuali.

CAP. LXIX.  
S V M M AE.

1 *Modi & instrumento homicidij manualis. & nu. 2. 3.*



**I**NFINITIS modis committitur homicidium ministerio manuum: his tamen præcipuè modis, 2  
assultibus, tñuasionibus, violentis inflictionibus, cædendo gladiis, spathis, semispathis, pugionibus, clauis, cucumis, hastis, rumigestibus, vulgò hallabardis, lanceis, sparis seu rumicibus, dolonibus, tragulis, iaculis, telis, sagittis, misibilibus, fundis, ballistis, sclopis, serpentinis, colubrinis, bombardis. Itè variis 2  
ferg



- ferreis, æneis, plumbeis, lignis, & quævisque armis. Atque ad eodẽ etiam lapidum iactibus, præcipitando à pontibus, è fenestris, speculis, montibusque: eiciendo in imam vallẽ, aut in plateã. Postremò submergendo, strangulando, atque simili ratione quæpiã lædendo, vt hinc mors subsequuta probetur. l. qua actione. §. occisum. ff. ad l. Aquil. l. j. §. occisum. ff. de S. C. Sylla. l. j. §. Diuus Adrianus. ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. is, qui cum telo. C. eod. tit. & ibi, scrib.
- cidij literas, tenetur pena homicidij.
- 10 Primus mandat priori, & ille alteri mandauit, qui comisit homicidium, omnes tenentur l. Cor. de sicar. scilicet pena homicidij.
- 11 Nuntij, quorum opera sunt tractatus maleficij, puniuntur.
- 12 Proxenetæ contractus usurarij, tenetur ad usurarij restitutionẽ.
- 13 Præcipiens, iubens, vel mandans homicidium, punitur, vt occidens.
- 14 Damni dans causam, danum dedisse videtur.
- 15 Iudex numis corruptus, innocentem morte damnans, vt homicida puniendus. Et quæ sit pena damnatis citra mortem.

## De homicidio linguæ.

CAP. LXX.

S V M M A E.

- 1 Homicidium lingua committitur quatuor modis, falso testimonio, consilio, mandato, & iniqua condemnatione.
- 2 Homicidium, falso testimonio committitur.
- 3 Falsidicus testis tres ledit, Deum, iudicẽ, & innocentem, eosque trifaria pena imponenda illi, nempe periurij, Falsi, & Homicidij.
- 4 Lingua omni ferro nocentior.
- 5 Consilio etiam efficitur quis homicida.
- 6 Iudæi lingua Christum crucifixerunt.
- 7 Distinctiuncula remissive consilij mandantis operis remotis, & operis propinquis.
- 8 Homicidij mandato commissio.
- 9 Nuntias scienter portans homicidij
- 17 Pilatus vt homicida habendus.



HOMICIDIUM

+ lingua ferè

committitur qua

tuor his mo-

dis: nẽpe adul-

terino, seu falso testimonio,

consilio, suggestione, vel ad-

hortatione, præcepto, iussu,

vel mandato, &amp; iniqua seu ini-

iusta condemnatione. Falsus

+ itaque testis quisquis lin-

guæ suæ veneno ad iniquam

seu iniustam mortis conde-

mationem quempiam adig-

git, morte, nempe gladio ac

honorum ademptione, vt fal-

sarius, vt periurus, &amp; vt homi-

cida quoque mulctandus est,

quod fundatur in l. j. in prin-

ff. ad

ff. ad leg. Cornel. de sicar. ibi, quiue falsum testimoniū do-  
lo malo dixerit, quo quis pu-  
blico iudicio rei capitalis dā-  
naretur, & c. Huic nec incon-  
gruit tex. in capitul. j. ext. de 3  
crimine falsi. qui habet: † Fal-  
sicius testis tibus personis  
est obnoxius: primū Deo,  
cuius presentiam cōtemnit:  
deinde Iudici, quē mentiēdo  
fallit: postremò innocētī, quē  
falso testimonio lædit, et quia  
tres lædit, triplex pœna ei im-  
poni potest, scilicet, Primò  
periurij: Secundò falsi: & ter- 5  
tiò homicidij. facit optimè  
tex. in cap. periculosè, de pœ-  
nitent. distinctio. j. tenetur  
etiam alia quacunque pœna,  
quæ irrogatur ex crimine, de  
quo Reum per falsum testi-  
monium lædit. teste gossa in  
d. c. j. de crimi. falsi. super ver.  
lædit. Qui quidem prænomi-  
natus occidendi modus, dete-  
stabilis est: eò quòd quasi cū  
omnibus participat crimini-  
bus, meritò ergo Iuriscon. de  
eo modo specialem mentio-  
nem fecit in d. l. j. in prin. ibi,  
quiue falsum testimonium,  
& c. quam ait singularè Bald.  
in cap. j. §. iniuria. in fine. de  
pace iura. firmā. in vsib. feu-  
do. post eum Alex. in Apostil-  
lis ad Bartol. in d. l. j. ad hoc,  
quod testis deponens falsum  
in causa criminali, debet sub-  
ire illam pœnam, quam de

iure pateretur ille, contra  
quem deposuit, si verum ef-  
set: nec minus occidit homi-  
nem, qui falso testimonio op-  
pimit innocētē. quā qui  
ferro necat, quum lingua † sit  
omni ferro nocentior. De ho-  
micidio, consilio, suggestio-  
ne, vel adhortatione commis-  
so, varij varia dixerunt: cōmu-  
nem tamen doctorū opinio-  
nem hic solum recensere cu-  
rabimus quum nostra ætate,  
iuris candidatos breuitate  
gaudere cognoscam. Quòd si  
igitur † homicida, homicidiū  
aliās facturus nō fuisset, nisi  
intervenisset cōsulētis consi-  
liū, tunc par idēque delictū  
est, facere homicidiū, vel cōsu-  
lere psuadēdo, aliās nō factu-  
ro, & inde facienti: quisquis  
igitur cōsiliū dedit, quo fret⁹  
& adiutus quispiā alterū adi-  
git neci, eā ei tra illius cōsiliū  
nūquā commissurus, is haud  
dubiè nō aliter plectēdus est,  
quā is, qui principaliter ho-  
micideiū manibus patrauit, e-  
sicut dignum. §. quia verò,  
iuncta glo. in ver. consilium,  
ext. de homicid. c. fin. eod. tit.  
lib. vj. c. si quis viduam. §. o. di-  
stinct. c. noli, & c. periculosè.  
de pœnitent. distinct. j. vbi c.  
insigniter habet. Et hinc pa-  
tet, quā periculosè errent,  
qui eos tantū homicidas  
esse existimant, qui manibus  
homines occidūt: ac non etiā



eos, per quorum cōsiliū & fraudem, & exhortationem homines extinguūtur. Sicut  
 6 & † Iudæi nequaquam propriis manibus Christum occiderunt: mors tamen Christi ipsius planè imputanda est, quòd iniquo testimonio, consilio, & suggestionibus, eum ad crucis mortem pertraxerint. Doct. interim locis præallegatis vtuntur vna distinctiuncula, nempe, cōsiliij mandantis operis remoti, & operis propinqui, cuius etiā meminir Ioan. Berbe. in suo vortorio iuris, sub rub. de Homicidio, quā hic breuitatis causa omittimus. Prætereà, qui  
 7 † homicidij patratiōe præcepit, iussit, vel mandauit, tenetur vt faciens illam, secundum Bart. & alios in l. si per alium, ff. ne quis eum, qui in ius voca. est, vi exi. in princ. & in l. sed si vnus. §. si seruus. & ibi Alex. ff. de iniur. Bar. & sequaces in l. si seruum. §. Prætor ait, ff. de acquirē. hæredi. Bal. in c. j. in vlti. colū. quib. mod. feu. amittit. Alexā. post alios in l. si quis id quod, ff. de iurisd. omn. iud. de quo larè per Ang. Aret. in suo insigni tract. malefactorum. in verb. Sempronium mandatore, per totum, quem suadeo legendum & relegendum, ob varias bonas, vtiles, ac quotidianas, quas suo laudabili

more mouet, examinat, & discutit quæstiones. Atque hoc item modo Iudæi cum Pharisæis & Scribis, Christum seruatorem nostrum occiderunt: qui iussu, clamoribus, ac mandatis imperiosis ad crucis patibulum adegerunt, vti habet sacre Euangelistarum historia: Crucifige, Crucifige eū, Si hunc dimittis &c. quæ omnia sunt apertiora, quàm vt hic amplius probada sint. Item & per Doct. in d. c. sicut dignum, & per D. Fely. in c. mulieres, per totum, de senten. excom. D. Hippo. de Marfil. in suis singularibus, singulari clxxxj. incipiente, Mandans fieri homicidium &c. Vbi † etiam quærit, quid de nuntio scienter portante literas, mandatum homicidij cōtinentes, secuto tandem homicidio? concludit eum tenei pœna homicidij. Ita singulariter dixit Cyn. in l. non ideò minus. C. de accusat. Idè expressè firmat Bald. allegas Cyn. in l. j. §. ne autem, in v. colum. C. de cad. tol. Vbi etiā  
 10 subdit, idem esse, † si mandauit Titio vt faceret homicidij, & Titius mandauit Seio: nam omnes tenentur. allegat text. quem dicit singularem, in l. si ego, ff. quod vi aut clā. Idem etiā voluit Barto. in l. j. §. incidit, ff. ad Turpil. vbi inquit, quòd † nuntij, per quos sunt

fi  
 v  
 p  
 il  
 C  
 ac  
 12 di  
 pr  
 rij  
 vs  
 te  
 lis  
 les  
 re  
 vic  
 Et  
 an  
 in  
 in  
 da  
 13 iud  
 pu  
 de  
 lib  
 §. si  
 ff. c  
 14 ius  
 dec  
 vid  
 hac  
 & g  
 de  
 per  
 fac  
 Inf  
 se,  
 15 mō  
 cor  
 fini  
 mo

sunt tractatus homicidiorū,  
 vel maleficiorum puniantur,  
 per illum text. subdens, quod  
 ille casus est per glo. in verb.  
 Cauerint, in l. si sciente, ff. ad  
 ad l. Pomp. de parricid. Qui  
 dicit et etiam à simili, quod  
 proxeneta contractus usura-  
 rij tenetur ad restitutionem  
 usurarum. Multò magis au-  
 tem ille maleficij est culpabi-  
 lis, qui iussu ac mandato ma-  
 leficij causam dederit. Plu-  
 res allegationes, si desideras,  
 videbis per D. Hippoly. in di-  
 cto suo singulari clxxxj. &  
 ante eum per D. Angel. Aret.  
 in d. suo tracta. maleficiorū,  
 in verbo, Sempronium man-  
 datorem. Itaque præcipiens,  
 iubens, et vel mandans, debet  
 puniri, quemadmodum occi-  
 dens, text. in c. si. de homicid.  
 lib. vj. Ad idē tex. in l. damni,  
 §. si pupillus. ver. si mandato.  
 ff. de dam. infecto. Ratio hu-  
 ius est, Quia et quisquis dāni  
 dedit causam, damnū dedisse  
 videtur, l. qui occidit. §. in  
 hac. ff. ad l. Aq. §. ceterūm,  
 & gl. in verb. mortuus, Instit.  
 de leg. Aquil. Item, quod quis  
 per alium facit, per seipsum  
 facere videtur, §. non solūm.  
 Instit. de iur. iur. l. j. §. de iur. iur.  
 se, ff. de vi & vi arma. Postre-  
 mō et iniquus iudex, numis  
 corruptus, qui falso dolose, &  
 sinistro medio innocentem  
 morte damnat, is item vt fal-

sarius, vt periurus, & vt ho-  
 micida quoque damnandus  
 est: nulla tenim lex innocen-  
 tem occidere concedit, c. si nō  
 licet, in princ. xxiiij. q. v. sicuti  
 ex sequentib. clarius cogno-  
 ueris. Propterea Pilatus si-  
 mili pœna damnandus fue-  
 rat, qua ipse innocentē Chri-  
 stum condēnauit. Iudex nan-  
 que iniuste aliquem ad mor-  
 tem iniusta sentētia dānans,  
 eadem pœna, nempe homi-  
 cidij, se ipsum inuoluit. l. lex  
 Julia, §. si. ff. ad l. lul. repetun.  
 quem text. pro mirabili alle-  
 gat Ioan. de Anania in c. ac-  
 cusanti, ext. de accus. Simili-  
 ter & Bal. in l. vnica, in iij.  
 colum. C. ne ex delict. defun-  
 cto. contra Iudices, qui ac-  
 cepta pecunia, vel calore ira-  
 cundix inducti, vel sine con-  
 siderationē, mortis sententiā  
 proferunt, in l. iij. C. de episc.  
 audien. ibi, Homicida quod  
 fecit, semper expectet. Huius  
 luculenter meminit text. in  
 d. l. j. in princip. versic. quòve  
 magistratus Iudexve questio-  
 nis sub capitalem causam  
 pecuniam acceperit, vt pu-  
 blicę legis Reus fieret: & qui  
 hominem occiderit, punitur  
 non habita differentia, cuius  
 cōditionis hominem intere-  
 merit, ff. ad l. Cornel. de sicar.  
 Resolutiue atque vnica di-  
 stincti iuncula dicamus, quòd  
 si ad mortē cōdemnet, pœna



capitali legis Cornelie tenetur. d. l. j. Si autem ad mortem non condemnet, sed alias puniat in corpore, corrupte iudicando, in exilium datur: omnia bona confiscantur. De quo in Authent. Nouo iure. C. de poena iudic. qui male iudi. Item tenetur le. Iulia repetundarum. l. iij. & iij. ff. ad le. Iul. repetun. Item concufionis. l. ij. ff. de concuf. Item falsi. l. j. §. & qui iudicē. ff. ad legē Corn. de fals. Posset hic aperiri amplissimus questionum campus, quem prudens prætereo, ne æquo prolixior fiam: quandoquidem questiones ex superioribus facile solui poterunt,

### De homicidio per consensum.

C A P. LXXI.

S V M M A E.

- 1 Homicidium consensu committitur, aut ante factum, aut in factum, aut post factum. & nu. 2. 3.
- 4 Homicida consiliū ac opem præstans per viam iustitiæ, gratiæ, vel alimonie, nõ est puniendus. & nu. 5. 6.



**H**OMICIDIUM  
† consensu committunt ij, qui  
ipsi homicidæ,  
aut ante factū,

aut in facto, aut post factum homicidiū, suppetias ferunt, aut solatia. Ante factum quidem, si opibus & pecunia iuuent, si milites, si equites, si arma, atq; id genus subsidia auxilia suppeditent. l. iij. ibi, cuiusve opera. ff. ad le. Iul. Maiestat. l. si pignore. §. cum furti. ver. qui ferramenta, ff. de furt. l. j. & l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parricid. l. qui domum. ff. ad l. Iul. de adult. l. nihil interest. ff. ad l. Corn. de scar. & l. j. ff. de recepta. In ipso † autem facto: seu actu quis maleficium committit, si semet malefactori homicidæ adiungat, ei assistat, commoditatem vllam præbeat, quod expeditius homicidium faciat. Probatur notabili l. j. C. de rap. virgi. c. sicut dignū. §. j. ext. de homi. Pro hoc tex. in l. itē Mela. §. si alius, ff. ad l. Aquil. Post † factum verò, si cum ipso homicida se coniungat: cum ipso, ceu patrocinaturus eouerfetur: ipsum hospitio, tanquam re bene gesta, recipiat: si quò minus comprehendatur, impediatur: si aliis quoque similibus iudiciis consensum actualem demonstrat, vt probatur in l. is cuius ope. ff. ad l. Iuliam de adulter. in l. j. C. de his, qui latrones vel aliis criminibus reos occultarunt. Textus autem in d. l. j. ff. de recepta.

Hæc

Hæc tamen sanè veniunt in-  
 4 telligenda, quia si quis post  
 delictum commissum, con-  
 sensum ac opem criminoso  
 præbeat, & consiliû, non con-  
 tra ipsam iustitiam, sed uti  
 ipse criminofus per viam iu-  
 6 stitiæ suôque consilio adiu-  
 tus, periculum mortis eua-  
 dat, nullo modo puniendus  
 est, veluti ipsi aduocati, qui  
 ex iudicis assensu postulant  
 pro delinquentibus, secun-  
 dum notata in l. per omnes,  
 C. de defensoribus ciuitatû.  
 facit l. custodias. cum glos. &  
 ibi not. per Bartol. & Ioan.  
 de Imo. ff. de public. iudic. l. si  
 postulauerit. §. questionibus.  
 ff. ad l. Iulianâ de adulter. Hæc  
 opinionem pari ratione con-  
 firmat Innocentius in c. so-  
 let, ext. de senten. excommu-  
 nica. vbi dixit, quòd Aduoca-  
 tus excommunicato, consi-  
 lium præstans, & cum eo hac  
 gratia conuersans, nullam  
 excommunicationis labem  
 sibi ex eo contrahat. Rur-  
 5 sum, si quis post delictum  
 commissum alicui cõsensum  
 præstet, & opẽ ei, qui delictû  
 commisit, ut euadat, per viam  
 gratiæ siue misericordiæ sup-  
 plicando pro eo Principi, non  
 punitur, argumen. l. quidam,  
 ff. de rebus dubiis. l. relegati,  
 & l. diui fratres. ff. de pœnis.  
 Istud tamen fallit in crimi-  
 ne læsæ Maiestatis: quia sup-

plicans pro iis, qui in crimen  
 læsæ Maiestatis inciderunt,  
 efficitur infamis, pœnâque  
 perpetuæ infamiæ notatur,  
 l. quisquis. §. denique. C. ad l.  
 Iul. Maiestat. Postremò post  
 delictum commissum, præ-  
 stans cõsensum & opem ali-  
 cui per viam alimoniz, non  
 punitur, eùm etiam post con-  
 demnationem sit alimenta-  
 rio permiffa. l. legatum. ff. de  
 cap. diminut. Probatur in l.  
 iiii. ff. de iis, quæ pro non  
 scrip. haben. Itaque per præ-  
 dicta nunc constat abundè  
 satisfactum esse huic com-  
 muni quæstioni: vtrum con-  
 sentiens per cooperationem  
 puniatur eadem pœna, qua  
 delinquens d. l. vnica, C. de  
 rapt. virginû. & l. vulgaris, §.  
 penultimo. ff. de furt. Hæc-  
 tenus item enarrata omnia co-  
 piose ac luculenter confir-  
 mat ac probat Bartol. in l. in  
 furti. §. ope. ff. de furt. necnon  
 D. Paulus Grillandus in suo  
 tracta. de pœnis omnifariam  
 coitus, folio lib. meo 223. &  
 nu. 15. 16. 17. 18.

De homicidio per  
 indicia seu  
 signa.

E A P. LXXII.

S V M M A E.

Signis homicidium cõmittitur,  
 cõmonstratioe personæ, com-



*mōstratione via periculose, con  
silio, aut indicis, dolosis, in alicu  
ius necem. & nume. 2. 3. 4.*



- S**IGNIS ferē  
homicidia † cō  
mittūtūr, quo  
ties dolosē ac  
malignē indi  
cant locum vbi later is, qui  
postea occiditur. Aut † si ne  
quiter cōmonstrata via, quē  
piam per locum transiret. cō  
sulāt, vbi ipsi insidias structas  
esse cognorunt, l. item si ob  
stetrix. ibi, quemadmodum  
ff. ad l. Aqu. l. cuiusque, ff. ad  
l. Iuliam Maiest. † Aut si simi  
libus iudiciis alicui cædis oc  
casionem & causam præbue  
rint, l. nihil interest. ff. ad l.  
Cornel. de sicar. Hi enim om  
nes vero homicidio obuin  
cti sunt, eōq; vt ipsi principa  
les homicidæ plectendi.

De homicidio per for  
tilegia.

C A P. LXXIII.  
S V M M A E.

- 1 Sortilegius occidens, vt homici  
da morte mulctatur: & vt sor  
tilegius, igne comburitur.  
2 Sortilegius impediens conceptū,  
vel partū, incendio absumitur.



QVIS QVIS ali  
quē sortilegius  
occiderit, † aut  
incantationi  
bus, is ignis cō

flagratione consumēdus est:

illius enim homicidium non  
simplex est, quoniam homici  
dium præterea sortilegio cō  
maculauit, cuius gratia incē  
dio damnatur. Sicut item his  
qui sortilegiis naturalem in  
viris ac mulieribus generādi  
vim impedit: aut efficit ne  
mulier concipere possit: aut  
grauida parere: aut lac nutri  
cis desiccat: aut quouis alio  
modo sortilegia ac maleficia  
sive in corpore per cibum vel  
potum, siue extra corpus cōfi  
cit, is vt homicida tenetur. c.  
si aliquis. & ibi Scribētes ext.  
de homic. l. si quis aliquid. §.  
qui abortionis. & ibi Doct. ff.  
de pœ. l. eorū. C. de malef. &  
mathe. Illius etiam meminit  
explanatiūs Do. Paulus Gril.  
in suo insigni ac laboriosissi  
mo tract. de Sortilegiis in ij.  
iij. atque xj. quæstionibus.

De homicidio per ve  
nenum.

C A P. LXXIII.  
S V M M A E.

- 1 Occidens veneno, aut toxico, pu  
nitur & gladio, & confiscatio  
ne honorum.  
2 Atrocius est hominem extingui  
re veneno, quā occidere gladio.  
3 Venenum triplex. & nu. 4. §.  
4 Venenum primum, secundum,  
& tertium, an & quibus per  
mittatur. & nume. 7.  
5 Letalibus herbis, aut potu ne  
cans, cui panis obnoxius

Venen

- 9 *Veneri faciens abortum fetus viuentis, punitur capitaliter: & fetus nondum viui, punitur extraordinarie. & nume. 10.*
- 11 *Arte factum prius mortuū pro pellens, in laude est, non in crimine.*
- 12 *Mulier sibi abortum faciens fetus viuentis, punitur puto: & fetus nondum vini, extraordinarie. & nu. 13.*
- 14 *Mulier sibi abortionem procurans conducta pecunia, semper punitur capitaliter.*
- 15 *Animatio fetus, quanto tempore fiat in utero materno, varie opiniones.*
- 16 *Attentata abortione frustrata, quomodo punienda.*
- 17 *In maleficiū spectandus euentus, potius quam animus.*
- 18 *Lanionum, & salsamentario-rū maleficia, quomodo puniēda.*
- 19 *In sceleratos laniones & similes acerba inuectio.*



**S** I QVIS alium quem ꝑ occiderit veneno, aut toxico, is ceu proditor habetur, test Bald. in l. nemo clericus. C. de summa Trinit. & fide catho. ideòq; gladij animaduersione punitur. cū confiscatione bonorum. l. j. & iij. ff. ad le. Cor. de scar. & venefi. Imò inquit Imperator in l. j. C. de malef. & mathe. Plus ꝑ est hominē extinguere veneno, quam occidere gladio.

d. l. iij. in prin. Eidem quoque crimini sese inuoluit, quisquis presentaneū tale venenum conficit, emit, vedit, siue parū, siue multum, aut domi seruat, aut sciēs, volēsq; pro necando aliquo custodit: etiā si eo veneno nūquam vtatur, nec ad effectum probauerit, nec eò vllus vnquam peremptus fuerit. l. j. & iij. Hic tamen te scire ꝑ velim amice Lector, tria esse venenorū genera, quorum meminit text. in d. l. iij. Nempē venenum, quod ex sui natura quidā malum est: sed aliis substantiis admistum, bonum fit & salubre. Aliud ꝑ se nociuū est, ac nociuū permanet. ꝑ Aliud, malitiosē, ad perimendum, cōfectum est. l. eiusdem. ff. ad l. Cor. de scar. ibi & Bar. tractante de medicamentis ac triplici veneno. Primū per-mittitur ꝑ medicis, chirurgis, pharmacopolis, veterariis seu equorū medicis (quos nūc vulgus marescalcos appellat) atq; id genus similibus, vt eo vtantur, vt in valetudinariis, atque affectis præbeant, vt id emant, vendant aut simplex aut mistum, sicuti ipsis visum est, l. quod sepe. §. veneni. ff. de cōtrah. emp. aut vedit. Sed in hoc genere pharmacopōlis diligēter videndū est, quibus hoc venenū dent aut vdedant: & cuius rei vsui emptor sibi



- coëmat, atq; diligēter memoria, siue potius literis fidis memoria custodibus, mādēt, si forsan apud eos isthac de re facienda veniret inquisitio: aliās certē tenerētur pœna legis Corneliae de sicca, d. l. iij. §.
- 7 alio. Alia verò duo † venenorū genera, nulli fas est dolosē seruare domi, nec ea emere aut vendere, nec dare cuiquā, aut cōcedere vllō modo sub pœna capitali. l. j. §. prēterea. & l. iij. ff. ad l. Cor. de sicar. & in d. l. quod saepe, §. veneri. ff. de cōtrah. emp. & vend. Simili ratione cum superiori. quis
- 8 quis † aliquē letali potione, aut edulis herbaceis ex venenosis confectis herbis, cicuta, salmandra, aconito, pintuocarpa, bobustro, mandragora, cantharida malignē perimit: tam est in noxa, eadēmq; pœna multādus, ac si veneno sustulisset hominem, d. l. iij. §.
- 9 alio. Adhuc † quisquis noxia potione, aut huiuscemodi veneno mulieri procurat abortum, is capitaliter puniendus est, si quidem fœtum in vtero vixisse constiterit. l. j. ff. ad l. Pompe. de parricid. & melius in l. pen. ff. ad l. Cor. de sicar. l. j. in prin. ff. eod. titu. glos. in verb. exilium. in l. diuus. ff. de extraor. crimi. De his abundē D. Paul. Grillan. in suo tract. de Sortilegiis. q. xij. & xij.
- 10 Sin fœtum † nondum conce-
- pisse vitam certum est, haud tam enormis est noxa: alia ratio pœna extraordinaria, reiectione, exilio, vel simili ad arbitrium Iudicis, secundum qualitatem facti, & personarum conditionē, is proferibēdus est, l. si quis aliquid, §. qui abortiones. ff. de pœn. l. Diuus. ff. de extraor. crim. l. Cicero. §. fin. & l. si pręgnantem. ff. de pœnis. & l. si mulierem visceribus. ff. ad l. Cor. de sicar. Et hanc distinctionē inter partum animatū & inanimatū, facit text. in c. Moyses. xxxij. q. ij. & in cap. sicut ex literarum, de homicidio.
- 11 in antiq. At si quis † fœtus in vtero prius emortui arte medica eiectionem curauerit, in laude is est, nedum culpa vacat, si de ea morte certō cōstitit. Mulier † verò quępiam, que technis dolosis sibiipsi fœtus viuentis abortionē facit, ea quoque similiter vt antē de iure scripto, & ex recepta consuetudine, putei suffocatione, damnanda est. Si verò † fœtum talis mulierculę sibiipsi poculum prębentis, nondum vixisse certū fuerat, ea exilio item releganda, aut certē alia pœna extraordinaria multāda, l. Diuus. l. Cicero. §. final. l. si pręgnantem, & l. si mulierem visceribus, supra crebrō memoratis. Veruntamen si isthac mulier

itet impregmata ante foetus  
 animationem, vllam ab ali-  
 quo excepiſſet pecuniam, vt  
 præmaturè foetū illum em-  
 brionis nondum animari per  
 noxia quæpiam, aut per me-  
 dicamenta corruptum eiice-  
 ret: ea non ſolū, vt prior,  
 exilio, ſed grauius multò pu-  
 nienda eſſet, nempe pœna  
 capitis, citra vllam diſtinctio-  
 nem, an vixiſſet partus, an ve-  
 rò minimè: idque propter de-  
 teſtabilem illam pecuniæ re-  
 ceptæ turpitudinem, quam  
 Aſſaſiniam vocant, l. Cice-  
 ro, in princ. ff. de pœnis. Bart.  
 ¶ in d. l. Diuus. Quoniam ¶ verò  
 mota eſt ſuprà illa diſtinctio,  
 de foetu animato & non ani-  
 mato, non ab re facturum  
 me arbitror, ſi quanto tem-  
 pore foetus in vtero materno  
 animaretur, hîc obiter oſten-  
 derem. Secundum igitur quo-  
 rundam doctorū opinionē,  
 foetui vita infunditur trigēſi-  
 mo à conceptione die, aut tri-  
 geſimo quinto ad ſummum.  
 Ita habet dominus Conſilia-  
 tor in ſuis differentiis phyſi-  
 cis differ. xlix. Alij verò aurtu-  
 mant foetum maſculum ani-  
 mari die quadrageſimo: fo-  
 etum autem foeminiū, non  
 niſi octuageſimo die vita do-  
 nari. Ita dicit gloſſ. v. diſtine.  
 in princ. in verb. xl. quā etiā  
 ſequitur Abbas in cap. ſi ali-  
 quis, in ſin. extrā de homici-

dio. In iure tamen ciuili non  
 eſt diſcedendum ab opinione  
 gloſſæ ſingularis in d. l. Di-  
 uus. quam quidē gloſſam ob  
 ſummam autoritatē, ſummè  
 etiam cōmuniter approbant  
 omnes. Bart. tamen ibidem  
 vult maſculum foetum ani-  
 mari vita quadrageſimo die,  
 foeminiū autem die ſexa-  
 geſimo: ea tamē naturalibus  
 diſcutienda relinquit. Atque  
 hætenus de conamine fo-  
 etus expellendi declarata, in-  
 telligas oportet, ſi conatum  
 illum ſecutus fuerit effectus,  
 hoc eſt, ſi mulier partum ab-  
 ortiuerit. Nam ſi conatum  
 ¶ non ſequitur effectus, nec  
 ſumptum noxium poculum  
 operetur effectum: ſed ſi præ-  
 ter ſuam expectationem, &  
 ſpem foetum viuum pepere-  
 rit, qui aliquantulo tempore  
 ſupcuiſerit, ipſa quæ pocu-  
 lum obtulit, aut ea quæ vltro  
 ſumpſerit, punitur quidē, nō  
 tamē capitaliter, teſte D. An-  
 dr. Barb. in ſuis cōſiliis, confi.  
 xxiiij. in ij. vol. Et hodie in  
 ¶ maleficiis potius ſpectatur  
 euentus, quàm ſolus animus  
 delinquētis ſine effectu. & pō-  
 derat textū in d. l. ſi quis ali-  
 quid. §. qui abortionis. in ver.  
 perierit: vt ita imponitur pœ-  
 na vltimi ſupplicij dāti pocu-  
 lū abortionis, ſi perierit par-  
 tus: ſed hoc caſu nō perit pat-  
 tus, ergo &c. Attamē nō im-



punitus euadet quisquis aut sciens tradidit, aut sciens sumpsit: poterit enim relegari, per ea quæ habentur in dicta l. si quis aliquid, §. qui abortiois, ff. de pœnis. Quem otium nactus, perlegere poteris. Porro laniones, † salsa mētarij ac œnopôlæ: qui corruptas carnes, putridosq; pisces, ac scientes noxia infectaque vina, siue infectas lagenas largiuntur aut vëndunt, vnde violenta alicuius mors sit exorta, iure puniēdi sunt, vt veri homicidæ. Quod vti-  
 19 nam tam ipsis esset persuasissimum, quàm in iure ac ratione est certissimū, cautius putro ac syncerius nobis suos pœdiores, malaque venderēt, nōsque feliciter concessam vitam ageremus. Sed (quod nō sine summo mœrore commorare possum) tanta passim permittitur his in rebus libertas, vt si ita in suis maleficiis pœgere sinantur, nec necessario remedio per Senatū occursum fuerit, plures tandē (metuo) quàm ipsi carnifices sustulerint. Vnde quæso tam crebræ pestes? vnde tot tormina? tot dysenteria? Vnde hæ chiragræ, podagræ? atq; sexcēta millia penē morborum genera? nisi ex corruptis obloniis, ex putidis piscibus, vermiculosis atque infectis carnibus, atq; vitiatis vi-

nis, sulphure, calce, vt peiora nō memorem. Quibus nō fat est, quod falis mercibus aut obsoniis manifestum furtum cōmittant, nisi etiā suis vitiosis admistis nos miserē excarnificēt, ac mille morbis morte durissima grauioribus infeliciter exagitent. Quocirca optarim omnibus votis Iustitiam hic oculatiorē, ac Senatū tēporibus huic inualescētī malo adferre remediū. In summa, quisquis malitiosē alteri adimit vitā, quocunq; modo, ac forma id fiat, is damnandus est ad formas prædictas, l. j. §. præterea, & l. in lege Cornelia dolus, ff. ad leg. Corn. de sic. Atq; itē omnes cooperarij, coadiutores, qui ipsis homicidis sciētēs volentesq; sua solatia, fauorem, ac opē suā cōtulerunt, l. iij. §. cuiusve opera, ff. ad l. Iul. Maie. l. si pignore, §. cum furci, ver. qui ferramenta, ff. de furt. l. j. ff. de recepta. quorū vtcunque meminimus capitibus præcedentibus. Possent ditissimæ huic materiæ plura sanē vtilia adiungi: verū ne immo dica prolixitate vos detineam, ea præterire volui.

### De inspectione occisi.

CAP. LXXV.

SVMMAE.

1 Inspectionis occisi forma.

2 Vulneratus tantum propria imperi-

peritia, culpa, vel incuria, medicorum, vel chirurgorū moriens, non grauat vulnerantem crimine homicidij.

3 Inspeccionis ratio & forma apud Brugenses.

4 Relatio Burgimagni ad senatum post inspeccionem.

5 Forma querelæ Consulis cõmunitalis, corā Senatu per scribā.

6 Homicidā oportet ante tertiuū diē sese per amicos de facto prodere.

7 Forme absentes homicidas pro scribendi, ex consuetudine Bruggensium.



**D**RÆSENS capit de interfecti inspeccionem iam iam præcedentibus capiti bus subiungere non inutile fuerit, vt in prædictis casibus æqua consideratio atque cognitio talium læsionum, & vulnerum causa, ante sepulturā certò iudici constare posset: neve interfecti minus certæ cognitionis in isthac interfectione desideretur. Prætor tigitur, seu ipsius vicarius, vnā cū duobus scabinis, cum scriba iudicij, cum vno alteroq; chirurgo, & medico (si haberi possint) ante inspeccionem quidem ad hoc iuratis, eundem illū cæsum, mortuūq; priusquam sepeliatur, diligenter inspiciant, & si sepultus fuerit, effossum cadauer accuratè cõsiderent, & omnia

accepta ipsius vulnera, verbera, ictus, & iactus, iuxta cornpertam notitiam, & veritatem, summa cum diligentia notari consignarique curent, quod ita fieri voluit Barto. in l. damni, §. Sabini, ff. de damno infecto. vt describantur tempus, locūque vulneris. Summa item cum obseruatione notanda sunt vulnera mortalia, & non mortalia. Barto. in l. fina. ff. de quæstionib. Ang. in l. si in rixa, ff. ad l.

2 Cornel. de sicar. Nam si per negligentiam, & incuriam propriam, aut imperitiam medicorum ac chirurgorum vulnus fortè mortale fiat, vulnerans tunc teneretur de vulnere tantum, nequaquam de occiso, l. qui occidit, §. fin. & l. si ex plagis, ff. ad l. Aquil. c. significasti, de homicidio. Barto. in tract. de percussionibus, versic. quid si est percussus nō mortiferè, & c. Bal. consilio cxxvj. proponitur. ij. parte. Nisi sit vulnus illatum in homine non sano: bonus tex. in l. qua actione, §. fed et si quis seruum ægrotū, ff. ad l. Aquil. Vel nisi coniunctio, ac vulnerum non mortaliū pluralitas, mortem coniunctim induceret. Bart. in d. l. si in rixa, ff. ad l. Cornel. de sicar. Vel de occiso non tenebitur, si vulnerati vulnus sua negligentia siue culpa propria



efficiatur mortale, veluti si non sinat se curari: vel si cum vxore, aut alia muliere cōcubuit: Vel si medicorum aut chirurgorum præceptis parè re neglexerit, aut planè noluerit, non abstinendo à potu cibòq; veritis vulneriq; suo contrarij. Huic seruit quæstio cccxxij. minimè incelebris, ij. parte decisionum aurearum quæstionum insigniū D. Nicolai Boërij, viri inter iuris interpretes maximi nominis: quæ habet multa insignia de vulnere, & inter alia vulnus mortale quale dicatur, & quando mors ex vulnere vel aliunde probetur subsecuta: & quæ sint partes in humano corpore letalibus vulneribus obnoxia, quæ verò minimè: deinde an iudicio medicorum aut chirurgorū in hac inspectione standum fuerit: quam quidè D. Nicolai quæstionem introspectendam nequaquam dissuadeo. Cuius gratia vnum exemplū proferam vbiuis locorum vsitatissimum, potissimum autem in inclyto Brugenſi oppido, vbi hic mos, & consuetudo receptissima † inoleuit:

3 vt quoties denuntiatus fuerit quispiam interemptus, ad cadauer occisi illi cō properet Prætor, vel suus vicarius cum duobus senatoribus seu scabinis, cum scriba, & vno atq;

altero chirurgo iurato: quò quum ventum fuerit, diligentem occisi inspectionem habent, ita vt interrogent cæsi qualitatem, conditionem, & exercitationem, nomen, cognationem, affinitatē & similia: cui notus, cur, & quomodo ea cædes commissã sit. Ideòq; notent locum, vbi primò occisum reppererūt, notēt omnia vulnera letalia, & nō letalia, & loca vulneribus affecta. Notēt diem, tempus, & horam, quando occisus, quãdo ira à Senatoribus seu scabinis repertus, notent instrumeta, notent postremò per quem ea cædes commissã habeatur. Ea autem omnia scriba, hac aut simili forma verborum breuissimè cōplectetur: Anno 1550. sexto Iulij, hora iij. à prandio, inspectus est Ioannes Lupus F. Petri, maritus Annæ Vulpis, faber murarius Gandēsis, iacēs interfectus Brugis in platea lapidea ante cœnopoliū Cerui, vno aut pluribus vulneribus affectus, quorū vnum (quod per se letale fuerat) inflictum fuit in capite, alterum per se etiã letale in pectore, reliqua verò eo, atq; eo loco, nō tamè letalia. Quæ omnia inflixisse ferebāt Petrū Simonis F. Pauli aurigã Brucellensem, gladio, aut hasta, anno & die supra scriptis, hora x. ante prandium,

diū, qua hora ē viuis excessit.  
Acta est hæc inspectio anno,  
die, & hora, vt antè, præsentibus dominis M. Iodoco Castellano, & Hérico Stratio Senatoribus seu scabinis, vnà cum Pratore, vel ipsius vicario, vel satellite. Huius autem inspectionis nota inscribenda est re  
4 gistro. Porrò quoniam Burgimagister cōmunitatis, verè caput est totius reip. sibi illatū meritò putat quicquid vlli suarum partiuū illatū fuerit. Quocirca in florētissimis nostris Brugis, vbi æquissimè atq; omnium optimè politica singula cōstituta sunt, hæc cōsuetudo post dictā inspectionem perpetuò seruetur, vt dictus Burgimagister cōmunitatis ob illā partis suæ iniuriā & læsionem, ante finē tertij diei, querelā suam referat ad collegium senatoriuū (si quidē id cōuenerit) aut coram duobus eiusdē collegij magistratibus, per D. scribam ad hanc formam pronuntiamdam.

5 Forma † querelæ per D. Consulem cōmunitatis ex relatiōe scribæ



**A**QUISISSIMUS D. Cōsul cōmunitatis Brugensis, Petrus Tutor, grauiter conqueritur de Petro

Simonis F. Pauli, auriga Bruxellēsi, homicida nefario, qui Io. Lup. F. Petri maritū Anna Vulpis, & fabriū murariū Cādēsem grauissimè vulnerauit gladio, hasta, & c. in capite, in pectore, & c. ex quibus illatis vulneribus hic Ioā. Lup. ē viuis excessit. Cōtingit autē hoc homicidium Brugis in platea lapidea ante cœnopoliū Cerni, anno 1550, sexto Iulij hora decima ante prādū. Cuius querelā C. C. sul deponit ante finē tertij diei ab inspectiōe facta, nepe nouo Iulij, anno vt supra, corā vobis dominis in collegio senatorio huius cini. B. n.

Si autē Burgimagister cōmunitatis per absentia hanc querelā referre non poterit, idē scriba eandem relationem faciet ex nomine alterius sequētis consiliarij, aut ipsius sequētis vicarij, hoc modo:

D. Mathæus Viues legitimus vicari⁹ ac locū tenēs Domini Petri Tutoris, ob ipsius absentia grauiter conqueritur & c. vt ante.



- 6 Cæterum non abs re hic diligentissimè obseruandum hoc receptissimum apud Brugas nostras statutū, quo sancitū est, vt ipse homicida debeat ante finē tertij diei sese de homicidio per ipsum perpetrato corā senatu accusando notificare idque per duos eiusdē ciuitatis ciues, quibus homicidæ nomine coram senatu aut duobus senatoribus comparandum fuerit, & eadem homicidæ notificatio ipsius referenda, quam dicent iuramento adstricti habuisse ab ipso homicida in mandatis ad referendum ipsius nomine, qui fatetur sese hoc homicidium commisisse tali loco, tempore, & instrumento, ita vt ea confessione hoc factum sibi tantum ascribat reliquosque innocuos excuset. Nam si hac accusatione sui, homicida ante diem tertium de commisso homicidio minime se prouideret, ludex homicidium ipsius pro latrocinio habendum censeret, ipseque per absentiam & non comparitionis contumaciam, exilio centum annorum, ac vnus diei Flandria
- 7 Porro si ante tertium diem à comisso homicidio ipsemet corporaliter citatus (nā semper à patrato homicidio per

Consulem communitatis ciuitatis) compareat, & se captiuū offerat pro defensione sua, & expurgatione facienda, semper auditur, & causa ipsius iuridicè peragitur. Si verò corporaliter nō compareat post omnes citationes factas, sed per amicos delatores coram duobus senatoribus sese homicidij alleget ante tertium diem, iuridicè contra eum ab sentem proceditur: isque interim proscribitur tota Flandria, & comitis protectione priuatur, donec ipsius clementiam & remissionem super homicidio impetrauerit. Sin nec corporaliter per se, nec per alios sese magistratui notificauerit, vt dictū est, ipsius homicidium sua culpa, silentio, & significandi negligentia sit latrocinium, ob quod totus eiicitur, & Comitibus benignitate impetranda indignus efficitur.

Cui permissum occidere.

CAP. LXXVI.

S V M M A E.

Occidere quatuor modis permittitur: ob defensionē sui, bonorum suorum, nominis ac famæ, & amicorum suorum.

Inuaso permittitur sui defensio, etiam vsque ad internecionem alterius.

Quot

- 3 Quot sunt necessaria, vt quis sui purgantes.  
defensione legitime prestruxerit 25 Nemo morte condemnandus ob  
4 Inuasorem interimis, defenden- suspitiones.  
di sui gratia, puniendus non est. 26 In tumultuaria pugna, solus  
5 Quando quis in vita discrimi- letalis vulneris auctor capite ple-  
ne constituitur. ctendus.  
6 Quando propria defensio appro- 27 Homicidij coadiutores quomo-  
banda. do puniendi.  
7 An is, qui inuaditur, fugere co- 28 In pugna tumultuaria homici-  
gatur. dij dubia, inceptores puniendi.  
8 Inuaso quando fugiendum. 29 Si duo e populi consuetu pugna  
9 Inuaso quando non fugiendum. rint, bene famati verbis potius  
10 Homicidium tempore medita- credendum.  
tum, negat defensionem sui. 30 Vt bona fama patrocinetur, di-  
11 Homicidium quando non est tem- ligens seruanda cautela.  
pore premeditatum. 31 Qua pena suos homicidas iura  
12 Pauper potensorem prior ador- Canonica afficiant.  
tus, occidens, quando excusabilis. 32 Homicida spirituales, preter de-  
13 In sui defensione modum exce- bitam penam etiam irregulari-  
dens, non excusatur. tatem incurrunt.  
14 In moderata defensione requi- 33 Homicidiorum materia quan-  
runtur factorum paritas, tem- ta difficultas,  
poris equalitas, facti cum defen- 34 Iniqui Iudices, Rei dani omni-  
sione iusta collatio. & nu. 15. 16. bus reparandis obnoxii sunt.  
17 Defensio preuia lesionem arguit 35 Indocti Iudicibus a doctoribus  
18 Prior pugna mouens, prior quo consilium petendum est.
- 19 Utinam causa, quando mo- uenda pugna.  
20 Prior inuasus, ac postea inua- dentem in fuga conuersum occidens, homicidij reus efficitur.  
21 Pugnans prior iterans, inuadens & occidens, reus est homicidij.  
22 In pugna dubia de priori inuafore, uterque ex a quo puniendus.  
23 In pugna dubia, utri adiudicanda defensio sui.  
24 In tumultuaria pugna aliquo dubio occiso, quomodo damnandi



**M**ATERIAM presentem coram iudice, nulli non cōperitissimum esse volo, iuxta sacratissimas leges ciuiles permitti quatuor modis quempiam occidere, nepe, in defensionem sui: alio qui pericuri aut periclitaturi: Ob defensionem bonorum suorum: Nominis ac fame suae defendendae gratia: Postremo, amicorum suorum de vita periclitari



clitatum liberadorum causa.  
 Qui omnes modi pro excusa  
 tione Rei, communi appella  
 tione dicuntur necessaria seu  
 coacta defensio. Hos igitur  
 quatuor modos capitulatim  
 explicare decreuimus. Quis  
 quis itaque (vt à primo modo  
 2 incipiamus) ab altero inuadi  
 tur, huic profecto permittitur  
 sui defensio: adeo vt si alterum  
 ipse in hac defensione inter  
 emerit, crimine apud omnem  
 Iudicem vacabit, & extra dam  
 num erit, l. is qui aggressor.  
 & ibi Bar. Bald. & Hippo. de  
 Marfil. C. ad l. Corn. de sicar.  
 cui concinens est l. scientiam,  
 §. qui cum aliter. ff. ad l. A qui, l.  
 vt vim. ff. de iustit. de iure, l.  
 sed vt partus. §. finali. ff. quod  
 met. cau. s. Clementi. vnica, de  
 homicidio: necnon l. j. C. vn  
 de vi. Verum hic sciendum est,  
 3 † quod qui coactam necessa  
 riamque huiusmodi defensio  
 nem suo facto praestruere vo  
 luerit, is prius inuasionis ab  
 altero certitudinem per arti  
 culos proponat, & probet,  
 oportet. Primum, quod ab illo  
 prius inuasus fuerit: nam si  
 hic prior inuasisset, nulla ha  
 beretur coacta defensio. † De  
 4 inde doceat, oportet articula  
 tim, se in ea inuasionem adeo  
 fuisse in angustia constrictum  
 vt sine summo vitae suae peri  
 culo, imò nec vlllo alio modo  
 potuisset ex ea afflictione ef

fugere, nisi semet defenden  
 do, ac aduersarium cadendo,  
 d. l. is qui aggressorem, & ibi  
 abunde D. Hip. de Mar. & d.  
 l. scientiam. §. qui cum aliter,  
 Ludo. Ro. in suis singularib.  
 singulari 28. incipien. Accusa  
 tus de homicidio. cum addi  
 tionib. ibid. Ad hæc ex no  
 stris legum interpretib. laso  
 nis iurisperitorum nostræ  
 ætatis facile principis comen  
 taria ruminabit in l. vt vim,  
 ff. de iustit. & iure, vbi nullo  
 rum opiniones & sententias  
 non incelebres refert & exa  
 minat, quas (breuitatis gra  
 tia) præterire censuimus, lu  
 ra autem tum præsumunt &  
 censent eum fuisse in extre  
 ma vitæ angustia constrictum,  
 quoties martialibus armis,  
 vt machæis seu gladiis, spa  
 this euaginis, aut similibus  
 armis seu instrumentis comi  
 nus, arctèque assilitur, quorum  
 plurima meminimus c. lxx.  
 de homicidio manuali. Huic  
 consonant scripta præfati D.  
 Hip. in d. l. is qui aggressor,  
 & in l. idem. §. qui armati. ff.  
 de vi & vi arm. & in l. sed est  
 quæcūq; in prin. ff. ad l. A qui.  
 vbi hoc voluit gl. atq; Ange.  
 Aret. in tracta. suo malefic. in  
 ver. Et dictus Titius se defen  
 dendo in ver. Aduertas, quod  
 & c. quem Aretinum plurima  
 conducibilia suo laudabili  
 more citantem consulite. In

hac enim expurgatione Rei, legitimus requiritur ordo: nē pe, vt dicat se passum ingentē terrorē ob illius minas & inuasionē, antē quā se defenderet: necesse est enim talem territationem præcessisse, vt tuā eadem expurgare posses ab immunitate pœnæ: nō tamē requiritur, vt expectes ad uersarium prius eadentē, vt dicit gloss. in l. iij. ver. qui armati, ff. de vi & vi arma. Præstat enim tempori aduersarij assultum præuenire, quā à plaga accepta postea tandē vindicare. l. vnica. C. quan. liceat vnici. sine iudic. se vindica. Vnde dicebat Bar. in l. sed & si quemcunque. ff. ad l. Aquil.

6 Aduersarij visū & terricula-  
menta priora satis probata fuerint, si probare quiueris ipsum districto gladio tibi occurrisse, tēque inuasisse conatū esse: id si fecerit, tūque vicissim illum adortus occideris, probata est tua defensio. Vbi refert Ioā. de Anania in c. si perfodiens, in vlt. colū. extr. de homicid. & illud dictum Bart. refert Barthol. Cēpolla in suo cōsilio xxix. Hic obiter mouenda est non otiosa quæstio: An is quem alius

7 † aggreditur, cedere cogatur & fugere? Quod autem non teneatur fugere, videtur tenere Bald. in l. vt vim, colum. finali. ff. de iustitia &

iure, hac ratione scilicet motus, quod inuadens, ac fugans alium seu terrens, illicitem cōmittit: vnde tenetur actione iniuriarum, l. item apud Labeonem. §. j. ff. de iniuriis. Ergo alter non fugiendo facit licitum. Verūm hæc ipsius Baldi opinio parum tuta est ac Christiana. Quocirca præfata venia, ego ita potius statuendum puto, vt is qui commode aufugere potest, teneatur fugere, ita vt si non aufugiat, homicidium punibile committat: hæc sententia probatur in l. scientiam. §. qui cūm aliter. ff. ad l. Aquil. vbi tūm demum quis impune homicidium facit, quum se defendendo, hominem occidit, si aliter euadere non potuisset. Ad idem text. in clem. vnica, de homicid. vbi ita cōcludunt Zenzelinus & Petrus de Anchar. Huic consentit text. in cap. i. xxij. q. iij. vbi dicitur, Christum profugisse in Aegyptum à facie Herodis, etiam si potuisset se defendere, & occulto instinctu manus Iudaorū in Herodem committere. ita gl. in c. suscepimus. de homicid. Hæc est conclusio Bart. in effectu, in l. vt vim, colum. fina. ff. de iustitia & iure. Ita idem Bartol. Angel. & Salice. in l. j. C. vnde vi, Antonius de Butrio in c. olim. de restit. spoliario.

Abb.



Abb. in c. significasti. ij. de homici. l. in antiq. Alex. de Imo. in consilio cix. col. iij. primo volu. consiliorum. loã. Faber in §. ius autem gentiũ, Instit. de iure natu. gent. & ciui. Ex his dictis inferunt Petrus de Anchar. & Zenzelinus in d. Clementina vnica. de homicidio, quòd † si verisimiliter fugienti immineret fugiendo pericula: n. scilicet cadendi, aut quòd fugiẽs ab aduersario insequẽce posset citius comprehendi, & à tergo accepto vulnere necari, ob velociorem insequẽtis cursum, quem fugiens metuit, tũc volunt iudẽ autores, fugientem in eo casu non debere fugere, quia tum non nisi periculosẽ fugere posset: Alexan. in suis consiliis, consilio cix. numero 8. Idem dicit Zenzelinus, si fuga esset vituperium aggresso allatura: puta, si rusticus aggrediatur militem: 10 tunc miles non tenetur fugere: Ratione hac mouetur Zenzel. quòd hæc æquiparẽtur, non posse absolutẽ recedere: & posse. sed non nisi cũ dedecore recedere, l. in eadẽ, ff. ex quibus caus. maio. vbi dicitur esse in vinculis, qui à loco in quo est, non potest recedere sine dedecore. Nam conseruatio personæ & fame æquiparãtur, l. iusta. ff. de manu. vindi. & honor cuiuslibet

pecuniario commodo præferẽdus est, l. Iulianus, ff. si quis omif. causa testamenti. d. l. vt vim. ff. de iust. & iure, colum. fin. Quòd si tu es Perulinus, famam ac dedecus metuens, ad actum occisionis vsq; procedere potes; quòd summum fit dedecus Perulino magnanimo & generoso, turpiter aduersario inuadenti cedere. Sed ille, cui nulla est gloriæ, nominis, ac honoris ratio (qualis est Florentinus) & commodẽ fugere, potest ne. glecta nominis gloria, certẽ modis omnibus fugere tenetur: & si nõ fugit, punitioem crimen incurrit. Istud autem verum est, quantum ad penã legalem euitandã, non quantum ad irregularitatem, quã quis vitat solum tunc, cum aliter vitare non potest. Ita Petrus de Anchar. in d. Clem. vnica, de homicidio. Tertiò doceat, oportet se eam † eadem commississẽ, nõ post diutina inuasionis interualla, sed illicò & penẽ è vestigio, atque in ipso primo aggressionis furore. Nam si post spatia aliquot, aut interualla temporis id homicidiũ contigisset, vindicta esset estimãda, (quẽ proculdubio prohibita) non defensio, l. nullus. C. de iudæ. & Cœlico. cui cõcordat c. porrò, iuncta gloss. ij. ext. de diuort. l. iij. §. eum. qui

qui. ff. de vi & vi arma. Tum  
 xi † autem intelligendum est  
 illicò seu è vestigio, & sine in-  
 teruallo crimen fieri, quando  
 in aggressu ipso, atque in pu-  
 gna cõtinuatione, cedes ipsa  
 committitur, hoc est, in fla-  
 granti crimine seu animo,  
 priusquàm diuulsi sint, ab in-  
 uicem, & antequàm sedatis  
 animis se ad alia conuerti-  
 rint negotia, vt probatur  
 in l. quod ait lex, §. fin. ff. ad l.  
 lul. de adult. Dicebat tamen  
 notabiliter Ioã. Fab. in §. ius  
 autem gent. versicu. Sed quid  
 dices potens, &c. Institu. de  
 iure na. gent. & ciui. Quòd si  
 præpotens quispiam magno  
 12 † constipatus satellitio, in-  
 terminatus fuerit necem ali-  
 cui pauperi, nullo comitatu  
 munito, quemque forsan de-  
 fidauerit: ideòque pauper  
 hunc diuitem metuens, non  
 ausus expectare ipsius inua-  
 sionem, vt pote conscius sese  
 interemptum iri, si aduersa-  
 rius diues assiliat, cuius po-  
 tentiæ ac multitudini resiste-  
 re nequire ipse impotens, &  
 nullo comitatu armatus: si  
 (inquam) tali loco, & hora à  
 diuite captatis pauper diuitè  
 prior adortus occiderit, non  
 tenebitur homicidij crimine,  
 potissimùm si aliter effu-  
 gere non potuisset, quin aut 14  
 occideret diuitem, aut ipse à  
 diuite occidèdus fuisset. Erat

enim pauper ita semper in  
 periculo mortis, quam diues  
 interminabatur, quã actu ex-  
 plere per se aut per aliũ po-  
 tuisset, si quãdo ipsi libuisset.  
 Itaque tale pauperis homici-  
 diũ cõsèndũ est fieri ob iustã  
 defensionem sui, quòd metu  
 mortis id commiserit, d. l. sed  
 etsi quemcunq; in prin. ff. ad  
 le. Aquil. Odiũ enim & ming  
 potentis, mortis periculũ in-  
 dicat imminere, c. pastoralis,  
 de senten. & re iudica. in Cle-  
 menti. & per hoc videtur se-  
 cundũ eundem, quòd si into-  
 xicet eum in casu præfato, nõ  
 teneatur in cõscientia aut fo-  
 ro iudiciali, quem perlegite,  
 opportunitate nacti. Itaq; vt  
 defensionè dicamus impuni-  
 tam, opus est tẽporis rationè  
 ac necessitatè diligenter ex-  
 pendere. Quartò prober, ne-  
 cesse est, se eã cadẽ admississe  
 omni cũ moderamine, citra  
 omnẽ excessus enormitatẽ.  
 13 Quãdoquidẽ si in facto gra-  
 uiter excessisset, puniendus  
 esset ad arbitriũ seu discretio-  
 nem iudicis: potissimùm si  
 excessum hunc ex deliberato  
 animo & proposito cõmissis-  
 set. Porro moderamen hic in  
 coacta necessariãq; defensionè  
 tribus modis fieri debere  
 intellige. Primò, vt sit facto-  
 rũ paritas, † hoc est defensionis  
 ad offensionè proportio:  
 verbi gratia, Si me quispiam



- inuadat inermis, sed pugnis tantum bellaturus: inermis 19 quoque; me defendam, ac illi pugnis tantum resistam oportet, id est, non est mihi licitum illum percutere gladio, nisi sit ille me multo maior & fortior, vt notat gl. in l. j. C. vnde vi.
- 15 †Secundo, vt temporis seruetur equalitas, hoc est, si subito adortus, me subito item defendam, sicuti ante declaratum est. †Tertio requiritur, ne amplius admittat, quam ea defensio requirebat, aut quam ad defensionem sui opus fuerat: at tamen sane isthac intelligas, velim. Nam si quispiam baculo ab aliquo subito sit inuasus, nec aliud sit in promptu ad defendendum instrumentum, quam gladius, gladio se tueri potest: in qua defensione dicta moderatione non excedit, nec vt excessor puniendus est. Nam armis, scilicet baculo inuasus, armis sese vicissim defenderat. † Hic notandum est, priusquam defensor sese defendere dicatur, oportet prius ullam offensionem, lesionem, aut inuasionem ab altero precessisse. Itaque priusquam se defendere permittatur, oportet offensionem alterius prius expectare: que sit aut armis, aut armorum metu, aut inuasionibus, aut
- 18 simili ex causa. Quisquis tamen primus pugnam mouet, aut inuasionem tentat, is primus etiam offendere dicitur. Sole tamen minax non tam grauem habent offensionem, vt ob eas solas, alterum cadere liceat: nisi certe minitator iamiam sese pararet ad minarum executionem: aut consuetus esset suas minas illico executioni mandare, vt multi autumant, vide Cynum in d. l. j. C. vnde vi. Bal. in l. ad inuidiam, C. quod met. caus. Ang. Are. in §. ius autem gentium, Inst. de iure nat. gen. & ciuili, D. Iasonem in l. vt vim, nu. 14. ff. de iust. & iure. Aliis vero se cum videtur, ob nullas quamlibet atroces minas cuiquam permittit esse alterum cedere. Sunt enim (inquiunt) minax verba tantum: & verba verbis repellas oportet non factis, si tamen ex minis ob moram minato immineret periculum, veluti, si minitator misisset pro subsidiariis, pro adiutorio: aut misisset adferri sua arma; aut expectaret adiutorium, quod fortior minitatum cederet & opprimeret: eo in casu non cogitur minatus minantis inuasionem expectare: sed illi permittitur minaxtem adoriri, sese defendere, & minantis vim praeueterere, si quidem aliter effugere non potuisset. Aliud tamen esset, si me adoriretur quispiam, aut prior caderet, moxque arrepta fuga, sese in pedes profugiendo coniceret: ego vero ipsum fugi

fugientem celeri cursu consequenter, assecutus contuderem, læderem, atq; interficerem: cædis enim & homicidij in eo casu ipse Reus esset: verum nõ imputaretur cædes illa mihi ex dolo, aut malitia facta, quod in ipso furore ab altero excitata cõtingerit, cui non facillè temperari conspicimus. His seruit, quod scribit Bald. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. quæ insequi nec erubuit Ioan. Fab. in d. §. ius autem gentium, Institu. de iur. natu. gent. & ciui. Si aggressus non obseruet inculpatæ tutelæ moderamen, nõ poterit puniri à Iudice tanquam dolosus, sed veluti errans culpæ obnoxius: quia inconsultus calor caret vitio calumniæ, l. j. ff. ad S. C. Turpil. c. si quem, §. notandum. ij. q. iij. Quod refert & sequitur Felinus in c. dilecti filij, de exceptio. Difficillimum enim est iustum temperare dolorem, l. si adulteriũ, cum incestu. §. imperatores, ff. ad leg. Iulianã de adulter. vixque potest vir iustus habere stare in manibus suis, & dare ictus, percussiones, seu verbera cum mensura. Pro quo est text. notabilis in c. fina. de homicidio, li. vj. cuius etiam meminit Cepolla, consilio j. col. iij. homo enim vehementi affectu, dolore, vel tre-

more percitus, raro suę mentis cõpos est, testibus Bald. in c. j. §. j. in fin. de pace iura. fir. Hippo. de Mar. in d. l. is qui aggressorẽ, n. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Si quãdo † duos pugnam, seu rixã cõmittere cõtingerit, qui aut sponte, aut intercessione aliorum ab iniuicem diuulsi, aliquandiu fuerunt diuulsi, & vtrunque (si ita fari liceat) frige facti seu pacati: postea verò iracundia perciti, alter alterum inuadat, lædat, aut interimat, is profectò adoriens, lædẽs, aut occidens in crimine est lętionis aut homicidij, ob interuallum temporis. Quoties in seditione, † pugna, seu rixa, alter alterum grauius ceciderit & læserit, atque vterque cõstanter affirmat, se alterum cecidisse inuasum, & non nisi ad defensionẽ sui, ita vt ex alterutrius mendacijs veritas constare non possit, vter alterum prior inuaserit, eo in casu vterq; ex æquo puniendus est: quandoquidẽ Iudici de corporali defensione necessaria certò cõstare non potest. Quod † si duo repertiãtur atrociter vulnerati, & nõ appareat, vter eorũ fecerit ad defensionẽ: tum oritur dubiũ, vter ipsorũ ad sui defensionem fecisse iudicãdus sit. Ad quod responderi vber. de Vrbi. quod ille qui fortius est



vulneratus, præsumitur inchoasse, & alius ad defensionem fecisse, arg. l. scientiam, §. cum strameta. ff. ad l. Aquil. Albericus autem in l. vt vim. ff. de iustj. & iur. iij. colum. dicit posse distinguui: Vter eorum esset magis rixosus: vt ille præsumatur incepisse, & alius ad defensionem fecisse: Nam consuetudo rixosi atque dicitur, l. vel vniuersorum. ff. de pigno. actio. l. qui semisses. ff. de vsur. facit l. fin. ff. de actio. & obligat, vbi variè ex personis hominum iura consti.

24 tuunt, Quando † in multorum tumultuaria pugna, seu conflictu, quispiam è numero multis affectus vulneribus occiditur, quorum quidem vulnere vnum tantum letale est, neque certò sciri potest, quis omnium id ipsum infixerit; nemo certè ex toto numero puniendus est, vt homicidij Reus; sed omnes quotquot pugnarunt, simul puniendi sunt de læsione, nõ amplius quàm ciuilitè, aut arbitrariè ad reparationem seu emendam pecuniariam, ad discretionem iudicis, tanquàm adiutores, auxiliatores, ac complices. Ita tenet gloss. in l. item Mela. §. sed & si seruum plures. verb. sed si. ff. ad le. Aquil. Præclare Vlpianus l. C. in vulgata l. absentem, ff. de pœnis, ita sustinet

expressè Bart. in l. qua actio. ne. §. si plures. ff. ad le. Aquil. Eiusdem opinionis ac sententiæ est Philippus Decius in regula, Favorabiliores. numer. 6. ff. de reg. iur. nec ab similibus sententiæ legitur D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo in loco à ciuilibus ad criminalia ad fin. ij. colum. in suo Topicorum lib. quia melius est nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, d. l. absentem. & illud dictum sequitur Specu. in titul. de homicidio. §. j. versic. Pone quòd quatuor homines, Ioann. de Anania, in cap. significasti. in xij. colum. extr. de homicid. vide ibi eum. Ratio est, quòd iudici constare non potest, quis vulnus letale infixerit, atque in criminalibus causis oportet probationes luce esse clariore, l. qui sententiam. C. de pœn. & trita l. sciant cuncti, C. de probat. Vnde teste Bald. ibidem inferente, in maleficiis probandis, lex requirit claritatem probationis in quadam excellentia, hoc est, amplius, quàm in causis ciuilibus. Itaque si ageretur contra omnes percussores criminaliter, nemo eorum posset condènari vel capitaliter puniri, sed omnes deberent absolui ob prædicta. Et sic alia est ratio, cum agitur ciuilitè, & alia, cum agitur

agitur criminaliter: de quo vide plenissimè Gandinū in tit. de homicidiariis, in versu. <sup>27</sup> Pone quaestionem, quam ego multoties vidi de facto cōtingere. ac per Salic. in l. quoniā multa facinora. C. ad le. lul. de vi publ. vel priua. & per Petrum de Ancha. in cōsilio suo cccxvj. inci. in Christi & c. nos Bartholomæus de Saliceto, & c. & per Alex. de Imo. in cōsilio xv. primi voluminis, incip. Redemptorem & c. visō processu inquisitionis, & c. & per Feli. in c. ij. de homicid. at quē in locis per eos commemoratis, quos isthic de hac re plura disputantes videte. In criminalibus, nec debemus vti mendicatis suffragiis, l. singuli. C. de accusat. & pœna non debet egredi vltra quā reperiat delictum esse commissum, l. sancimus C. de pœnis, & principaliter per l. si in rixa, vbi dicitur: ictus vniuscuiusque contemplari oportet. † Nec quispiam condemnādus est morte ex p̄sumptionibus. d. l. absentem, iuncta glos. in verb. damnari, al. <sup>28</sup> legante multas concordatias 26 ff. de pœnis. Verūm † si cōstaret ac appareret de letalis vulneris autore, seu inflicto, is solus nimirum gladio veluti homicida ad mortē iure puniretur, l. itē Mela. §. sed si seruum plures percusserint. & l.

huic scripturæ. §. si seruus vulneratus. ff. ad le. Aquil. C. tēriti autem tantūm de læsionibus: nisi isthęc pugna tumultuaria, atq; huiusmodi conflictus contigisset data opora, studio, & ex deliberato animo omnium simul ad aliquem occidendū: ita vt omnes simul coniunctis animis, sese aliquē conferrent, vt aliquē occiderent; ac postea conclamatū esset in eo conflictu: Interficite, interficite. Nam in hoc casu, omnes esse eius homicidij culpabiles, indubitatū iuris est. Bartol. in d. l. qua actione. §. si plures: nec dissimile nor. per Cyn. in d. l. quoniam multa facinora. atque Bartol. in l. si in rixa, iuncta gloss. in verb. vniuscuiusque. ad si. ff. ad le. Cornel. de sicar. & D. Hippol. de Marfil. in suis consiliis, conf. lxxvij. num. 46. & Gandi. in tract. maleficiorum sub rub. de homicidiariis & eorum pœnis. iij. colū. versic. Pone quaestionem, quam ego multoties vidi de facto contingere, Circa <sup>28</sup> medium. Sunt † his in casibus qui contendant in huiusmodi conflictibus tumultuariis, in quibus nescitur quis ferietium letaliter vulnerauerit, eos primò esse capitaliter puniendos, quos primos cōstat fuisse inceptores, qui que primi pugnam inuasionē ince-



prarunt, deinde reliquos omnes tanquam coadiutores, ne tam dira mors inulta remaneret. Alij tamen contrariā sententiam sustinet, ex causā prius enarrata. Quod  
 29 tiest duo inter se pugna con  
 fictātur seorsum, ac semoti ab omnibus testibus, nempe nemine vidente, quorum alter incontaminatā est famā, alter verò minimē bene famatus autem dicat, quicquid actum est, id à se factum esse ob necessariam defensionem sui: quod aliter docere nequit, nisi suo iuramēto, quod pro veritatis certitudine præstare offert: profectò iuramentum hoc ipsius bene famati acceptabile est Iudici, cuius gratia, & illibati nominis causā, à Iudice absoluetur in demnis. Aequum enim est, vt  
 30 boni nominis sinceritas, bono sit patrociniō: & vt nigri nominis macula, famosi sit detrimento. Vnde caueat sibi vnusquisq; ab infamia, quaratq; bonam famā: quia teste Bald. in l. vnica. C. de confess. bona fama, quā multi populi amant, est thesaurus hominis inæstimabilis & iucūdus, & sicut lilium, dat suauitatē odoris. Infamis enim: non solum in eo, in quo est infamatus, sed etiam in aliis grauatur, cap. de fteat peccator, ext. de regu. iur. not. in l. ij. C. qui

testa. face. poss. Sed hic diligenter imò prudenter Iudici consideranda est vtriusq; per sonæ conditio, cum omnibus circumstantiis, & pertinentiis, ne sit iniquus personarum acceptor: atque tandem his omnibus ritē consideratis, exequatur quod iustum est. Atque ita hactenus de homicidij materia, & de homicidarū punitione iuxta iura ciuilia. Prius tamen, quā hanc materiam planē deseramus, paucissimis discutiedam assumpsimus quæstiunculam huic materiæ minimē extraneam: nempe, quæ pœna homicida ex iure canonico puniendus sit? Ad quā quidem quæstionem paucis respondendum fuerit: quòd quoties talis homicida à Curia spiritali comprehensus fuerit, & legitimē conuictus, damnādus est illic, vt detruatur in actum monasteriū ad agendam pœnitentiam. text. est in cap. tuæ, de pœnis, in antiquis: vel vt cōiiciatur in perpetuum vel temporalem carcerem pro qualitate personæ, & delicti, & (vt textus habet) eius excessu, & persona, ceterisq; circumstantiis prouida deliberatione pensatis: vt in ea carceris angustia constitutus, pane doloris vescatur, & aquam bibat tristitiæ, cap. quamuis, de pœn

pœnit. in vj. & si post hæc mo-  
 33 nitis non resipiscat, declara-  
 bitur incorrigibilis, cap. no-  
 uimus, de verbo. signific. cap.  
 cum non ab homine, de iudi-  
 ciis. & vt in illis textibus di-  
 citur, tradetur Curie seculari:  
 hac ratione plerunque puni-  
 untur homicidæ per Curiam  
 spirituales. Præter  
 32 † quam tamen punitionem  
 etiam remanet crimen irre-  
 gularitatis, quod ipso facto  
 prius incurrerant: ob quod  
 inhabiles sunt ad quæuis mu-  
 nia ecclesiastica peragenda,  
 etiam si pœnitentiam iniun-  
 ctam plenè peregerint, vt te-  
 net glossa in cap. fin. de tem-  
 porib. ordinat. Vnde Domi-  
 nus dixit Dauid Prophetæ  
 post pœnitentiam, Non ædi-  
 ficabis mihi templum, quia  
 vir sanguinû es, cap. Si quis  
 omnem. j. quæst. vij. Parilip.  
 xxvii. Ex hætenus in hoc ca-  
 pite pie Lector enumeratis,  
 manifestò cernis negotij hu-  
 ius difficultatem ac perplexi-  
 tatem in iudicando, quàmque  
 temerè multi imperiti & ar-  
 rogantes Iudices, indocti ta-  
 mē, in homicidij materia ini-  
 quas cēsuras ferant, minimè  
 personarum, rerum ac deli-  
 ctorum circumstantias expen-  
 dentes: sed illicò ex causa ap-  
 parente, citra caterorum ob-  
 seruationem, sese ad senten-  
 tiæ promulgationem accin-

gentes. Quocirca † vt in hoc  
 negotio, multo omnium dif-  
 ficillimo, & matura consulta-  
 tione maxime indigētē, à ru-  
 dioribus iudicibus minus peccare  
 caretur, suaferim vt à iurisperi-  
 titis, aliisque in locis consili-  
 um capiant: nec ipsi sibi  
 singulares aut proprias nul-  
 lius legitimæ rationis regula-  
 seu constitutiones in his  
 decernendis statuant iuri ad-  
 uersantes, veluti nonnun-  
 quā in publicis iudiciis stulti-  
 tissimè, imò perniciosissimè  
 hucusque factum esse conspe-  
 ximus. Magna enim & insi-  
 gnis stultitia committitur,  
 quum Iudices discrimina di-  
 stinctionesque cuiuslibet causæ  
 non animaduertunt, audiunt,  
 vel expendunt: atque ob hoc  
 plurimum ab æquitate iustitiæ  
 aberrant, & aliis grauem inde  
 iniuriam inferunt: gratia cuius  
 ipsimet Reus & obnoxij sanguinis  
 illorum constituuntur. Aliàs vero  
 vsuuenit ex hoc errore, vt  
 Prætor ac iudices malefactoribus  
 faueant, eoque ius & causam  
 diutius protrahant ac differant,  
 manifestos quidem facinorosos,  
 hoc modo iniquè liberantes,  
 quum tamen ipsi nimium  
 simplices, ac iustitiæ rudes  
 arbitrentur sese hac liberatione  
 bellè pièque suo perfunctos  
 esse officio, si malefici-



- cos hac protractione à supplicio redimant, ac liberent.
- 34 At si isti contra sciant, se in hoc grauius peccare atq; delinquere, vt qui certissimè ob hanc liberationem deuincti sint actoribus siue accusatoribus ad damni restitutionem. Quàdoquidè Prætor omnis, & Iudex ob iuramenti sacramentum præstitum, & ob animæ suæ salutem, tenetur pro virili sua æquè iusteq; iudicare. Et si quæ res causaq; esset fortè suo ingenio prudètiãve maior aut sublimior, à iure peritis consiliũ requirant. In arduis enim, & grauibus causis, qualis certè homicidium est (quo non minus priuata persona effusione sanguinis quàm Resp. læditur) summa cautela, & diligenti prudentia opus est.

## De inuasionẽ.

CAP. LXXVII.

S V M M A E.

- 1 Inuadere quid sit.
- 2 Inuasionis iniuria, quomodo puniendã.
- 3 Inuadens armis (etiã citra usum) multam statuti incurrit.
- 4 Arma gestans veitã, & armis alterum inuadens, & armis alterum vulnerans, grauisissima tantum multa damnandus.
- 5 Vno verberare plura insultans
- 6 Inuadere in domo, & in domus vestibulo: Et petere aliquè gladio in domo, & præ foribus, crimine sunt paria. & nu. 7.
- 8 Qui aliquem aut ledendum, aut interimendum vi retinet, eodem crimine cum ledente, aut interimente inuoluitur.
- 9 In homicidio ex multorum vulneratione orta, singuli contra famam sibi aduersam in probationibus audiendi sunt.
- 10 Certa probatio homicidij, & nõ homicidij fieri debet per medicos & Chirurges peritos.
- 11 Medicina ars est lögè certissima.
- 12 Medicine regulis fidant vel sacri canones.
- 13 Medici & Chirurgi in probatione letalitatũ vel non letalitatũ à quibus eligendi sunt.
- 14 Vni medico, vel chirurgo, in probatione non semper fidendum.
- 15 In censuris nullum adhibere mendicium, & quemlibet, & imperitum adhibere paria sunt.
- 16 Quãdo vni medico aut chirurgo credendum.
- 17 Medicis aut testibus ratione probantibus potius credendũ, quàm alijs ratione nil probantibus.
- 18 Qui alterum inuaserit, aut letali vulnere conflexerit (etiã si lesus semel è lecto ægritudinis leuatus plateatim inambulauerit) tenetur crimine homicidij, non lesionis.
- 19 Letaliter vulneratus, & moriens

- uens vel sua negligentia, malo regimine, concubitu venereo, larga potatione, mala custodia, medicorum aut chirurgorum inobedientia, noxio cibo, aut potu, sui ipsius homicida est, & vulneratorem ab homicidij crimine liberat.
20. Sese interimit, qui medicorum precepta negligit.
21. Vulnerum que letalia, & que non letalia.
22. Medicorum laus à certitudine, & necessitate.
23. Moriens imperitia medicorum aut Chirurgorū vulneratorē, non mortis, sed lesionis tantum reum efficit.
24. Euentus mortis nunquam imputandus docto, diligenti que medico, aut chirurgo.
25. Medicus etiam doctus, studio ac negligentia mortis causam præbens, morti itē sit obnoxius.
26. Pharmacopole indiligētes, stupidaque medicamina, cōtra præscripta medicorū, pro efficacibus præbētes, quorū causa egrotus moritur, morti sunt obnoxij.
27. Medicorum quinque qualitates necessarie.
28. Medici, & Chirurgi peccantes lata culpa, puniendi arbitrariē.
29. Multis vnū adorientibus, singuli statuti violati rei constituuntur.
30. Vnus plures inuadens, vna que que mūlta damnabitur.
31. Vno tempore simul multa com-
- mittens, gravioris peccati mūlta damnabitur. & numero 33. & 34.
32. Diuersis verò temporibus interceptis plura delicta committens, plurimarum etiam mūlctarum reus efficitur. & nu. 35.
36. Criminales pœnas homicidij, quidā volunt posse conuerti in pœnas ciuiles, sed perniciosē.
37. Contra plura distincta peccans statuta, plurium item statutorū mūlctam incurrit.
38. In statutis nihil commutandū, que ad literā intelligēda sunt.
39. Qui aliquem vulnerauerit, lesionis mūlta damnabitur: quō verò eundem occiderit, is homicidij crimine tenebitur.
40. Infirmum vulnerans etiam nō letaliter, homicidij (si moriatur) sit obnoxius.



**N**VADERE nihil t̄ aliud est, quā irato animo quēpiam adoriri: hoc modo, si te quispiam adoriatur inermis sine vllō corporis tui contactu, is profecto tibi iniuriā intulit. Sive, o te contigerit citra omnem læsionem, grauiorem iniuriam dedit, l. j. §. iniuriam autem, ff. de iniur. eoque puniendus is t̄ est per ludicem, iuxta qualitatem facti, & personæ, l. atrocem, & ibi Salice. C. de iniur. quorum forsitan



per otium insequentibus ca-  
 pitum meminerimus. Si sta-  
 tutum esset, vt quisquis alte-  
 rum inuaderet armis, in mul-  
 ctam incurreret decem lib.  
 3 Parisiensium: Deinde † si te  
 quispiam adoriretur accin-  
 ctus gladio, is haud dubiè in  
 statuta multam decem lib.  
 Parisi. incidit, etiam si gla-  
 dium non exemerit. Armis  
 enim facta fuit illa inuasio:  
 ad quam probandam suffi-  
 cit eum armis fuisse in inua-  
 sione munitum, & accinctū,  
 nec requiritur ipsa euagina-  
 tio, aut armorum violenta il-  
 latio: quandoquidem is inua-  
 sorita armis paratissimis  
 instructus, multò est se iner-  
 mi audacior, & violentior, &  
 inuasum reddit multò etiam  
 timidior: quocirca cen-  
 sant Doct. eum ceu violentum  
 inuasorè etiam esse puniendum.  
 quum per arma parata, illi in  
 manu sit violentam aduersario  
 vim inferre, cum voluerit. Ita  
 singulariter Bart. in l. iij. §. j. ff. de vi  
 & vi arma. Huic assentit Ange.  
 Aret. vir doctissimus, & practi-  
 corum criminalium profectò  
 decus in suo insigni tract. maleficio-  
 rum, sub glo. dictus Andreas armatus,  
 &c. Cui etiam suffragantur an-  
 notationes ibidem, quæ dili-  
 genti Lectori ibidem manifestò  
 aperiuntur. Dictis præ-  
 4 terea non t abs re adiungenda  
 videtur quæstio illa frequentissima,  
 cuius meminit excellentissimus  
 vtriusq; iuris Interpres Dominus  
 Hippo. de Marsil. in suis Comment.  
 super tit. ff. ad leg. Cornel. de sicar.  
 sub l. si in rixa, videlicet: Statuto  
 cauetur, vt arma gestans puniatur  
 pœna centum. Altero statuto  
 cauetur, vt inuadens alterum,  
 puniatur item pœna centum.  
 Tertio statuto cauetur, vt  
 vulnerans aliquem, puniatur  
 similiter pœna centum. Ex his  
 tribus statutis nunc oxoritur  
 quæstio: An is, qui Titium  
 vulnerauerit, trium statutorum  
 multa, scilicet trecentarum  
 librarum, simul puniendus sit,  
 cum aduersus tria enarrata  
 statuta simul peccauerit: Nā  
 arma gestauit, armis inuasit,  
 armis inermis & læsit: An  
 verò ob illam læsionem tantum  
 puniendus sit femel pœna  
 centum? Cui quæstioni (potius  
 quàm quorundam Prætorum  
 inexhaustæ habèdi libidini)  
 præfatus Dom. Hippo. in loco  
 præcitato satisfaciens, asserit  
 eum solum puniendum esse  
 pro vulneratione, vna pœna  
 centum: nempe, quòd infractio  
 duorum primorum statutorum,  
 scilicet de gestatione armorum,  
 & de inuasioue, simul  
 confuz

Confundatur cum violatione 5  
 tertij statuti, & vulneris illa-  
 tione. Ita singulariter habet  
 gloss. in verb. Plurima, in l.  
 qui de crimine, C. de accusat.  
 quam ibi sequuntur omnes  
 scribentes, argu. l. quoniam,  
 C. ad leg. lul. de vi. Idem te-  
 net Bartol. in l. quemadmo-  
 dum. §. illud. ff. ad leg. Aquil.  
 & in l. inficiado, in §. infans,  
 in fin. ff. de furt. Bald. in l. ad-  
 uersus. in fine, C. eodem titu.  
 de furt. atque idem Bal. in l.  
 quicumque, in j. colum. C. de  
 seruis fugiti. & in l. diuortio,  
 ad fin. ij. colum. ff. solu. ma-  
 trimo. Gandi. in suo tract.  
 maleficiorum, sub tit. de pœ-  
 nis reorum, in xix. columna  
 versicu. Pone insuper, & c. &  
 Ioan. Andr. in additione Spe-  
 culi. in titulo, de homicidio,  
 super rubri. ibi, vulgata est  
 quæstio, & c. Alberi. de Rosa.  
 in secunda parte statutorum,  
 quæstione xxix. incip. Tertia  
 quæst. est. cuius etiam resor-  
 dati sunt Bal. in l. cum ancil-  
 lis, C. de incest. nupt. in vlti.  
 colum. & Bar. in l. nunquam  
 plura. ff. de priuat. delict. nec-  
 nõ Dom. Abb. ac alij, in cap.  
 j. extrâ de pœnis, atque An-  
 gel. Arer. in suo tract. malefi-  
 ciorum, in verb. Fecit insul-  
 tum, in prima charta, in verb.  
 Aduertas tu Iudex, & ibi in  
 additionibus, & in eodem  
 tract. in verb. Admenauit, in

princ. Possent t̄ ex dictorum  
 occasione in hac materia itē  
 plures proponi quæstiones:  
 nempe, quoties vno verbere  
 simul concurrunt plura deli-  
 cta, verbi gratia, si statutum  
 esset, vt si quis læserit alium,  
 puniatur decem: Quidam  
 verò contra hoc statutum al-  
 terum vno ictu bidentis aut  
 tridentis simul infligit duo  
 aut tria vulnera: quæstio na-  
 scitur, an lædens sit punien-  
 dus pro singulis vulneribus  
 intra statuti tenorem pœna  
 decem? an solùm ceu pro vna  
 inflictione semel pœna de-  
 cem? Atque alię similes quæ-  
 stiones hîc moueri possent.  
 Sed omnibus his & similibus  
 quæstionibus per primam so-  
 lutionem præcedentem re-  
 spondendum erit, omnia hu-  
 iusmodi plura delicta cõcur-  
 rentia similiter pro vno deli-  
 cto esse iudicanda: Ideoque  
 tantùm vnam multam decē  
 esse pēdendam. Ita dixit Bar.  
 in l. si gemina arbor, ff. ar-  
 bor, furt. cæsar. & Gandi. in  
 trac. suo maleficiorū, sub rub.  
 de pœnis reorū, in x. col. ver-  
 sicu, sed pone. & Ang. Arer. in  
 tract. etiam suo maleficiorū,  
 in verb. & ipsum Titium per-  
 cussit. Præsentis quæstionis  
 etiã meminit Albe. de Ros. in  
 ij. parte statuto. q. xxiiij. & ibi  
 in q. xxxviij. inc. vij. q. est & c.  
 & ibi in q. xxix. incip. Statuto  
 cauet



cauetur, quòd si aliquis ali-  
 6 quem percusserit. † Si præter-  
 eà constitutum esset, vt quis-  
 quis alterum inuaderet in do-  
 mo sua, is duplo puniretur:  
 réque deinde aliquis absiliret 8  
 in domus tuæ vestibulo seu  
 porticu, is certè eiusdem mul-  
 ctæ statim reus fieret, quòd  
 vestibulum seu porticus pars  
 domus tuæ sit. c. si quis contu-  
 max. xvij. q. iiii. Bart. Bald. &  
 Doct. in l. cætera. §. hoc sena-  
 tus. ij. ff. de leg. j. argum. l. qui  
 ædes. in fin. ff. de incend. rui-  
 naufra. Neque hoc in facto  
 vlla est facièda distinctio, an  
 domus sit còducticia, vel grati- 9  
 as data seu concessa: an em-  
 ptione, vel hæreditate pro-  
 pria. Huic seruiunt lex Cor-  
 nelia. §. domum. & ibi scrib.  
 ff. de iniur. l. j. §. j. ff. de lib. a-  
 gnoscen. l. j. §. habitare. ff. de  
 his, qui deiece. vel effu. Bar. in  
 l. qui domū. & in l. nec in ea.  
 ff. ad leg. Iul. de adult. Bartol.  
 Alber. Bald. Pau. de Cast. Ia-  
 son ac reliqui inuulgata l. ple-  
 riq; ff. de in ius voc. Si etiam  
 7 † statutis ordinatum esset, vt  
 qui alterum in domo sua in-  
 uaderet, is duplo damnare-  
 tur: ac deinde quispiam te se-  
 dentem pro foribus peteret  
 gladio, aut baculo, is simili-  
 ter eiusdem lætæ pœnæ reus  
 teneretur, non secus, quàm si  
 te in domo tali modo fuisset  
 adortus. Nam is maleuolum 10

arque lædendi cupidum an-  
 mum, hoc modo foris per fa-  
 cta edocuit: atque is in do-  
 mo fuisse censendus est, qui  
 domus suæ pro foribus fuisse  
 cognoscitur. Si te † quispiam  
 dolose prehēsis vestibulis tam-  
 diu remoraretur, donec alter  
 adueniens te inuasum aut læ-  
 deret, aut interimeret, vterq;  
 & factor & facti causam præ-  
 bens, pœnæ læsionis, aut  
 mortis obnoxius haberetur.  
 Huic congruit l. qui occidit.  
 §. in hac. ff. ad legem Aquil-  
 iam. §. cæterum. iuncta glos.  
 In situ. de leg. Aquilia. So-  
 crates † inuasus à multis, at-  
 que ab iis omnibus læsus,  
 atque affectus multis vulne-  
 ribus, tandem moritur: & fer-  
 tur mortuus ex vulnere in-  
 flicto à Platone: qui Plato  
 probare vult contrarium, vul-  
 nus à se inflictum nunquam  
 fuisse letale: sed vulnus illud,  
 quod à Diogene inflicto fuit  
 rat, verè fuisse letale. Quod  
 si probare velit, audiendus est  
 haud dubiè in sua probatio-  
 ne, ita vt si eam comprobare  
 posset, nulla pœna damnandus  
 sit, quàm pœna læsionis  
 & vulneris: mortis verò mi-  
 nimè, dicta l. qui occidit. §.  
 finali. & l. si ex plagis. in prin-  
 cip. ff. ad legem Aquiliam.  
 per glossam. §. cæterum. In-  
 situ. eodem titu. Istiuscemo-  
 di † autem probatio potissi-  
 mum

mum cōfirmanda est, nō per quoslibet, nec per inspidos & imperitos, sed tantum per peritos ac doctos medicos aut chirurgos, quibus potissimum ob nobilium artium suarum certitudinem, hac in re credendum, & ipsorū medicinæ regulis inharendum fuerit, non secus, quàm Bononienses adhæserunt Carocio, vt not. glossa in l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris.

11 Quandoquidem † ars medicinæ, ars est longè certissima & verissima, cuius regulæ ab experientia & longo rerum vsu, & obseruatione exortæ sunt, veluti ait quidam magni nominis philosophus in proximo Metaphysicæ, Cu-

12 ius item † regulas seu verissimas ac certissimas non verentur imitari sacre leges. l. seprimo mense. ff. de statu homin. & in authen. de restitu. & ea quæ parit in xj. mense. §. vnum. Hi tamen medici ac

13 † chirurgi ad probationem eligendi fuerint vtrinque & per proximos cōsanguineos, aut affines interfecti, & simul per ipsius factoris putatitij cōsanguineos & affines, vel ad arbitrium & ordinationem Iudicis, si quidem in hac electione facienda, minime inter sese concordare poterunt. Cæterum † vnus me-

14 dicus solus, aut vnus chirur-

15 gus solus, etiã doctus & suæ artis expertus, non sufficit ad talem probationem confirmandam: sed oportet ad minimum esse duos: nisi ob raritatem vnus tantum haberi potuisset: tunc huic vni medico etiã credi poterit, si eo in loco plures haberi nequeat, per text. in auth. de non alienan. §. quod autem, versicu. vt neque vlla. ibi, aut etiã vno, si vnū solum ciuitas habeat, vel reperiatur ibi. & in l. q. si nolit. §. si mancipium, versic. culpam. ibi, non adhiberit medicum, vel malum adhibuit. & sic tenent Bald. Ang. & amplè Cæpol. ff. de ædil. edict. Ex habitis nunc facile collegeris, paria esse, nullum adhibere medicum, & quoslibet adhibere medicos, vel chirurgos indoctos & imperitos: quando ne doctissimo quidem satis tutè credendum fuisse monstrauimus, nisi plures haberi nequissent; aut certè nisi is vnus è multis esset celeberrimi nominis & medicorum penè præcipuus habitus in republica iuratus, ac præclaro stipendio quoque remuneratus, cui certè vni tunc credendum fuerit, vt voluit Bar. in l. j. per illum tex. C. de ponder. & auri illario. lib. x. Vni etiam credendum fuit, si partes † vtrinque huius vnus arti considerent, adeò



adeò vt eo solo se contentos declararent, per l. j. §. final. ff. de verborum oblig. & ibi Ludo. Roma. & Andr. Barb. Hic autem notandum, plus fidei adhibendum duobus medicis affirmatibus non esse mortale vulnus, quàm vni dicenti contrariù, l. j. §. j. in exordio, ff. de vent. inspiciẽ. & ibi hoc not. Bart. in ver. vltteriùs hæc lex facit in argu. cum aliis per eum allegatis. Postremò, <sup>17</sup> tutiùs credendù fuerit duobus testibus allegantibus legitimum causam vel rationẽ dicti sui, quàm aliis duobus, nullam dictorum suorum rationem reddentibus, vt notat Bald. in l. presbyteri. col. vltima. C. de episc. & cleri. & Ludo. Roma. in l. j. in prin. ff. de noui oper. nuntia. Horum latè item meminit D. Nicolaus Boërius in suis decisionibus aureis quæst. cccxxiij. quem casu emergente cõsultate. Aliud, <sup>18</sup> quãdo quispiam inuasus aut læsus, diu lecto ex vulnere aut inuasione terrore decubuit: postea verò è strato sese erigens, templa adeat, fora, plateas, aliãq; loca frequenter, putãs se à morbi ac vulneris periculo liberatum: ac deinde mox subitò in debilitatem recidit ac moritur: factor, inuasor, aut vulnerator eo casu Reus erit homicidij, & de morte damnan

us, non de lèione, si quidem apertè constiterit, vulnus inflictum priùs fuisse letale, & mortuum ex eo vulnere tantù, & per se obiisse, non aliunde. Nam si sua negligentia <sup>19</sup> ac aliunde vulnus postea reditum fuisset letale (nempe suo malo regimine: si vxori aut iuenculæ cõcubuisse: si liberaliùs æquo ad ebrietatem ferè bibisset, tabernãsq; frequentasset: si malè se custodiuisse: si medicis aut chirurgis non paruisset, vel contra salutare medicorum regulas aliquid peccasset. &c.) liber esset ab homicidio. Lud. Bologn. in consilio v. col. iij. versic. Primus, & versic. Alius. tunc enim suæ negligentia, & sibi imputandum esset, & non vulneratori: quia dictis casibus seipsum necare videtur, non necari ab alio. Idem dicit Diuus Augustinus in homilia. quæ in sancto die Pentecostes cantatur: Quòd ille <sup>20</sup> se interimat, qui præcepta medici obseruare negligit. Et idem præstant leges negotiis, quod medicamenta morbos. Authen. quibus modis natura. effic. sui, post princip. Et sicurã medicantis expectas, oportet vt vulnus dequiratur, per quã sæpe curari solent ea quæ mortalia videtur. l. j. §. finali. ff. ad Sylla. Et  
econ

econtrà, mala custodia vulne  
 rari, non mortalia vulnera,  
 sæpe reddit mortalia, mor-  
 témque inducit, dicta l. quòd  
 si nolit. §. si mancipium. ver-  
 sic. culpam omnem, de ædil.  
 edict. quo casu, lex apertè de-  
 terminat, percussorem de ho-  
 micidio nõ teneri dicta l. qui  
 occidit. §. fin. Quum hic de le-  
 21 talitate, † ac nõ letalitate vul-  
 nerum sæpe meminerimus,  
 ea vulnera potissimùm leta-  
 lia censenda sunt, quæ in lo-  
 cis periculosis, & certæ morti  
 obnoxiiis inflicta sunt, vbi præ-  
 cipuè medicorum cæsura cõ-  
 sidendum fuerit: Ea similiter  
 per se non fuisse letalia, quæ  
 in locis fuere inflicta nõ peri-  
 culosis, nec morti obnoxiiis.  
 Quocirca quisquis in huius-  
 modi locis non letalibus alte-  
 rum vulnerauerit, ab homici-  
 22 dio liber iudicandus erit: po-  
 tissimùm si medici iuramen-  
 to adstruat, eum vulneratum  
 ex accepto vulnere nunquam  
 obiisse, quòd in tali loco nun-  
 quã potuisset esse letale, sed  
 ex alio morbo aut alio acci-  
 23 dente, aut latente malo, non  
 ex vulnere nato. Nam si ma-  
 lum aliquod ex læsione illa,  
 tanquam ex ipsa causa fuis-  
 set extortum (veluti si ex vul-  
 neris malo accidissent arden-  
 tes febres, aut alius quispiam  
 morbus, ex quo moreretur)  
 In eo casu suspicio mortis

esset contra factorem, qui ob-  
 id de mortis crimine damnã-  
 dus esset. Parui enim refert,  
 an re & morte ipsum occide-  
 rit, an mortis causam dede-  
 rit. l. item Mela. §. si alius te-  
 nuit. & l. qui occidit. §. finali.  
 ff. ad legem Aquiliam. & l. ni-  
 hil interest. ff. ad legem Cor-  
 nel. de sicar. Ange. in §. cæte-  
 rùm. Institut. de leg. Aquilia.  
 Porro in dictis rerum euen-  
 tis, & factis potissimùm (vt  
 dixi) standum erit iudicio  
 medicorum aut chirurgor-  
 rum, vt qui certius hac in re  
 iudicare poterunt: Nempe,  
 an verè ex vulnere mortem  
 obierit: an forsan ex vulne-  
 ris aliqua exorta occasione:  
 quapropter ipsi medici (vt  
 hoc obiter inferam) & docti  
 chirurgi ob arrium suarum  
 22 nobilitatem, vel † in hoc peri-  
 culosissimo negotio honore  
 omni prosequendi sunt, teste  
 etiam Ecclesiast. xxviii. Ho-  
 nora (inquit) medicum pro-  
 pter necessitatem, nam & il-  
 lam creauit Altissimus. Velu-  
 ti si cõtingeret † vulneratum  
 mortè occumbere ipsius me-  
 dici aut chirurgi imperitia,  
 vulnerator nõ esset reus mor-  
 tis, sed tantùm læsionis. l. qua  
 actione. §. fin. ff. ad l. Aquil. §.  
 præterea. & ibi Ang. insti. eo.  
 titu. de l. Aquil. l. illicitas. §.  
 sicuti. ff. de officio præsidis. l.  
 si quis fundum. §. Celsus. ff.  
 loca.



- loca. & l. imperitia, ff. de reg. iur. Atq; in hoc casu ipse medicus & chirurgus arbitraria poena dānandi per Iudicem essent. Verūm si medicus aut chirurgus artis suæ peritia diligenter, & ad regulas suas operatus fuisset, & vulnere affectus ille nihilominus moreretur, nihil imputandum esset medicis aut chirurgis istis, qui ab omni culpa essent liberi, etiā in foro cōsciētię. Abb. in c. tua nos. §. ad vltimum, ext. de homic. Euen-
- 24 tus † enim mortis, docto ac diligenti medico aut chirurgo nunquā imputandus est, quandoquidē nō est in medico, semper releuetur vt æger, d. l. illicitas. §. sicuri. glo. in c. ad aures, ext. de ætat. & qualj. Si verò medicus & chirurgus indosti repertiatur esse in culpa, nempe ob crassam artis imperitiam, aut non adhibitam strenuam diligentiam, tunc (vt prædictum est) tenentur le. Aquilia, Ang. in §. prætereā, si medicus. Instit. de le. Aquil. & Feli. in d. c. tua nos.
- 25 Si verò studio & ext cōscientia (licet doctus fuerit & peritus) mortem procurauerit, præbendo aut præscribendo medicamina noxia, aut stūpida, & emortua: aut ad curam assumptam data opera reliquerit, vt vel his malis &
- peteret, is haud dubiè mortis obnoxius fieret, & de morte damnandus esset, l. j. §. diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. & l. j. C. eo. tit. Ist hæc autem maxime notanda sint pharmacopōlis: Nam si medicus culpam incidit præscribēdo noxia & stūpida medicamina, multò magis ipsi pharmacopōlæ in culpa erūt, & execrabilis, qui ex auaritia & lucri inexhausta libidine, etiā contra medicorum præscripta, vel ex propria temeraria audacia, quasuis medicinas cōficiunt ex corruptis speciebus, & herbis aut radicibus planè emortuis, quibus languidis nihil opis præstant, imò ipsis mortis sæpe etiam causam præbent: cuius quidem mortis non solum in foro conscientia, verum etiā in foro fori (quòd per conscientiam & industriam fecerint) sunt obnoxij. Ang. in d. §. prætereā si medicus. Quoniam autem superiùs medicorum periculum non nihil attigimus, non abs re futuriū arbitrabar, si quibusdam triuialibus medicis, & chirurgis hic pauculas conditiones explicarē, quibus præditos esse conueniat bonos & cordatos medicos, & qui omne periculum euitare student. Quinq;
- 27 † igitur cōditiones, siue qualitates medico conueniant,
- opor

oportet: de quibus Panor. in d. c. tua nos. Primò enim requiritur, medicum, & chirurgum esse laicū, nō clericum: quādoquidem cuius clerico medicina & chirurgiæ exercitium de iure prohibitū est in c. scientia, in c. nō magno, & in c. fin. ne cleri. vel monachi. Vnde clericus chirurgiā exercens, si ex ea mors sequatur, etiam si sit peritus & diligens, efficitur irregularis, d. c. tua nos. Secundò requiritur, vt suæ artis & professionis sit peritus. Tertio requiritur, vt adhibeat omnem diligentiam secundum artem. Quarto, vt ægium informet, & doceat de his, quæ sunt suo morbo pernicioſa, & contraria. Quintò, ne in dubiis sit nimium audax & temerarius veluti si dubitet, an præscripta aut præscribenda medicamina sint ægrotanti profutura, & salutaria, an non: in hoc casu potius reseruanda sunt præscripta, & vt languidus abstineat consulendum potius, quàm vt sumat. Innocent. in c. tua nos. sæpe allegato. Præstat enim tunc ægrotantem summo committere medico Deo, quàm temerè quippiam per imperitiam, & ambiguitatem in eo curando tentare, & dubiæ suæ sententiæ committere 28 velle. In his autem † omni-

bus casibus, in quibus medicus aut chirurgus peccat culpa lata, puniendus est, non ex aliquo senatuscōsulto (quod iura nusquam quorūdam testimonio expriment) sed potius pœna aliqua miſiori, & pecuniaria: aut certè extraordinaria ad arbitriū ipsius Iudicis, vt dicunt Barto. & Ang. in l. in lege. ff. ad l. Cor. de lica. quia vbi non est pœna expressa à lege vel statuto, illa est imponenda Iudicis arbitrio, l. j. §. expilatores. ff. de effrac. & expila. l. hodie, ff. de pœnis. l. iij. vers. stellionatū, ff. de crimi. stelli. c. Felicis. §. ceterum, de pœnis. lib. vj. l. j. ff. de iure deliber. l. fina. ff. de actionib. empri. l. mora. ff. de vsur. l. continuus. §. cum ita, ff. de verb. obligat. & Felinus in d. c. tua nos. ext. de homic. Haftenus de medicorum & chirurgorum officiiis prædicto statuto conuenientibus, satis superque dictum esto, reliqua persequamur. Si legibus † constitutum esset, vt quisquis alterum inuaserit, dependat libras decem, & per occasionem vsueneret multos simul coniunctim vnum adiri: omnes & singuli inuasores dictarum decem lib. rei constituerentur. Quandoquidem tot sunt iniuriæ, quot sunt iniuriarum illatores, & contrà. Hinc fit,



30 vt si † vnus plures inuadat, vnus multæ punitiōe tantum incurrat. Singule tamen personæ inuadæ exigere possent passi dispendij & iniuriæ reparationem, quam ceret singulis exoluere teneretur. Si † statutum esset, quisquis alterum inuaserit, multabitur decem lib. Paris. Et quisquis vulnerauerit alterum, damnabitur viginti li. Paris. deinde si cōtingeret Demosthenem inuadere Socratom, eumq; ita vulnerare, tum Demosthenes posteriori multa viginti lib. Paris. tantum damnabitur, scilicet de lesione. Nam à priori multa inuasionis liberandus erit, secundum Bartol. in d.l. illud, §. si idē. ff. ad l. Aquil. Verum si is

32 † Demosthenes Socrate vno tēpore inuasisset, deinde alio tempore intercepto vulnerasset, vtriusque multæ certē reus efficeretur. d.l. illud, §. si idem. & ibi Barto. Si ex duobus alter alterum inuasisset, è quibus non constaret, vter prior inuasisset alterum, suspicio vehementior esset cōtra ipsorum alterutrum, qui huiuscemodi facinoribus infamis esset, & publica fama ad similia perpetranda delicta ex consuetudine haberetur addictus & propensus, l. vel vniuersorum, ff. de pignora. actio. l. qui semisses,

ff. de vsur. Si statutum esset, † vt quisquis alterum cædat in faciem, multetur quinquaginta lib. Paris. cuius meminit Ange. Aret. in §. atroc, Instir. de iniur. Deinde si alio edicto cautū esset, vt qui alterum cædat in plateis, multetur duplo. Tertio statuto prætered edictum esset, vt omnes eiusmodi multæ de nocte incurse, duplo dependenda essent, atque tunc contingeret Martinum cædere Egidiū in faciem, in plateis, atq; de nocte, ita vt cōtra illa tria statuta simul vno delicto cōmitteret: in his casibus volūt iura multam centū li. Paris. tantū duplicari, hoc est, summam nouissimam, & nō amplius: atque vt in eam summam Martinus perpetrator condemnatur. Nam principale factum expendendum, vt pote, quod præcipue executioni obnoxium est, eoque multa potior cōdemnanda, non quæ accessorie sunt, aut inde manantes. Si statutum † haberetur tale, vt qui alterum inuadat multam exoluat quinquaginta lib. Paris. & qui alterum lædat, soluat emendam centum lib. Paris. & qui alterum occiderit, dependat mille lib. Paris. deinde contingeret, vt Demosthenes inuaderet Socratem, atq; post inuasionem, ipsum tam grauiter læde

læderet, vt eam lēſionē mors  
 ſequeretur, nō teneretur exol-  
 uere omnes multas: ſed per  
 ſolutionē multæ mille lib.  
 Pariſ. abſoluendus eſſet, quo-  
 niam factū tale propter con-  
 tinuationem æſtimatur pro  
 delicto vnico. Bartol. in d. l. ſi  
 gemina arbor. Gand. & Ang.  
 in dictis ſuis tractatibus ma-  
 leſticiorum. in locis ſup. alle-  
 gatis. Idē Bart. in l. illud. §. ſi  
 idē. ff. ad l. Aquil. vbi inquit:  
 quòd quādo plura delicta tē-  
 dunt ad eundem finem, pro  
 vno tantum puniuntur, ſi ſiāt  
 eodem imperu, eodēmq; du-  
 rante affectu. Nam † ſi huius  
 35 modi facta cōcigiſſent diuer-  
 ſis temporibus, atq; poſt in-  
 terualla temporis, reus tunc  
 fieret omnium illarum mul-  
 ctarum, d. l. illud. §. ſi idem. &  
 ibi Bart. infert, Si te adoriar  
 & vulnerem, me non eſſe pu-  
 nienſum, niſi de vulnere tan-  
 tūm: quia aſſultus ſic ad finē  
 vulnerādi, vt notatur in l. qui  
 de crimine, C. de accu. Bar. in  
 l. nunquam plura. ff. de priu.  
 delict. Non mirū tibi pie Le-  
 ctor hīc videatur, quòd in hoc  
 ſtatuto dixerim, illum, qui ad  
 mortem ſequentem vulne-  
 raſſet, damnari poſſe pœna  
 pecuniaria mille lib. Pariſ.  
 cūm ſit crimen homicidij, &  
 non niſi gladio plectendum.  
 Quandoquidem ſint nōnulli  
 36 † doct. qui contendunt cri-

minales pœnas homicidij  
 poſſe conuerti in ciuiles pu-  
 nitiones & pecuniarias, argu-  
 eorum, quæ pro conſtanti te-  
 nent Bar. eiuſque ſequaces in  
 l. j. ver. vltimò quæro, ff. de  
 publica. in l. j. ff. vi bonorum  
 raptorum. in d. l. nunquam  
 plura, & Bald. in l. non ideò  
 minus. C. de accuſat. Alij ve-  
 rò contrarium adſtruunt,  
 nempe Archidia. in c. duo  
 iſta nomina. xxij. q. iij. & in  
 c. fin. ne cleri. vel mona. libr.  
 vj. Hoſtien. & Ioannes An-  
 dreas in c. fin. de conſuetud.  
 Nam ſi (inquiunt) illorum  
 ſententiæ iura ſubſcriberent,  
 daretur populo aperta pec-  
 candi occaſio, & liberius oc-  
 cidendi quoſlibet neſaria li-  
 centia. Panor. in c. ex parte.  
 de conſuetudine, in antiquis.  
 iunctis additionibus ibidem,  
 Felius in Rubri. ext. de ho-  
 micid. & Ludo. Roma. in ſuis  
 ſingularib. ſingulari dclvj.  
 incip. Iudex poteſtatis. Porrò  
 37 † ſi ſtatuto cautum eſſet, vt  
 qui alterum vulneraret, mul-  
 ctam incurreret decem libr.  
 Et ſi in platea vulneraret,  
 duplum dependeret. deinde  
 verò contingeret, vt Demo-  
 ſthenes Socratem vulnera-  
 ret in platea: is Demoſthe-  
 nes proſectò dependeret vtran-  
 que multam, quòd duo di-  
 ſtincta ſint delicta: alterum  
 ex cauſa vulneris: alterum ra-



tione loci: cuius gratia delictum est; enormius (vt quidam autumant.) Alij volunt esse absoluedum dupla punitione; alij verò minima multa eum esse absoluedum.

- 28 Atque † in his omnibus statutis, ipsa statutorum verba, textus, & forma ad literam sunt seruanda, quòd omnia stricti iuris sint; vulgatis. l. iij. §. hæc verba. & ibi Barto. ff. de nego. gest. & l. quicquid adstringenda; & ibi scribent. ff. de verborù oblig. cum in finitris nec dissimilibus iuribus. Si postremò † cõstitutum esset legibus municipalibus, vt quisquis inuaserit, cæciderit, vulnerauerit alterù, mulctetur decem lib. Paris. & qui alterum occiderit, vicissim iustitia occidendus sit. Postea verò Demosthenes adoriretur & vulneraret Socratem: & deinde accederet Plato, qui Socratem occideret. Demosthenes tantùm mulctaretur decem lib. Paris. ratione vulneris, Plato verò criminaliter veniret exequendus vltro re gladio. Si denique quispiam vulneraret infirmum, etiam citra læsionem letalem, vulnerator Reus esset (si moreretur) homicidij, nõ secus, quàm si validum aliquem vulnerasset. l. qua actio ne. §. sed & si quis seruum ægrotum. ff. ad leg. Aquil.

De necessaria suorum bonorum defensione.

C A P. LXXVIII.

S V M M A E.

- 1 Furem nocturnum an occidere fas sit.  
 2 Furem nocturnum ad hoc vt occidere liceat, plura requiruntur  
 3 Furem diurnum an occidere permissum sit.  
 4 Fures ob leuissimula bona non sunt occidendi.  
 5 Minima non sunt in consideratione.  
 6 Ab altero inuassus, & citra periculum euadere compos, tenetur effugere.  
 7 Inuassus & sine magno periculo suorum bonorù effugere nequies, non tenetur effugere.  
 8 Inuassus ad arctum vsque & presentissimè periculum, illicò tantùm sese defendere tenetur.  
 9 Vim patiens ab altero, bonorum caussa, se defendere potest subito ipso momento, & quouis etiam tempore futuro.  
 10 Volenti capere debitorem licet telo resistentem occidere, & eius procuratori.



PERMISSVM est † mihi (ex necessaria defensionis titulo) furem aut alium quempiam, qui de nocte ædes meas, vltimam, aut septam meam latenter ingressus, mea suffur

iuffurari conatur, aut vim vllam mihi aut meis, tum fami-  
 liaribus, tū aliis rebus infer-  
 re fatagit, occidere sine vllō  
 metu pœnæ iuridicæ. text. est  
 in l. furem nocturnum. ff. ad  
 l. Cor. de scar. l. itaq; . §. lex. ff.  
 ad l. Aquil. & c. si perfodiens.  
 ext. de homici. huic etiā qua-  
 drat insignis text. in l. sed etsi  
 quēcunq;. ff. ad l. Aquil. vbi di-  
 cit; Si occidisti furē, quē cape-  
 re poteras: ergo à contrario,  
 si capere non poteras, poterit  
 impunē occidere. Cui præter-  
 eā seruit text. notab. Exod. 22,  
 vbi dicit: Quod si fur perfodiens  
 domum occidatur, occi-  
 dens nō est Reus sanguinis, il-  
 lūmque rextum allegauit S.  
 Tho. secunda ij. q. lxxiij. arti.  
 vij. volens probare, quod lon-  
 gē magis licet occidere pro  
 defensione vitæ: & arguit, si  
 pro rebus, lōgē magis pro vi-  
 ta. His itē subseruit l. j. & ibi  
 gl. & doct. C. vnde vi. Bartol.  
 atq; eius sequaces in l. vt vim.  
 ff. de iusti. & iure. Ange. Aret.  
 in suo celebri tract. malefic.  
 in glo. Et dictus Titius se de-  
 fendendo. † Vt autem furem  
 nocturnum occidere liceat,  
 secundum opinionem com-  
 munem, plura requiruntur. 3  
 Primò, vt istud fiat pro defen-  
 sione sui ipsius, vel rerum sua-  
 rum: alioqui enim nulli fas  
 esset occidere furē, maximè si  
 illinc absq; vlla rerum abla-

tione recedat. Textus est in  
 d. l. furē. cum supplemento  
 gl. & Bartoli. Defensioē au-  
 tem illam intellige, non re-  
 rum quarūlibet, sed magna-  
 rum dūtāxat: nam de paruis  
 rebus nullum haberet locum  
 illa violenta ad alterius in-  
 ternecionem defensio. l. si ex  
 plagis. §. tabernarius. ff. ad l.  
 Aquil. Secundo requiritur, vt  
 clamando inuocet aliorum  
 subsidia, l. itaque. ff. ad legem  
 Aquiliam. Talis enim præce-  
 dens clamor à factore, tollit  
 omnem clandestini homici-  
 dij aut læsionis suspicionem,  
 vt inquit Hippoly. Marsilius  
 in dicta l. furem. Tertio re-  
 quiritur, vt furem nec ipse  
 ante occisionem agnoscat,  
 nec vllus testium presentiu,  
 quorum operam inclamaue-  
 rat. Nā si fur ille notus fuisset,  
 aut domus domino, aut  
 testibus presentibus, non ita  
 impunē fas esset tum eum fu-  
 rem occidere, quum testimo-  
 nio multorum cum fure de  
 furto iuridicē agere posset.  
 Bart. in dicta l. furem. Quar-  
 to requiritur, ne eum appre-  
 hendere potuisset. l. sed & si  
 quemcunq;. ff. ad l. Aquil. Pa-  
 ri † ratione cum superioribus  
 permittitur mihi occidere fu-  
 rem, qui etiam interdiu do-  
 mum meam ingreditur aut  
 septa mea, præcipuē si bacu-  
 lis, lapidibus, telis, aut armis



aliis munitus ingreditur, me que ita petat, vt mea mihi violenter abripiat: & si ego eundem furem aliter à meis nec arcere, nec abigere possim citra summū corporis mei aut bonorum meorum periculū, litaque, & l. sed et si quēcūq; ff. ad l. Aquil. præallegatis. Istæ hæc autē intelligas oportet, si eum furem violentum non cognoscas, teste Bart. in l. furem. Nā si eum personaliter cognosceres, non tam tutò eum occidere licet. Similiter si fur quispiam alterius domum aut sepra interdium & clara luce ingreditur, nullis prædictis armis munitus, nec vllam domino vim inferēs, sed tantum furandi malo studio exagitatus, in eo casu non licet tunc furem diurnum occidere, quam eum etiam cognoscere posset, & cū eo agere iustitia: atq; hæc sunt cōmunes omnium de furibus nocturnis & diurnis opiniones. Ego verò præfata ab omnibus venia, ab his opinionibus in parte dissentire me fateor: volens nulli licitum esse, vt furem nocturnum pro rebus tantum occidat, nisi accedat graue corporis sui periculū & fur aut actu, aut præsumptiuè tibi armis vim inferat, d. cap. si perfodiens. ext. de homicid. vbi textus apertè etiā causam reddit, cur magis li-

ceat nocturnum occidere furem, quam diurnum: nempe quòd de nocte nulli certò cōstet, an is furandi, an occidendi gratia eò venerit, quod luce magis est perspicuum. Et in dubio periculo, peius semper malum suspicatur, quod vt quis repellat, ad alterius interemptionem etiā se defendit & vlciscitur. Si enim cōstaret, furem tantum furandi studio domum tuam fuisse ingressum (quod euidentius sic clara luce, ideòque non tam temè licet furem interdium occidere) nec tuæ personæ vim vllam armis inferat, dico tibi non concessum esse, vt ei furunculo, bonorum tuorum solùm gratia, vitam eripias. Porro an furandi, an occidendi gratia, venerit, vel hoc indicio (quod iura volunt esse necessarium) cognoscas, si magno clamore aliorum supplicias imploraueris. Nam si hoc clamore territus aufugerit, argumentum est eum non te, sed tua petere: atque hoc casu, non licet tibi furem insequi & occidere. Si verò post clamorem non terrefactus permanserit, suspicio est, eum occidendi tui gratia, vsquam delitescere. Atque eo casu fas est eum tibi talem furem occidere, etiam si actualiter non videas eum te telo, aut alij similibus armis, petentē. Ratio

tio igitur furis occidendi, aut non occidendi, tota confurgit ex suspitione homicidij tibi inferendi, aut non inferendi: adeo ut si vim inferat, vel inferre presumatur, occidere possis. Si vero nullam vim tuam personam inferre constiterit, sed tantum rebus tuis, nulla ratione puto tibi permissum esse, ut eum occidas. atque ita intelligo l. itaque. §. lex. ff. ad l. Aquil. ponderando aduersionem (Autem) positam in versu. interdiu. Non tamen per illum textum probatur id, ad quod adducit eum dominus Iason (salua interim pace tanti viri) in praecitata l. ut vim. ff. de iusti. & iure. qui vult quod pro sola rerum defensione liceat occidere, quia ibi non occiderat, aut non probatur occisio facta pro sola rerum defensione: imo etiam pro defensione personae. Nam cum non aufugit post clamorem, latro potius, quam fur esse presumitur, & ita non male concordat cum l. furem. ff. ad l. Cornel. de sicar. licet d. Iason in d. l. ut vim, dicat contrarium: dum inquit illos textus vix posse ad concordiam reduci. & in hoc differt a diurno, quae occidere solum poterit, si actua liter telo aut similibus armis me laedere tentet. Ex his nunc clare colligitur, quod non est licitum occidere furem diurno

num aut nocturnum: nisi is plus sit, quam fur: aut plus, quam fur esse praesumatur. Nam si se telo, aut aliis non dissimilibus armis defendat, plus est quam fur: si vero post clamorem non aufugerit, praesumitur eum plus esse, quam fur: & ideo his casibus occidere licet, alias vero minime. Atque hanc opinionem meam, tamen si pace omnium protulerim, cuius tamen communibus opinionibus adherere permittitur. Ceterum praedicta intelligas, velim, non de minutis, rebusque parui pretij, veluti pomis, pyris, atque his similibus: ob haec enim nulli licet furem occidere, imo ne ledere quidem, etiam si armis sese defendere conaretur: sed de magnis bonis hoc oportet intelligas, quaeque magni pretij sunt (ut ante meminimus) dicta l. si ex plagis. §. tabernarius. Huic seruit quod voluit Alexan. in dicta l. furem. Quod si parcatur famae hominis pro re vili ac modica, ut in l. si oleum §. fina. cum l. sequens. ff. de dolo. ergo multo magis parcendum est vires ad quod allegat l. si adulterium. §. liberto. ff. de adulter. huic consonat regula illa notissima, Quod minima non sunt in consideratione, ut habetur in l. Seio. ff. de in integ. restitutione in l. omnino. ff.



de impēf. in reb. dotalib. fact. & in c. licet cauffam, in verb. Nulla vel modica, ext. de probat. D. Hippo. à Martil. in l. si vt allegas, C. ad l. Cor. de f. car. vbi nonnullorum ſimiliū meminit. † Si meam personam quifpiam inuaderet. egōque citra periculū inuadentem poſſem effugere, profectō eo in caſu planē tenerer effugere (vti & ſuprà dictum eſt.) Si verō quifpiam † mea peteret inuadere bona, non tenerer hoc caſu inuaſorem effugere: quādo quidem mea fuga graue mihi poſſet bonorū meorū inferri diſpēdium. Si † præterea me quifpiam adoriretur, ita vt in arētā me conſtringeret periculi anguſtiam, in hoc caſu ē veſtigio tenerer meipſum fortiter ad alterius etiam interneccionē (ſi effugere nō datur) defendere, & non per interualla temporis, vt dictum eſt ſuprà. Verūm † ſi quifpiā bona mea violenter ſurripere conaretur, aut me extrudere poſſeſſione mea, in eo caſu poſſem me defendere contra aduerſarium, non ſolūm tempore præſenti, atq; in ipſa animi concitatione, ſed etiā quocunq; alio tempore oportuno ſequenti, aſſumendo plures viros ſubſidiarios ex meis fautoribus, potiſſimum, ſi damnu illud quod mihi aduer-

farius inferre vellet, graue eſſet, & irreparabile. Superioribus autem annectere nec omnino extraneū fuerit inſigne illud verbum Baldi in l. ii vt allegas, C. ad l. Corne. de ſicar. Quōd ſicut † licet occidere furem ſe telo aut ſimilibus armis defendentem: ita etiam licitū eſt creditori volenti capere debitorem fugientem, ſe telo, aut aliis ſimilibus armis defendentem, & reſiſtentem eum occidere. Quod Domi. Hippo. ibidem extendit etiam ad procuratorem creditoris, cui etiam licet capere debitorem domini fugientem, ſecundum glo. in l. j. C. vbi quis de curi. vel cohor. quam ad hoc refert, & ſequitur laſon Inſti. de actio nib. in princ.

### De neceſſaria proprii honoris defenſione.

CAP. LXXIX.

S V M M A E.

- 1 *Alapam impingentem licet repellere gladio.*
- 2 *Prius infamiam inferentem in terimens, excuſatur defenſione neceſſaria.*
- 3 *Nobilibus maior ſua gloria defendenda ratio.*
- 4 *Omnibus permiſſa ſui honoris defenſio.*
- 5 *Conſeruatio perſonae, & fame, equiparantur.*
- 6 *Fortis potiſſor ſui defendēdi ratio, quāam*

quã inualido.

7 Sunt causa, quibus fugere, non est ignobile.



1 I adoriretur me quispiam† alapa in faciẽ mihi impacturus, bono iure

mihî permittitur eam iniuriam impedire gladio meo, si aliter eam à me propellere

2 nequeam. Et † si ea in defensione eum interfecerim, ea quidem interfectio censenda est necessaria defensio: nam

3 illam infamiae libe nõ cogebat perpeti. Nobilibus † seu claris item permittitur, sese

gravius defendere cõtra ignobiles seu obscuros: aded, vt si ea in defensione ignobile interemerint, excusentur de necessaria defensione admissa,

Hippol. de Marfil. in l. j. nu. 44. ff. ad l. Cor. de sica. Omni

4 bus † enim iure permittitur honoris sui defensio, & ignominiae violente repulsio: imò

tam infamiam, quàm corporis proprii pericula, aut rerũ nostrarũ damna, à nobis pro-

5 pellerè cogimur: Nempe, † q̃ personæ, & famae cõseruatio nem iura æquiparent, l. iusta. ff. de manumiss. vindic. Et quòd honor, & fama cuiuslibet

pecuniario cõmodo præferã 3 tur, l. Iulianus. ff. si quis omif. caus. testam. Cy. in l. j. C. vnde

6 vi. Eam autẽ iniuriam si non

vlciscatur, perpetuò infamis fit, & repellibilis. Similis infamiae nota † viro forti quoq; permittitur excusabilis, con-

tra infirmũ quempiam & debilem: cuius vim si perferat, fortitudinis suae iacturam facit, & in infamiam impingit,

quòd in tali statu rerum, ob dedecus & infamiam profugere non tenebatur: fuga enim

talem viliozem redderet, & magis cõtemptibilem: & crudelis est, qui suam famam negligit, teste Cyno in l. si ex

plagis. in §. Tabernarius, & in l. scientiam. §. qui cùm aliter, ff. ad l. Aquil. cuius etiam

meminit Hippol. in d. l. j. tamen si † occasiones incidant, quibus fugere nõ sit indecorũ

& ignobile, potissimũ si per eam fugam, grauiora impediantur mala.

De necessaria defensione amico-

rum.

CAP. LXXX.  
SVM MAE.

1 Defensio oppressi proximi cuiuslibet.

2 Defensionem implorantem quò defendit, ad alterius etiam (si res urgeat) interuentionem, excusatur ab homicidio.

3 Ignoto suppetias ferre, licet ciuibus, non tamen tenentur.

4 Oppressum recusans defendere, ab omni pena liber manet.



- 5 Iura civilia neminem ligant ad obstandum malo.
- 6 Pro altero defendendo licet pecuniam accipere.
- 7 Malum secretum nemo alteri detegere cogitur.
- 8 Fallit hoc in seruo, crimine laesae Maiestatis, & crimine parricidij, nu. 9. 10.
- 11 Iura pontificia quatuor ligant ad prohibitionem mali.
- 12 Non resistit malo punitur, sed non pari pena cum factore, nisi &c.
- 13 Patri permittitur defendere filium oppressum, ita & filiam. num. 14.
- 14 Patri an iure liceat interficere quemcumque mœchum filie suae, & nu. 16. Quid de marito, n. 17.
- 18 Pater potest occidere filiam deprehensam cum mœcho, siue in domo sua, siue in domo generi, & nu. 20. Et quid de genero, n. 19.
- 21 Defensionis ius liberum est parentibus, consanguineis, affinis, tutoribus, curatoribus, vel amicis, nomine filie suae, virginis, aut honeste viduae.
- 22 Maritus potest occidere deprehensum adulterantem cum uxore sua, & nu. 23. 24.
- 25 Marito & patri licitum est occidere seruum, quem reperit inhoneste vel impudice iocantem cum uxore, vel filia sua. Et quid de corruuals, nu. 26. 27.
- 28 Clericus monitus non abstinet à colloquio inhonestarum mulierum, excommunicandus est.
- 29 Concubinario licet occidere mœchantem cum sua concubina, & contra.
- 30 Sponsi licet occidere mœchantem cum sponsa sua.
- 31 Filius potest occidere oppressorem patris vel matris, Nepos oppressorem aui, aut auiae, nu. 32. & 33.
- 34 Frater potest quempiam occidere pro defensione sui fratris, Quid de consocio viatore in itinere, nu. 35.
- 36 Dominus tenetur defendere conductum seruum vel famulum. Et contra dominum seruus, numero 37.
- 38 Defendere tum vnusquisque tenetur, cui defensionem promissit, & addixit.
- 39 Fendator tenetur defendere vasallum suum: & contra.
- 40 Filio licet occidere adulterantem vel incestuantem cum matre sua, vel cum nouerca.



V I V I S homini iura ꝑ permittunt defendere, ac citra crimen omne protegere confratrem suum, etiam ignotissimum, ab altero grauer oppressum: potissimum si is oppressus de vi illata clamitet, & patrocinium inuocet: vt eleganter notat Bar. in l. si quis in seruitute, in ff. de fur. in l. vt yim, in vers. quarit gloss. quid &c. & ibi gloss. ff. de iusti. & iure. Cyn. & Per.

& Petr. in l.j.C. vnde vi. Elegas tex. in c. dilecto, de sentē. excom. lib. vj. versū. & quidē cūm liceat, c. non in ferenda. xxij. q. iij. c. error. lxxij. di. Prædicta tamen consuluit sa no iudicio esse intelligenda Barto. in d. l. vt vim, in versū. Quærit glo. quid, & c. quem in eadem opinione Ange. Aret. in suo tract. maleficiorum, in glo. Et dictus Titius se defendendo: nempe hac causa moti, vt vitetur opinionum multarum varietas. In hoc tamen ferè consentiunt & dicunt, si ille tertius interueniens videat cōfratrem suum grauitur oppressum, eiusque periculo metuens, iubeat oppresso, vt suū imploret auxilium: quod si oppressus id faciat, & tertius interueniēs ob implorationē oppressum defendat, oppressorē lædat, aut etiā interimat, in eo casu volunt occisorem non teneri, vt notat Bal. in d. l. j. C. vnde vi. Cuius sententiam sequuntur pleriq; omnes. ar. l. gracchus, C. ad l. Iul. de adult. quod ait Bar. esse notandum in praxi. & hanc opinionem sequuntur Pet. & Iacob. in d. l. j. C. vnde

3 vi. Alienigenæ atque ignoto §

aut viro vrbico, ab altero periculosè oppresso, ferre suppetias: verūm ad eam defensionem humano iure non obli-

gatur, nec ad eā cogi potest. Barto. & doct. in d. l. vt vim. Pro quo allegant gloss. in c. quantæ, in verb. interpretamur, ext. de sentē. excommu. & est casus etiam, & ibi doct. in l. metum. §. sed licet. ff. de eo, quod met. caus. Nam et si is alienigena cernat quempiam opprimi, quem tamen defendere potuit, & protegere. humano iure nihil damni incurrit, nec oppresso vllā iniuriā inferre dicitur, tamen si defendere potuit, & non fecit: quia in illius voluntate totum situm est, vt oppressum defendat, aut non defendat, vt est textus, & ibi Bald. & Raph. in l. filio pater, ff. de leg. j. Nicol. Boërius in suis de cisionib. aureis, q. lxxxij. nu. 6. Quocirca t nullum crimē non defendendo, cūm possit, committit, quanquam non ferendo auxilium, si quando potuerat, & oppressum ita negligendo, videatur oppressori fauere, ac esse particeps propterea culpæ. ita dicit ad literam text. in d. c. dilecto. versū. & quidem cūm liceat. Huic loco non inconcinne adiciuntur tres cōclusiones. Prima: Consentiens t per negligentiam, de iure ciuili non tenetur, quia nemo tenetur obuiare delicto, & malū alteri illatū perpetuò defendendo propellere. Ita dicit

glos.



- glo. in l. culpa caret. ff. de re-  
gu. iuris. Bart. in l. ij. §. sed in §  
eo. ff. ad S. C. Sylla. Bart. in d.  
l. metum. §. sed licet. per il-  
lū tex. in quo dicitur. Quòd  
6 † licet pecuniam pro altero  
defendendo accipere: ex quo  
colligitur, quòd iure ad de-  
fensionem alterius nemo te-  
neatur. Nam si quis iure ad  
alterius obligatus esset de-  
fensionem, nulla ratione pe-  
cuniam accipere posset, per  
text. in l. Iurifgentium. §. Si  
ob maleficium. ff. de pact. vbi  
quis non debet accipere pe-  
cuniam pro eo faciēdo, quod  
de iure communi facere ten-  
netur. Et hanc opinionem vi-  
detur tenere glossa in capit.  
quantæ. ext. de senten. excom-  
mun. & sequitur Salic. in l.  
quisquis. §. i. id quod. C. ad l. lu-  
li. Maiestatis. Abbas in cap.  
j. de offic. delega. Et hæc est  
communis omnium opinio:  
licet quidam respondeant ad  
text. præallega. vt Philippus  
Decius in dicto cap. j. de offi.  
delegat. Ex his inferit Baldus  
7 in dicta l. vt vim. quòd † si po-  
tuit iuuare aliquem oppres-  
sum clamādo, & non feci, de  
iure ciuili ad hoc non ten-  
neor, similiter si sciebam,  
quod Mæuius velit occi-  
dere Sempronium, idque illi  
non significauerim, nec dixe-  
rim, illud similiter dicere  
non teneor. Verum ista pri-  
ma conclusio limitanda est.  
Primò † in seruo, qui cum po-  
test, non defendit dominum,  
quia punitur poena vltimi  
supplicij, l. fin. C. de his quib.  
vt indig. l. j. ff. ad S. C. Syl. Ita  
intelligitur l. culpa caret,  
prius citata, si in ea sumas ar-  
gumentum à contrario sen-  
su. Secundò, † locum non ha-  
bet in crimine læsæ Maiesta-  
tis, cui defendēdæ omnes ex  
iure obligati sunt, si possint,  
l. quisquis. §. id quod. C. ad l.  
Iuliam Maiesta. Ex quo in-  
fert Bart. in l. j. §. occisorum,  
ff. ad S. C. Sylla. quòd sciens  
coniurationem contra Prin-  
cipem, punitur, si non reue-  
let, quia ita celādo, illius Ma-  
iestatem quum posset, nō de-  
fendit. Quam opinionem se-  
quuntur Abb. de Philip. De-  
cius in c. j. ext. de offic. & po-  
testate iudi. delegati. Tertio  
10 † nō habet locū, que prædicta  
sunt, in crimine parricidij:  
quia sciēs aliquē velle occide-  
re patrē aut filiū, grauissimè  
tacendo peccat, & ideò ob nō  
denuntiationē punitur. Tex.  
est in l. verum, in verb. cōscij  
criminis. ff. ad l. Pomp. de par-  
ric. Quanquā sint qui dicant,  
quòd debemus supplere, de  
cōscijs participibus, quam so-  
lutionem etiam habet Bald.  
in dicta l. quisquis. cuius ma-  
gna (haud dubiè) est autori-  
tas. Posset tamen aliquis acu-  
tior

tioris ingenij conscjos illos dicere esse eos, qui cum conscientia delicto fauebant. Ad hunc sensum quanquam ita conscjos intelligere possit: priori tamen opinioni magis, vt adhæreas, suaferim: atque hætenus ita in hac cōclusionone habita de iure sunt <sup>12</sup> ciuili. Secunda † autem conclusio est: De iure Canonico omnes tenentur obuiare delicto: Si enim (cū possent) malo non occurrerent, grauius ipi, nō præstando Christianum officium delinquerent. Text. est in dicto capit. quantæ, vbi dicitur, illos fauere alterius maleficio, qui cūm possint resistere, non resistunt. text. in capit. sicut dignum, §. illi etiam. ext. de homicid. In dicto capit. dilecto, in dicto cap. non inferenda. xxiiij. quæst. iij. capitu. fin. & capit. qui potest. eadem causa & quæstione. Et hanc opinionem tenet gloss. in d. l. culpa caret, licet Andreas Siculus in d. c. j. ext. de offic. & potesta. iud. delega. dicat hoc locum habere solum in foro conscientia, & Anto. de Butrio in dicto cap. quantæ, & Abbas in cap. j. de restit. spoliato. Philip. Decius tamen adheret priori opinioni, cūm textus præallegati loquatur simpliciter: & ideo intelligendos esse de foro conten-

tioso. Quum enim iura canonica aliter obtinere volunt in foro conscientia, quàm in foro contentioso, hoc clarè & separatim exprimere solent, capit. quicumque vult. xvij. quæst. iij. Vnde cūm hoc aperte nō exprimunt, tutior est opinio glo. Tertia cōclusio hæc sit: Negligens obuiare manifesto facinori, non punitur etiam de iure Canonico tanta pœna, quanta faciens, nisi esset prælatus, vel superior, qui vitis obuiare tenetur. ita tenet gloss. in c. j. de offic. & potesta. iudi. delegat. per tex. in c. nihil. & c. error. lxxiiij. distinct. cap. quantis. de regu. iur. lib. vj. Patri iura <sup>13</sup> † permittunt defendere filiū oppressum, atq; adeo, si tum oppressorem interficiat, culpa vacabit. Nam ea interemptio, coacta defensione excusabitur. Filius enim parentum suorum substantialis pars est, ex ipsorum visceribus genitus, & commune bonum coniugatorum, l. isti quidem. ff. de eo quod metus caus. in eo saluatur pater, & paterni nominis diuturnitas conseruatur, l. liberorum, & l. pronuntiato. §. finali. ff. de verbor. signific. Quod intelligas tam de naturalibus ac illegitimis, quàm legitimis filiis, oportet: quia natura communis est, l. hos accusa- re. §.



re. §. fina. ff. de accusatio. Nec potest constitutio naturam immutare, nec coarctare naturalia stimulos. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusat. tuto. Facit l. ij. & iij. ff. de libera. caus. Neque ista solum 16 de iuris ciuilibus intentione, sed de ipsa etiam rerum omnium probantur natura, cum vel animantia bruta, catulorum suorum ac partus sui salutem naturali quadam iustitia instat tueantur, quam omnibus animantibus naturæ sagacitas insæuit mirificè. † Patri similiter permit- 14 titur necessaria defensio filie, contra famulum, aut filiam constuprantem, aut filiam moribus, iudicisque apertis constuprare conantem, adeo ut si hunc oppressorem in furore interimat, culpa va- 15 cat. Patri † item concedunt iura, interficere quemcunque moechum filie suæ, si quando ambos in opere moechantes compererit: vel ad opus paratos domi suæ, aut domi filie suæ seu generi sui. l. quod ait lex. & l. marito. ff. ad legem Iuliam de adulter. Sed si moechum occidere velit, etiam filiam suam moecham occidat, oportet, aut saltem ita grauiter vulneret, ut foris & vulneribus declarare possit, se animum habuisse utrunque occidendi cupi-

dum, & ita si malum vlciscatur, nullo modo punitur, l. nihil interest. ff. ad leg. Iul. de adulteriis. sicuti postea declarabitur in cap. de adulterio. In hoc tamen nouissimo casu 16 nota sunt duo. † Primò, quod pater potest occidere adulterum & filiam. Maritus † autem uxorem im- 17 punit, nec occidere non potest, sed solum adulterum, l. nec in ea. l. patri. & l. nihil. ff. ad legem Iul. de adulter. dicta l. marito. sicuti mox probabitur. 18 † Item potest pater occidere filiam deprehensam, siue in domo sua, siue in domo generi, & tamen generus † potest 19 solum adulterum interficere, quem deprehendit in domo sua, non foris, dicta l. marito. Si quis autem roget, quænam sit ratio, quod patri dentur laxiores habent, quantum ad occisionem adulterantium, quam marito? Breuiter, in hoc Iurisconsultus assignat rationem in l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adult. versic. idè, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: ceterum marito & calor & impetus facile seuiantis fuit refræmandus. 20 Secundò, † est aduertendum, quod pater non potest occidere filiam in aliena domo repertam: licet possit occidere inuentam in domo propria

pria vel generi. l. quod ait  
 lex. ff. ad l. iul. de adulter. qui  
 text. causam addit, quòd ma  
 iorem ac dedecorosam ma  
 gis iniuriam putauit legisla  
 tor, quòd in domum patris  
 aut mariti ausa fuerit filia ad  
 21 ulterum inducere. † Permit  
 titur itè iura parentibus, con  
 sanguineis, affinis, tutori  
 bus, curatoribus, vel amicis  
 alicuius virginis, iuuenulæ,  
 aut honeste viduæ, defendere  
 suam filiam, virginè, aut ho  
 nestam viduam cõtra violentum  
 raptorem, & eas vi abdu  
 eere conantem: ita vt si eum  
 raptorè, cum omnibus etiam  
 cooperatoribus interimant,  
 culpa vacent & crimine. l. vni  
 ea. C. de raptu virg. & ibi Sal.  
 l. raptores, C. de epif. & cleri.  
 Huic seruiunt l. lex Cornel.  
 in princ. ff. de iniur. & ibi gl.  
 & Bar. in d. l. vt vim, & doct.  
 22 in d. l. j. C. vnde vi. † Permitti  
 tur item marito occidere eum,  
 quem comperit adulteratè  
 23 cum vxore sua. d. l. marito. ff.  
 ad l. iul. de adulter. & l. Grae  
 chus. C. eod. titu. Sed quid † si  
 occidat vxorem maritus: cer  
 tè propter iustum animi do  
 lorè excusatur à pœna l. Cor  
 nelia: & mitius punitur. l.  
 prima. §. item Diuus, ff. ad l.  
 Cornel. de sicar. & l. si adulte  
 rium cum incestu. §. Impera  
 tores. ff. ad l. iul. de adulter.  
 Istud limitationem recipit

vt non procedat de iure Ca  
 nonico: quia non est licitum  
 occidere vxorem: nec eam oc  
 cidens releuatur à peccato,  
 neque etiam minuitur pecca  
 tum. text. est in c. inter hæc,  
 xxxiij. quæst. ij. vbi dicit tex.  
 Quòd est licitum de iure Ca  
 nonico marito propriã vxore  
 interficere, etiam quem  
 admodum licet secundum le  
 gem mundanam: modò non  
 licet occidere vxorem secun  
 dum legem mundanam, nisi  
 quantum ad mitigationem  
 pœne. Ergo de iure canonico  
 per illum textum, etiã quan  
 tum ad mitigationem pœ  
 nalem, non licet occidere  
 vxorem. Et rationem istius  
 assignat tex. in cap. admonere,  
 eadè causã & quæstione,  
 quia Deus non vult mortem  
 peccatoris, sed vt potius con  
 uertatur ad pœnitentiam, &  
 viuat: iste autem maritus est  
 causã perditidis animæ eius.  
 24 Et est notandum † singulari  
 ter vnum circa hoc, quòd li  
 cet regulariter vxor propter  
 adulterium priuetur dote, vt  
 probatur in c. plerunq;, de do  
 na. inter vi. & vxor. & in singu  
 lari c. pen. ext. de cõsue. & ne  
 dum dotè perdit, sed etiã bo  
 na paraphernalia: vt voluit  
 gl. singularis in d. c. plerunq;,  
 quã ad hoc dicit mirabilem  
 Ludouicus Roma. in singul.  
 cccxj. incip. Propter adulte  
 rium



rium tamen, in hoc casu maritus vxorem interficiens, nō lucrabitur dotem. gloss. est in d. c. inter hæc. Marito † & patri etiam licitum est occidere seruum, quem reperit inhonestē ac impudicē iocantem cum vxore aut filia. Licitum † quoque marito est riualem suū occidere, aut eum quem adulterij cum vxore suspectum habet, qui que non cessat vxorem ad Venerem sollicitare, & cum ea colloqui non desinit, precipuē si hoc ei tertio coram tribus fide dignis prohibuerit. tex. est apertus in Authē. si quis ei, quem. C. ad leg. lul. de adulte. & in Authentic. vt liceat matri & auiz, §. his quoque. Pro quo facit text. notab. in c. ij. de cohabita. cleri. & mulier. in antiq. vbi probatur. Quod † communicari debet clericus, qui monitus non abstinet à colloquio inhonestarum mulierum. † Sicut marito permittitur occidere mœchum, in opere pro defensione vxoris, d. l. Gracchus, & d. l. marito, ita vxori permiffum est occidere mœcham in opere pro defensione mariti, quia spiritualiter sunt vniti vinculo fœderis, vniti (inquam) in carne vna, & vnum corpus esse censentur. c. admonere. xxxij. q. ij. l. iij. ff. de liber. causa. tameñ sint qui secus

arbitrentur, vxorem non posse defendere maritum, sicut nec agere pro eo causam. Sed horum opinio certē non minus est ridicula, quā naturali ratione casta. Nam si concubinis (vt mox infra) permittitur iusta sui amarij defensio, ne perdat ipsum, multo magis ea defensio cōcedēda est vxoribus pro salute maritorum, vt eos scilicet iusta ratione defendāt. à quibus ipsarum pendet salus, gloria, & plerunque vitę necessitas, teste Bald. in reper. l. j. C. vnde. vi. Pari † item ratione permittitur concubinario occidere mœchantem cum sua concubina, & contrā: propter immensam inter ipsos initā amicitiam, ac domesticam inter eos consuetudinem, & carnalem societatem, nō minori sepe amore flagrantem, quā in legitimo coniugio, l. si vxor. versicul. quod & in cōcubina. ff. ad l. lul. de adulter. l. quod ait Lex, ff. de diuort. & repudi. Sponsor † præterea fas est mœchantem cū sponsa sua occidere, propter zeli & amoris inter ipsos magnitudinem, quo alter alteri sic connectitur, non secus, quā si matrimoniali iure completo, mutuo iam essent cōiuncti: atque ob hoc, idem de sponsis & coniugatis hac in re semper est iudicium, l. ora

- oratio. ff. de sponsal. l. si vxor.  
 §. si minor. ff. ad leg. Iulianā de  
 adult. l. non sine. C. de bo. que  
 liber. & Bald. in præallegata  
 sua repeti. l. j. C. vnde vi. Per-
- 31 mittunt † iura filio occidere  
 oppressorem aliquē pro de-  
 fensione patris aut matris.
- 32 Idem † nepoti fas est occide-  
 re oppressorem pro defensio-  
 ne aui aut auia: adeo vt si  
 ipsos nō defenderent, scilicet
- 33 † Parentes, Auum, aut Auia, 38  
 contra oppressorem: tum fi-  
 lius, tū nepos in culpa essent  
 & crimine, cuius gratia, ceu 39  
 fautores, condemnandi fo-  
 rent, argum. l. vtrum, ff. ad l.  
 Pomp. de parricid. & §. aliud  
 quoque capitulum. in Authē.  
 vt cum de appella. cognoscat.
- 34 collat. viij. Fratri † similiter 40  
 occidere quēpiā permittitur  
 pro defensione fratris sui.
- 35 † Et vni cōscio viatori in iti-  
 nere permittitur occidere in-  
 uasorē pro defensione alterius  
 cōsocij sui in eodē itinere:  
 quod qui vnū inuadit, omnes  
 inuadere censetur, & singulis  
 cōmunem inferre injuriā, vt  
 notatur in l. item apud La-  
 beonem. §. tenetur, ff. de in-
- 36 iurijs, † Dominus tenetur de-  
 fendere conductum seruū  
 seu famulum. Et seruus † te-  
 netur ad alterius etiam in-  
 ternecionem defendere, ac  
 iuuare dominum suum, ar-  
 mis, clamoribus, alijsve iu-
- uandi rationibus, quas com-  
 minisci poterit, citra perso-  
 næ suæ periculum: licet serui  
 teneantur mori pro domi-  
 nis, l. cum dominus. ff. ad S.  
 C. Syl. Sed liberis licet se ex-  
 ponere morti pro domino,  
 non tamen coguntur. Huius  
 meminit Bald. in d. repetit. l.  
 j. C. vnde vi. qui nōnulla ibi-  
 dē adducit præsentī materię  
 admodum conuenientia, quē  
 videte. † Tenetur itē omnis  
 defendere eum, cui defensio-  
 nem promisit & addixit. Feu-  
 dator † similiter defendere  
 tenetur vasallum, seu feuda-  
 tarium suum: & contrā, feu-  
 datarius dominum seu feu-  
 datorem suum. Bald. in re-  
 pet. l. j. C. vnde vi. Licet quo-  
 40 que † filio occidere eum, quē  
 reperit actu adulterantem  
 vel incestuantem cum ma-  
 tre sua, aut cum vxore patris  
 sui, id est, nouerca. gloss. in l.  
 quod ait lex, ff. ad le. Iul. de  
 adulter. Angel, tamen in suo  
 tract. maleficiozum, in gloss.  
 super verb. *Che me hat adulte-  
 rato la miadena.* Cynus & Sa-  
 licet, in d. l. Gracchus, con-  
 trariam ac negatiuam opi-  
 nionem sustinent, quos ibi-  
 dem videte. Glossæ tamen  
 multi eō libentiùs assentiun-  
 tur, quòd filio acerbum sit  
 conspicerē matrem suā me-  
 retricari; atque adeo vix ani-  
 mo suo moderari posse, quo-



ties conspicit tantum scelus offerri à mœcho matri, quod ad ipsum vsque ignominiosè & cum summo dedecore deriuetur. Verùm omnia quæ hæcenus iure permilla diximus, si excusatione mereantur, oportet facta fuisse & fieri in ipsa animi impotentia, & in ardenti ob nefarij operis cõpertum actum furore, nõ post interualla temporis: atque ad eò etiam cum mode ratione ad talem defensionem requisita: non autem ex vindicta & vltione, l. quod ait lex, ff. ad le. lul. de adult. quia nulli vnquam permilla fuit vindicta, quàm soli Deo, & Iudici in iustitia Dei ministro, & ad mala punienda ex officio Dei vicario, & ad hoc constituto.

### De alijs homicidijs licitis.

C A P. LXXXI.  
S V M M A E.

- 1 *Hæstes in bello occidere, omnibus licet impunè. Item quosuis exules, hæstes patriæ, Turcas, & Christianæ fidei inimicos. uu. 2. 8. 9.*
- 3 *An occisor exulis, habilis sit publicis dignitatibus.*
- 4 *Homicidium quoduis, suo facto infames reddit.*
- 5 *Homicidia, sepius ex vindicta, quàm ex amore iustitiæ.*
- 6 *An occidens hannitum impunè,*

*peccet in foro conscientia. Iudex iusta occasione malefici, non peccat sed meretur.*

10 *Tortoribus licet occidere maleficos ex officio.*

11 *Iudici tortore carenti permittitur viles personas ad iustitiæ executionem cogere.*

12 *Eidem permittitur rusticorum currus ad eisdem actus sistere.*

13 *Priuatus à Iudice cogi potest, ad vendendum iustitiæ executioni idoneum.*

14 *Cõsiliu de proprijs aurigis habetis pro executionibus iustitiæ.*



ONCESSVM est iure hostes vel trãstrugas occidere in bello in subfidiu Principis, sub iuramẽto & ductu capitanei, l. iij. §. fin. ad l. Corn. de sicar. c. cum homo. xxij. q. v. l. proditores. ff. de re milita. Et si bellu (vt ferunt) iustu sit, occidẽs in eo hostem, contra leges nõ peccat, de quo latiùs sumus tractaturi, c. proximè sequente. Cõcessum est item interficere exules, atq; hostes quoscuq; patriæ, qui per latam sententiam ad interficiendum damnati sunt. Quoniã autem hęc nobis sermo fuit de interfectione exulum aut hannitorum, obiter hic mihi subiit non indigna quæstio: † An talis occisor exulis, post homicidiu habilis sit ad publicas digni

dignitates gerendū: potissimum, quum ius municipale omnes homicidas ab eis arceat & excludat? Ad quā quæstionem breuiter respondendum mihi videtur: Tales homicidas † omnibus dignitatibus publicis esse indignos: quod homicidio ipso, licet tolerabili, non tamen laudabili, facti sint infames: & talia homicidia sæpe etiam ex vlciscendi libidine, & ex inimicitia committant potius, quàm ex amore iustitiæ: quod † Iudex ipse nõ eo animo facit, sed pro executione iustitiæ, & ex necessitate officij: & ideo verba odij nõ debent ad illum trahi, argu. l. quam. uis, & quod ibi per Doct. in q. de barbitōfore, ff. de in ius vocando. Si autem ius municipale ita esset constitutum, vt exules quibusuis licitè & impunè occidere liceret, in eo casu homicidium nullo modo maleficium esset, propter illum aduerbium (licitè) adiunctum. Ita pulchrè Bald. in l. decuriones. in fi. in verb. Et hoc est vtile scire. C. ex quibus causis alicui infamia irrogatur, l. iij. §. transfugas, ff. ad le. Cor. de sicar. & l. j. & ij. C. quando liceat vnicuique sine iudi. se vindic. Sed hinc rursus alia se profert quæstio: 8

6 An occidens † bannitum, impunè ad prædictā formā sta-

tuti, peccat in foro conscientia: vbi reperias, qui affirmatiuam partem amplectantur, allegantes c. inter hæc, xxxij. q. ij. Mihi tamen apparet cōtrariū, salua interim pace rectius sententiū. Talis enim occidēs, quicquid facit, autoritate legis facit, & ita vt minister & executor legis habēdus est. Vnde sicut Iudex † puniēdo & occidendo malefactorem secundum formam legis non peccat, imò meretur, vt xxij. q. v. quasi per totam q. & maxime c. reos, ita & iste, qui hoc facit autoritate legis, & ob vindictā & utilitatem publicam. Atq; tantò apparebit hæc opinio verior, si solo vindictæ zelo & publicæ utilitatis ratione semotum fuisse confirmet ac testetur: secūs verò atque inexcusabilior, si liuore & delectatione effundēdi sanguinem humanum percitum, id tantum fecisse constiterit: tunc enim peccaret mortali-ter. Possent hic plures alia oriri quæstiones, nempe an pater bannitus possit occidi à filio? dominus à seruo, vasallo, vel liberto? & his non dissimiles, quas compēdij gratia omitto, & studio-fo indagandas relinquo. Omnibus † item iurè conceditur interficere Turcas, Sarracenos, & fidei Christianæ



inimicos, pro defensione fidei catholice. Facit l. j. secundum Bart. C. de pag. & sacrificiis eorum, & l. final. & ibi Bal. C. de postliminio reuers. cap. noli, xxij. quest. j. ca. displicet, & c. si non. xxij. q. iij.

9 Interficere licet item hostes tuos, pro defensione ciuitatis aut patrie tue, in qua natus

10 es. Occidere licet ei, cui hoc ex iudicis autoritate commissum est, ministro nempe iusticie; veluti tortoribus, lictoribus & carnificibus, cap. de occidendis, cap. miles, cap. cum homo, & c. homicidium, xxij. q. v. Circa hoc postremum autem (ubi de iusticie execute

11 tor agit) animaduertendum est: quod licet iudex ministrum iusticie seu carnificem non habens, possit pro execute iusticia post sententiam capitalem apprehendere quemlibet nebulonem vilem, aut aliqui simplicem personarum, etiam inuitam & reluctantem, modo ea vilis sit, ut ea (ob defectum carnificis) carnificis officio in execute iusticia fungatur. ita habet Flo. in l. liber homo, in ij. colam. ff. ad l. Aquil. ubi inquit Gulielmum de Cuneo hoc voluisse in l. final. §. fin. ff. de pignora. act. & ibi Bartol. expressè illius meminit, subiiciens: Quod

12 iudici etiam liceat, alterius etiam inuiti capere currum,

& equos, aut iumenta, quibus ad iusticie executionem utatur. nepe ut maleficos, aut instrumeta, aut materias quasuis ad iusticia necessarias vehat ad locum supplicij, quod sequitur Flor. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Cui admodum seruit dictum lo. And. in addit. ad Spec. tit. de executione. in rubr. ubi (quod maius est) dicit, Quod priuatus à iudice potest cogi, ut fundum iusticie idoneum & commodum vendat, ad erigendas ibidem furcas. Cuius latius meminit Alexand. in addit. ad Bart. in dicta l. fin. ff. de pignora. actio. Hæc autem tamen si ita iure habeantur, ut superiori modo inuiti cogi possint: ne tamen multa hinc emergant incommoda, & pericula, pugne aut homicidia, nepe simplices rustici ad inuitas cogantur operas, quas infames putant, & superstitionibus aliquantò addictiores, quam par est, credunt hinc aliter equorum suorum, aut ambos morte mox perituros, si maleficos ad crucem vehant: ne (inquam) huiusmodi mala contingant, sed ut omnia dissidia vitentur, & omnium animis & rationabilibus voluntatibus obsequatur non abs re facturos Magistratus putarem, si singula ciuitates suos in hunc usum prop

proprios haberēt currus, aut  
proprios aurigas stipendia-  
rios ad eas operas instructos.

## De bello.

CAP. LXXXII.

SVMMAE.

- 1 Bellorum mala potissima.
  - 2 Non ex leui causa bella susci-  
pienda.
  - 3 Non satis tutum de bellis multa  
conscribere.
  - 4 Iusta bella permessa sunt iure  
gentium, naturali, canonum, et  
diuino.
  - 5 In iustis bellis, qui hostē occidit,  
non tenetur de homicidio.
  - 6 In iustis bellis, omnis depraedatio  
vt iusta permittitur.
  - 7 In Christianorum bellis capti, nō  
sunt capientium.
  - 8 Captiuitas Christianorum, re-  
demptione pecuniaria commu-  
tatur.
  - 9 Præda mobilium in bello, per  
duces prædatoribus distribuenda.
  - 10 Viri prædas singulas singulis  
permittit.
  - 11 Occupatio rerum immobilium ad  
Principem pertinet.
  - 12 Vt bella iusta habeantur, requi-  
ritur personarum idoneitas, ius-  
ta causa, recta intentio, & au-  
toritas Principis.
  - 13 Iri ecclesiastici bellis gerendus  
in iudicio.
  - 14 Ecclesiasticis permittitur in  
iustis bellis, vt opem conferant
- opibus.
  - 15 Iusta belli ratio est defensio sui,  
defensio suorum, defensio glorie  
& dignitatis suæ recuperatio  
rerum iniq̄ue ablatarū, defen-  
sio libertatis reipubl. & fidei ca-  
tholica.
  - 16 Recta belli intentio est quæ assu-  
mitur nō ex prædominandi li-  
bidine, non ex odio, non ex inui-  
dia, non vt alius sua eripiat, sed  
ex legitimis & vrgētibus causis.
  - 17 Autoritas belli est, cum sit ex  
mandato Principis.
  - 18 Soli Pontifici, & Imperatori ius  
ra permittunt bella indicere.
  - 19 Reges citra decretum Impera-  
toris bella gerentes, sua propria  
autoritate vtuntur, iure abusu-  
tuntur.
  - 20 Bellū gerēs citra auctoritatem  
sui superioris, crimen læsæ Ma-  
iestatis committit.
  - 21 Bellum Romanum, id est, pro de-  
fensione fidei, iustum est.
  - 22 Item iudiciale, id est, Principis  
contra subditos.
  - 23 Item præsumptuosum, id est, sub-  
ditorū cōtra Principē iniustum.
  - 24 Item licitū, id est, pro defensione  
sui, & suorum est iustum.
  - 25 Item temerarium, id est, contra  
auctoritatem iuris iniustum.
  - 26 Item vilitarium, id est, ex am-  
bitione, vel auaritia, iniustum.
  - 27 Item necessarium, id est, pro de-  
fensione familie, &c. iustum.
  - 28 Autores aliquot iuridici de bel-  
lo tractantes.





GERESSVRVS  
 proximum ca 2  
 put de bellis,  
 prius concepe  
 ram multa de  
 bellorū ratio-  
 ne cōscribere, vnde & ex qui  
 bus causis ea oriri cōueniat:  
 quę bella censenda sint iusta,  
 quę iniusta: quid in illis, quid  
 que in istis aut iustē aut ini-  
 quē fieri soleat. Quę cōmo-  
 da ex iustis bellis: quę cōtrā  
 incōmoda ex iniquis bellis  
 proficisci soleant: postremò  
 quām horrenda, ac deploran-  
 da sint pleraq; Christianorū  
 bella, vt à pio quouis viro la-  
 trocinia ac omnium malorū 3  
 lerna dici possint potius, quā  
 bella. In quibus atrocissī-  
 ma (proh dolor) comperimus  
 regnare facinora, non quòd  
 ea Principes velint, aut tole-  
 rent: sed quòd ea omnia, bel-  
 lorum tumultus non secus  
 quām vmbra corpus cōsequi  
 soleāt: nempe, † blasphemia,  
 sortilegia, diuinationes, cum  
 dæmonibus inita fœdera, si-  
 monia, hæreses, apostasia,  
 furta, (acrilegia, adulteria, in-  
 cestus, homicida, latrocinia,  
 rapina, incendia, monetarū  
 adulterationes, monopolia,  
 falsa quælibet, deflorationes,  
 stupra, Sodomitica, mutila-  
 tiones, iniuriæ, assassinatio-  
 nes, atq; his similia innume-  
 ra, quæ bellorū experti, tibi 4

certiori fide retulerint. Quā-  
 obrem † non leui ex causā  
 nemo non videt esse bella su-  
 scienda: quum isthæc mala  
 omnia in caput recidant illo-  
 rum, qui præter rationis equi-  
 tatem, & ex causis leuibus,  
 bellorum camarinam mouent.  
 Verùm quum de bello-  
 rum malitia, ac pacis cōmo-  
 dis multi, & potissimū ma-  
 gnus ille D. Erasmus, nostræ  
 ætatis ac totius Europæ de-  
 cus incomparabile, abundē  
 multa conscripserint, perpen-  
 di tandem non esse mearum  
 viriū, amplius ac absolutius  
 quiddā ea de re proferre pos-  
 se: deinde † cognoui non satis  
 tutum esse ea de re multa as-  
 serere: & os meū in cœlū (vt  
 dicūt) ponere, & Principū ani-  
 mos, & consilia, & gesta, meis  
 scriptis probare aut impro-  
 bare, malens hic prudenter  
 tacere, quām imprudenter si-  
 ne fructu multa effutire. Et  
 quāquam multa sint nostra-  
 rum bella profus execrāda,  
 vt in quibus regnēt iuxta de-  
 creta in c. noli. xxiii. q. ). nocē-  
 di cupiditas, vlciscendi crude-  
 litas, impacatus atque impla-  
 cabilis animus, feritas rebel-  
 landi, libido dominādi, & his  
 similia: sunt tamen alia bella  
 iusta & laudanda, eoque con-  
 cessa, non tantū iure gen-  
 tium, sed iure naturali, cano-  
 num, & iure diuino. † Primò si  
 quid

quidem iure, scilicet iure gentium, introducta bella sunt, l. ex hoc iure gentium. ff. de iust. & iure, quæ non nisi pro rerum aut personarum iustitia prosequenda permittuntur, cap. iustum, xxij. q. ij. Secundò quidè iure, animalia bruta, instinctu naturali mouentur ad iniuriã propulsandã, l. j. §. cum arietes. ff. si quadrup. paup. fecisse dicat. Tertio itè iure canonum, cap. Dominus noster, xxij. quæst. per Innoc. in capi. olim, de restitu. spolia. Ad hoc facit, quod idè no. in c. postulasti, de foro cõ. peten. Quarto similiter diuino iure, filij Israel contra Amorrhæos terram ipsorum patribus repromissam adepti sunt, c. notandum. xxij. q. ij. hoc eodem iure, Judith vt liberaret populum, sua priuata manu Olofernem occidit: quia nullus erat in terris, qui de predictis iustitiam ministraret. De huiusmodi quoque carnalibus bellis iure diuino permisis pro iustitia cõsequenda, tota veteris testamenti pagina plena est, cap. nisi bella. xxij. q. j. Qui igitur plura desideret de bellis, alios authores lecturus consulat. Ego hinc nihil agere tãdem statui, quàm quæ hoc libro atque hac materia nostra de criminibus digna videbuntur. Quum igitur in

homicidiorum mentionem iusto ordine incidimus, ea quoque priuatim homicidia nobis tractanda sunt, quæ in bello contingunt. Quoscunque tigitur in iustis bellis aliquis occiderit, is iusto homicidio occidere dicitur, cum lex permittat eos occidere, l. iij. §. finali. ff. ad legem Cornel. de sicar. l. proditores, ff. de re militari. cap. cum homo. xxij. quæst. v. Ideoque nonnulli doctores autumant eos de occisionibus non teneri, neque apud mundum, neque in cõscientia apud Deum, potissimum: si ad bellum tale non vltro procurant avaritiæ, homicidij, gloriæ, aut lucri, sed tantum obedientiæ Principum suorum gratia: Et ad tale bellum non nisi si iniuncti, & coacti compellantur, vbi velint nolint, Principum placitis post iuramenti Sacramentum parere coguntur, cap. quid culpatur. xxij. quæst. j. Et quicquid in iisdem bellis aut capitur, aut furto vel prædatione tollitur id bene & iustè prædatum, aut captum voluit, adeo vt ad pro prios vsus iure, & in foro cõscientiæ illud pertinere debeat. Innoc. in cap. sicut. & in fra. ext. de iureiuran. Bartol. in l. hostes. ff. de capt. & postli. reuer. l. hostes. ff. de verborum significat. §. item ea,



quæ ex hostibus, Instit. de rer. 9  
 diuisi. l. si quid in bello, ff. de  
 capti, & postli. reuers. & ibi  
 Bart. Alber. de Rosa. & Alex.  
 notatur in c. olim, extr. de re-  
 stit. spoliato. Car. in Cle. ij. q.  
 iij. de re iudica. & idem Car-  
 di. in Cle. dudū, §. si. de sepul-  
 7 tur. Anima duertendum † ta-  
 men, quòd hodie ex cōmuni  
 obseruantia, & ex laudabili  
 int̄r Christianos recepta cō-  
 suetudine, quòd (inquam) ho- 10  
 mines capti non efficiuntur  
 capientiū, nec captori cedunt  
 in possessionem propriam, vt  
 olim in bellis gēcium, vbi ca-  
 pti captorum perpetua mane-  
 bant mancipia: apud Christia-  
 nos verò, mitius capiuntur.  
 8 Nam illa † captiuorum pro-  
 prietas cōmutata est redem-  
 ptionis pretio, quo sese è cap- 11  
 toris potestate liberant. de  
 quo Scribent. in l. manumif-  
 siones, ff. de iustit. & iur. Ita  
 habet D. Nicolaus Boërius  
 vir omnibus numeris absolu- 12  
 tissimus, in decisionibus suis  
 aureis, q. clxxvij. hanc autem  
 redemptionem, barbari Ran-  
 sonem siue financiam vocāt.  
 Qui Ranson, siue deditio-  
 nis pretium, aliàs capientis est,  
 aliàs ipsius Principis aut su-  
 perioris, vt commonstrat D. 13  
 Nicolaus Boërius in suis de-  
 cisionibus aureis, q. clxxvij.  
 Præda verò rerū mobilium,  
 quam butinum vocāt, an du-  
 9 cibis, † an captoribus tradī  
 debeat, Doct. disputāt. In hoc  
 tamen consentiunt, eam esse  
 capiētium: sed allatam, illicò  
 ducibus, aut superioribus tra-  
 dendam: nō vt eam sibi pro-  
 priam seruēt, sed vt eam mi-  
 litibus omnibus, qui commu-  
 ni periculo in eadem depræ-  
 datione fuerunt, ex æquo se-  
 cundum qualitatem perso-  
 narum distribuunt. Ego ta-  
 10 men † cum recepta consuetu-  
 dine censeo, captā eam præ-  
 dam non esse pro distributio-  
 ne superioribus tradendam,  
 sed relinquendam singulis  
 suis captoribus, vt hac spe  
 militum animos ad diligen-  
 tiorē deprædationem eri-  
 gerent, & vt quisque capiat,  
 quod capere potest. Cæterum  
 11 † prædæ vel occupatio rerum  
 immobilium, quando ipso-  
 rum sint Principum, hic ni-  
 hil dicendum esse putauī. De  
 his itē Domi. Nicolaus Boë-  
 rius, quæstione vt suprā. Iu-  
 12 sta autem † bella ea volunt,  
 in quibus quatuor simul con-  
 currunt; videlicet personæ  
 bellis idoneæ: iusta suscipien-  
 di belli causā: Recta inten-  
 tio: Autoritas & mandatum  
 Principis aut superioris. De  
 primo, † sciendum est, sacer-  
 dotes, & viros ecclesiasticos,  
 in ordinibus sacris constituto-  
 13 tos, in idoneos & inabiles  
 esse ad bella gerenda, & ad  
 bellor

bellorum officia: neque iis concessum esse alios occidere, seu aliorum effundere sanguinem, ca. si quis vult, xxvj. distinct. cap. j. c. si quis Episcopus, & capit. si vobis, xxij. 14  
 quæst. viij. Verùm † hoc ipsis iura permittunt, vt in iustis bellis, aliis militantibus, opibus, consiliis, adhortationibus suppetias ferant, vt alacrius pugnent pro defensione fidei catholicæ, vt bona Ecclesiæ & libertatem Ecclesiasticam fortius defendant, patriamque & rempublicam tuteantur, pugnantes pro focis, & aris: verùm negatur ipsis ne proclamant: occidite, occidite. d. cap. si vobis, xxij. quæst. viij. iustæ autem belli assumendi rationes sunt, propria defensio sui ipsius, defensio suorum honorum, amicorum, cognatorum, & affinium. Deinde maiestatis, di- 15  
 tionis, ac celsitudinis suæ defensio: ad refarcienda ea omnia, quæ sibi vi ab hoste, aut ablata sunt, aut retenta, si qui dem aliter recuperari nõ possunt. Iusta præterea assumendi causa est, qua quis bellum indicit alteri, qui ex contemptu non vult iniqua bona aut feuda iniquè erepra, & occupata reddere. Nam si iniquus possessor ratione, & consiliis 19  
 se ab iniquis liberare detrectat, vi & armis ad restitucio-

nem cogendus est. In summa, ex iustæ belli assumendi rationes habentur, quæ pacis ac tranquillitatis reipublicæ, verè excusantur, non ob alias causas. Recta verò intentione bella indicuntur, quoties non ex dominandi furiosa libidine, non ex odio, aut invidia alterius, non ob vindictæ causam, c. quid culpatur, xxij. quæstio. j. neque vt cuiquam sua iniuste quis eripiat, sed ex causis tantum superius enarratis suscipiuntur. Autoritate postremo bel- 17  
 la † permittuntur, quando ex mandato & iussu Principis indicuntur, & incipiuntur, & peraguntur: nulli enim alij fas est bellum alicui indicere, & suscipere, nisi solis Principibus, qui non agnoscunt se superiores, quales sunt Summus Pontifex, & Imperator. 18  
 Cæteri † enim reges, quales sunt rex Fræciæ, Angliæ, Hispaniæ, Scotiæ, Hungariæ, Bohemiæ, Daciæ, & similes, adhuc Comites, Duces, & reliqui subsidiarij Principes, bella gerere iure nõ debent. Quod si faciant, non ex iure, sed ex sua autoritate propria faciunt, qua cõtra veritatem, & iustitiam cõtendunt, nulli esse subiectam. Atq; ob hanc temeritatem & falsam persuasionem sæpenumero contra iuris æquitatem (qua omnes



Reges vni capiti subsunt) alius Principibus, citra Imperatoris autoritatē bella mouent: imò caput autoritatis, Imperatorē ipsum oppugnare nō metuunt. Quisquis autem bellum citra † sui superioris autoritatem indicit, is crimini læsæ Maiestatis sit obnoxius, nisi illud bellum indicendum subito coarretur, ita vt illicò ob subitū periculum imminēs, suscipiendum foret ob salutem propriam, aut patriæ. Bellum † quod summus Pontifex, aut Imperator suscipit pro defensione fidei Catholicæ, ad arcendos, & fugandos Turcas, Sarracenos, aut similes fidei nostræ inimicos: aut quod cōtra Hæreticos suscipitur ob rectam, & religiosam illam, & fidem intentionem, iustum bellū vocatur: atq; adeò bellum Romanū, quod Roma ceu caput nostræ religionis, & fidei, huiusmodi bella per Romanū Pontificem, præcipuè per exhortationem Imperatoris, ac imperij Principum, mouere soleat, & propriè debeat, c. excommunicamus, ij. ext. de hæret. c. hec est fides, & c. quoniã, xxiii. q. j. & c. ij. §. pe ext. de sum. Trin. & fid. catho. Atque ob hanc iustissimi belli gestu rationem, Imperatores Aquila Romana pro insignibus, & gloria

donantur, quam in omnibus bellis, etiam nō pro insignibus gloriosis ostētant. Bellū, quod † Princeps quispiam suscipit cōtra suos subditos rebelles, vt subseruiat, vel coacti suis legibus, & iurisdictionibus, & statutis pareant, & obediant, simili ter iustū bellum dicendum est: vocatur enim ob id bellum iudiciale, l. continet. §. j. ff. de eo quod met. cau. l. iij. & iij. ff. de iurisdic. omnium iudic. c. dilecto. de senten. excōm. lib. 6. † Contrà, bellum quod subditi mouent contra suum Principem, bellum est iniustū, & vocatur bellum præsumptuosum, argu. de pæn. dif. vj. §. j. ad fi. c. si quis, ext. de maiori. & obediē. l. qui restituere, ff. de rei vëdic. l. iij. ff. ne vis fiat ei, qui in possess. missus est. Quod intelligendum est, nisi Princeps ipsis denegaret iustitiæ administrationem, quam aliundè sibi recipere nō possent. Bellum † quod assumitur pro defensione propria, aut rerū suarum, aut pro recu perãdis suis vi ablati, etiam iustū bellū vocadum est: modò id bellum quis instituat subito, & in ipso furore, sine temporis interuallo: vocatur autè hoc bellū, bellū licitū, c. si verò, j. §. nec ille, ext. de senten. excōmuni. l. j. & ij. C. quãdo liceat vnic. sine iudice se vindi.

vindi. Verū si superioris deesse copia, à quo impetrandus esset consensus belligerendi, in eo casu licitū esse bellū cū interuallo temporis ex causis dictis suscipere. Bellū t̄ vero, quod suscipitur, aut geritur, aut defenditur cōtra auctoritatem iuris, & cōtra eos, quibus sese iuste defendere licet, planē iniquū est, & iniustum: quod iura vocant bellū temerarium: nā & is qui defendit se contra auctoritatem iuris, temerariē se defendit: 25  
 prudentius autē faceret, si mature respiciēs vitā suam corrigeret, c. cū non ab homine. ext. de iudic. c. perpendimus, & c. cōringit, ij. ext. de sentē. 26  
 excōmuni. Iniusta t̄ quoque bella sunt, quæ Principes ex ambitione & ex prædominādi libidine suscipiunt, vt vicinis Principibus noceant, vt potestātē ipsorum diminuāt, vt ex avaritiæ ratione (quæ tamē est charitatis toxicum, teste S. Augustino) latius contra æquitatē per vim suā ditionē proferant, sibi aliorum finibus per vim adiectis, ob quā iniquitatem huiuscemodi bella, vocant bellā voluntaria, quibus Principes nostri temporis nimis quāta libenter, & æquo vtuntur frequen- 27  
 tius. t̄ Bellam autem, quod suscipitur coactē pro defensione vxoris, liberorum, agrotū,

patriæ, aut ciuitatis suæ, prorsus est licitū, & iustū: adeo vt tale vocari velint bellū necesse sariū. c. dilecto, de sentē. excōmuni. lib. vj. c. sicut, iij. §. vlti. ext. de iureiuran. c. olim. in fine, extr. de restitu. spolia. c. si verò, §. j. ext. de senten. excōmuni. Ex iam dictis hoc præfenti capite satis perspicuum esse puto, an licitum sit bella gerere, & quibus ex causis potissimū fiant licita vel illicita, iusta aut iniusta. Qui tamē plura de bellis desideret is legat S. Thomā, secunda ij. q. xl. artic. j. Hostien. & Geminianū in c. j. de homici. li. vj. Ioannem Lup. in Dialogo de cōfederatione Principū. Atque eundē in suo tract. de bello & bellatoribus: Item Martinum Garritum Laudēsem in suo tract. de bello. D. Antonium Corsetū in quāta & vltima parte tractatus, de potestate & excellētia regia. Item & his similes, qui magis arridebunt animo.

## De Assassiniis.

C A P. LXXXIII.

S Y M M A E.

1 *Assasini qui dicantur.*2 *Assasinoꝝ crimen, & pœna debita.*3 *Assasini consummatus, simplicis homicidio maior est.*

Delict



- 4 Delictum mercede interueniente fit intensius.
- 5 Assassinos conuictos, omnibus im punè occidere licet.
- 6 Assassinator id est, mandās, assassinus id est, sese locans, assassinorum hospes, & assassinis subsidium ferens, pari pœna plectēdi.
- 7 Assassinorum & assassinis fauentium bona, post factum adijcenda sisco.
- 8 Assassinator penitens & assassinus penitens ante factum, leuius puniendi. & nume. 9.
- 10 Assassinatus in muliere prœgnante committitur.
- 11 Assassinatus enormitas.
- 12 Assassinatorum penitētia & reuocatio, quādo pœnam mitigēt.
- 13 Assassinatus, vocabulum barbarum.



- 1 **A**SSASINI sunt occisores & conductitij, hoc est scelerati sicarij milites aut emeriti, aut exautorari, ad hoc ab alijs mercede cōducti, præcijs aut præmio, vt alios (in quorum necem coniurarunt) incautos opprimant: oppressos miserè & subdolè, vbi & quando sese commoda præbebit occasio, necēt, & interimant. Tales item sunt, qui idem præstant, sub alicuius ducis iuramento adhuc militātes. Huiusmodi igitur & assassini simul atq; suā operam

ad alicuius occisionem alteri addixerunt, ob pollicitū præmium, & ob pactā pecuniā, homicidij criminis Rei illi cō fiunt, & vltimo supplicio plectandi sunt: etiam si facti, & re nūquam tale homicidiū committat, c. j. & ibi glos. in verb. mādauerit, de homicid. lib. vj. Bart. in l. Cicero. ff. de pœnis. & in l. non solūm. §. si mandato meo. ff. de iniur. Si verò scelus tandem ex pacto perpetrariint, tam grauius illi, quā pro simplici homicidio puniendi sunt, quando ipsum etiam delictum quod pecuniæ gratia & cōmittitur, enormius sit, quā quod citra pecuniæ mercedem percipitur, ideoque pœna debita grauius etiā intenditur. Bal. in l. nō ideò, in princ. de accusat. Faciunt quæ habentur in l. ij. §. si. ff. de eo, per quē fact. erit. Panor. in cap. at si clerici, extrā de iudic. D. Fredericus Schëck in triade sua cap. iij. de his quæ iudicibus obici & opponi possunt. Huiusmodi & præterea assassinos, & homicidas conductitios omnibus & passim iura (citra hoc vt vllam humanam pœnam incurrant) interimere permittunt: potissimū autē quando talis criminis Rei defamantur, & per iudicem conuicti fuerint. Angel. in consilio incipiente, Nos Carolus.

6 Alex. in l. iij. §. j. ff. ad l. Cor. de sicar. quisquis autem hu-  
iusmodi nefarios assassinos  
conducit, ipsisque præmium  
& mercedem statuit aut nu-  
merat, assassinatorem voca-  
mus, qui non secus puniendus  
est per iustitiam, quàm ipse  
principalis perpetrator, dicto  
capit. j. iuncta glossa in verb.  
mandauerit, de homicid. lib.  
vj. Quin & eadē parique pœ-  
na multandus est, quisquis  
dictos assassinos hospitio reci-  
pit, defendit, abscondit, aut ex  
simili favore vllū subsidium  
confert. Hoc præterea nefa-  
rium & malum, id est, assassina-  
tum, iura adeo habent exo-  
sum, vt præter corporalem  
mortem, tum assassinatorum,  
tum assassinorū bona omnia,  
(præcipuè post factum) dein-  
de etiam ipsorum fautorum  
bona fisco adiicienda statue-  
rint. l. j. & ij. C. de his, qui la-  
tro. occulta. iuncta glossa in  
verb. eos, multas concordan-  
tias allegante: pessimū enim  
genus est receptatorum, sine  
quibus latere nemo diu po-  
test. l. j. ff. de receptatoribus,  
nisi ij assassini aut assassinato-  
res ciues essent talium ciuita-  
rum, quæ per priuilegium,  
longam consuetudinem aut  
possessionem, aut aliis ex  
causis liberæ essent, & pri-  
uilegiatæ ab omni bonorum  
confiscatione: qualis est ciui-

8 ras nostra Brugenfis, & aliæ  
huiusmodi. Verum, non inu-  
tilis hic moueri posset qua-  
stio, nempe, Si conductor ille  
pœnitentia tandem ductus,  
adeat cōductorium suum mi-  
litè, dicens, sese pœnitere pa-  
cti, neq; vllō modo velle, vt ex  
statuto pacto, aut ex cōducta  
mercede & mandato, facinus  
committat, sed potius horte-  
tur & mander, ne tale homi-  
cidium conspiratum vlla ra-  
tione tentet aut perficiat, An  
talis cōductor pœnitens pari  
& tam graui pœna ple-  
tendus sit, ac si nunquam  
pœnituisset. & sententiam  
non reuocasset? Hanc qua-  
stionem luculenter resoluit  
D. Hippol. de Marsil. in suis  
cōsiliis, consi. cv. incip. Cordi  
meo. vbi apertè vult eū post  
pœnitentiam & per reuoca-  
tionem mitius puniendum  
esse, & citra mortè, præcipuè  
si pœnitens eā reuocationem  
fecerit re adhuc integra &  
infecta, hoc est, si ille condu-  
ctus nihil apparatus, nihil  
violentiæ adhuc fecisset, & si  
ad perpetrationem necdū se  
armasset, aut ad locū cōmit-  
tendi criminis nondum iuis-  
set. Atque hæc Hippol. sen-  
tentia (mea quidem opinio-  
ne) videtur certissima, & æ-  
quissima, tametsi sint qui  
contra rationem ipsius sen-  
tentia refragari videantur.

Plura



Plura enim (vt idem Hippoly. eodem loco narrat) iura sunt & rationes æquiores, tam diuinæ, quàm humanæ, quæ faciunt pro peccatis peccatis, adeoque reuocantis absolutione, quàm pro ipsius condemnatione: atque hinc non est puniendus poena ordinaria, sed extraordinaria. Ad hæc eodem consilio in fine, numero 39. & 40. clarius confirmat poenitentiam & affectum relapsentis, in quibusuis criminibus etiam enormibus, prodesse debere, iuxta textum, in l. qui falsam. ff. de fals. & iuxta Bald. in l. iij. colum. j. C. de ser. fugiti. vbi vult affectum leuius puniendum, quàm delictum: deinde multum esse differentiam inter delictum ordinatum, & delictum consummatum & perfectum, eoque alterum alterò lenius puniendum. Quare si delictum consummatum puniatur poena mortis tantum, delictum ordinatum, id est non consummatum, non est tam graui poena, scilicet mortis puniendum, sed poena mitiori, & citra mortem.

9 Ex hac enarrata & questione correlatiue nascitur alia similis questio, de milite conducto & poenitente: veluti si miles ille conducticius post pactum, post mercedem acceptam, tandem poenitentia mo-

ritus, factum promissum petrare noluerit, sed ad conductorem suum redeat, dicens, se iniquè egisse, & poenitentia ductum, nulla ratione tale crimen committere velle: An is conductus miles poenitens æquali poena puniendus sit, ac si nulla poenitentia per motus, facinus suum perpetrasset? Ad quam questionem pari ratione conuenit illa superior Hippoly. sententia: quia correlatiuorum criminum idem semper censendum est iudicium, teste D. Nicolao Euerardi in suo Topicorum lib. de correlatiuis. Si igitur re adhuc integra, & ante aliqua præparata, & ante ullam vim illatam ita poeniteat. malum animum reuocet, & facto renunciet, mitius quidem, & citra mortem, extra ordinem etiam puniendus est, vti conductor ille poenitens superior. Eparatis & assassinatorum criminibus, non admodum absimile videtur illud scelus, quod usu uenit mulieribus prægnantibus, veluti si mulier scetu grauida. sui que pertæsa ponderis, & fructus venteris, aliam mulierem aut virum adeat, consiliumque petat, quomodo scetum in utero aut viuum enecet, aut non viuum abortiat & eiiciat. Si enim accepto consilio, consulens

tis operam precibus , præ-  
 mio, ac mercede conducatur, vt  
 oportatum præster, hoc est, vt  
 abortiuum factū pariat, tunc  
 post tale pactum inutum, &  
 ipsa conducens alterius ope-  
 ram, & ipsa vel ipse locans  
 suam operam, ambo simul  
 assassinij Rei fiunt: quod in-  
 telligendum est, tam de factu  
 non animato, quàm ani-  
 mato: † quandoquidem à ta-  
 li crimine propter ipsius tur-  
 pitudinem & enormitatem  
 (quam merces parit, & ma-  
 li patrandi promissum præ-  
 tium) non solum iura, sed  
 ipsa quoque natura profus  
 abhorreat. l. Cicero, ff. de pœ-  
 nis. suprâ allegata. Bartol. in  
 l. Diuus. ff. de extraordin. cri-  
 minibus. D. Paul. Grillandus  
 in suo tractatu de fortilegiis.  
 xiiij. quæst. num. 8. Quod au-  
 tem † de assassinatoris & as-  
 sasinij penitentiâ, crimen &  
 pœnam mitigâte dictum est,  
 de penitentiâ intelleximus,  
 quæ ante factum contingit, vti  
 hæctenus deinde de ea pœni-  
 tentiâ, quæ ante capturam,  
 citationem, aut delationem  
 contingit, pariter intelligen-  
 dum est. Nam si assassinator  
 & assassinus ea penitentiâ per-  
 agantur, post factum semel  
 tentatum, aut post præpara-  
 ratum, aut postquàm sense-  
 rint sese apud iudicem defa-  
 matos, aut delatos, aut si eius

criminis gratia citati fue-  
 rint, aut comprehensi: tunc  
 ea penitentiâ sera foret, nam  
 ea de ordinata pœna nihil  
 remittere posset, sed essent  
 ambo tunc plectendi, non se-  
 cus, quàm si crimen perpetra-  
 tū fuisset, scilicet vltimo sup-  
 plicio, vt antè. Cæterùm † hic  
 te rogatū velim candide Le-  
 ctor, ne doctas tuas offendât  
 aures hæc vocabula ( quibus  
 vsi sumus) assassinium, assasi-  
 natus, assassinator, & assasi-  
 nus, quum enim proprio de-  
 stitueremur vocabulo, rem  
 ipsam explicare oportebat vo-  
 cabulo ( licet incōdito) reper-  
 tu cōmodissimo: & quo do-  
 ctiores & ipsi practici vti non  
 verentur, teste etiam Bald. in  
 l. si accusatoribus. C. de accu-  
 sationibus.

### Qui excusandi ab ho- micidio.

CAP. LXXXIII.

S V M M A E.

Ab homicidio cōmisso quinam  
 excusentur. & nu. 6. 9. 15. 22.  
 27. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.  
 Infames ad septimum vsque an-  
 num censendi sunt.  
 Pueri doli capaces puniendi.  
 Minores septennio aliquando  
 doli capaces esse, exemplo pro-  
 batur.  
 Nostræ ætatis infantia, prisca  
 infantia deterior.

Furi



- 7 Furiosi iniuriam patiuntur, nul-  
lam inferunt.
- 8 Furiosus punitio sufficiens est, in-  
terna furoris vexatio.
- 10 Dormientes quadamtenus fu-  
riosi similes.
- 11 Furiosus ad possessionem capien-  
dam inhabilis.
- 12 Dormientes subinde alios occidunt
- 13 Dormiens, de consuetudo, ac futu-  
ro malo praescius non excusatur.
- 14 Putando arbores viatorem oc-  
cidens, non excusatur, si non praemonuerit.
- 16 Ebrietas ad malum patrādum  
captata, non excusat.
- 17 Ebrietas de iure excusat à tan-  
to, non à toto.
- 18 Ebrietas Loth incestum excu-  
sabat.
- 19 Ebrietas leuis ab homicidio non  
excusat.
- 20 Ebrisorum licentiam. compe-  
scunt Constitutio Caesarea.
- 21 Ebrietas ante diluuium inco-  
gnita.
- 23 Casus fortuitos, nullius consilium  
praevidet.
- 24 Homicidium casuale non ligat  
ad irregularitatem.
- 25 Homicidium casualis committens  
per negligentiam, sit irregula-  
ris.
- 26 Ab irregularitate homicidij  
casualis, facile absoluit S. Pon-  
tifex.
- 28 Partus menstruosi vnde pro-  
cedant.
- 29 Adultera plerumque producit  
partus marito similes.



VVM ante mu-  
ta de homici-  
diis egerimus,  
congruū fuerit  
hic pauculos re-  
ferre, qui ab homicidij crimi-  
ne excusentur. Ab homicidio  
† igitur excusantur pueri ac  
infantes, necdū doli, aut mali-  
tiae capaces, quod in homici-  
dio vero, malitiā & maleuolū  
animū adesse oporteat, qui  
in pueris nondum apparet.  
Ideoque si tales occidant ho-  
minem, nullo modo punien-  
di sunt. text. est in l. infans, &  
ibi latē D. Hipp. de Maris. ff.  
ad l. Corne. de sicar. Nec effi-  
ciuntur irregulares, Cle. vni-  
ca, de homicid. in Clementi.  
Rationem ponit. text. in d. l.  
infans, Nam infantes excusat  
& tueretur consilij innocentia  
& aetatis imbecillitas, ob quā  
necdum satis, quid agant, co-  
gnoscunt, l. j. versus finem. C.  
de fals. mone. Infantes au-  
tem eos iudica, † qui septen-  
nium nondum excefferunt, l.  
si infanti, C. de iure delibera.  
vbi doctores meminerunt  
differentiae inter infantem,  
puerum, pupillum, adolescen-  
tem, puberem, iuuenem, se-  
nem, & similes. Quod au-  
tem de infantium excusatio-  
ne dictum est, id cum limi-  
tatione & distinctione intel-  
ligendum est: nempe, si cum  
infantiae † aetate, doli non sint  
parti

participes. Nam si infans doli capax fuerit, tunc planè puniendus est, non tamen tam rigorosè sed mitius, propter ætatem, factum nonnihil excusantem, l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de minorib. & text. in c. fin. de senten. excommu. vbi glo. in verb. Pueris, tenet infantes posse doli esse capaces. Pro his facit text. in l. si alterius. C. si minor se maio. 4 dix. vbi dicitur, quòd † malitia ætatem suppleat. Et ita tenent Panor. & Ioan. And. in 6 c. j. de delict. puero. qui mouentur per illud, quod refert beatus Gregorius in quodã dialogo, diabolus scilicet eripuisse puerum quendam quinque annorum è manibus patris, iurantem & blasphemantem Deũ: quod Deus non permisisset, nisi ille infans fuisset doli capax. & huic opinioni adhæret Hippo. in d. l. infans. dicens, hodie infantes sexto ætatis suæ anno callidiores esse, & mali capaces, quàm olim fuerant anno quintodecimo. Quod 5 nos † quoque nostris temporibus, in quibus pueri nequiores sunt, & vitis magis dediti, quàm priscis fuerant temporibus. Atque hæc opinionum distinctio mihi videtur verisimilior, licet Barbat. in addi. ad Panor. in d. c. j. de delict. pue-

ro. reclamare videatur, per l. impuberem, ff. de furt. vbi dicit textũ dicere, infantem nõ posse esse doli capacem. Ego verò nego hoc textũ absolute & firmiter velle asserere, cum dubiè tantũ id opinetur, sicut facile indicat hoc verbũ, Putamus. Quod igitur textus iuris præsumptione verũ putauit, id Barbat. simpliciter & certũ & absolutũ esse asseruit, hoc est, minorẽ septennio non posse esse doli capacem. † Excusantur item hac ratione furiosi & phrenetici, qui ob animi impotentiam, mentis suæ nõ sunt cõpotes, eòq; ex deliberato animo nihil facientes, nec quid faciant, scientes: Nam tales nullo modo puniuntur, d. l. infans, ff. ad l. Corn. de sica. cũ eos fati infelicitas excuset, & mentis inopia. Ideòq; nec irregulares per factũ efficiuntur. d. Clement. vnica, de homicid. Etiam si matrem occidissent, l. pœna. §. si. ff. ad l. Pompe. de parric. Ratio est, quia delicta nõ committuntur sine consensu, l. j. ff. si qua dru. paupe. fecit. dic. furiosorum autem nullus est mentis ac voluntatis consensus, l. ij. C. de contrahen. emp. & vendit. Quocirca tales † furiosi ab aliis vim & iniuriam sæpe patiuntur: aliis verò iniuriã nullam inferre possunt, ob



quam per iustitiam plectendi foret. l. illud. §. sanè. ff. de iniuriis. Ideoque eorum facta, leges, vt fortuita & pro casibus & euentis accidentalibus, & sine facto personæ recipiunt, eoque impunita excusant. l. fina. ad finem, ff. de administra. tuto. Vnde si damnatum det furiosus, non tenetur lege Aquilia. l. sed etsi quemcunque. §. igitur iniuriam ff. ad l. Aquil. Alia prætereà † est ratio & naturalis magis, quòd furiosus satis suo furore torquetur ac punitur. l. diuus. ff. de offi. præsi. l. pœna. §. sanè. ff. ad l. Pomp. de parricid. Nec afflicto addenda est afflictio. l. nauis. ff. ad l. Rho. de iact. Istud tamen limitandum est, vt non stet excusatio, si deliquisset ante furorem: Nam si ante furorem deliquisset, tum vel in ipso etiã furore puniri posset, d. l. diuus. (vbi additur, morbo ipsius nullam tunc dandam esse veniam) Hippo. in l. j. ff. ad l. Cornel. de sicar. Pari † item causa excusandi sunt dormientes, vt probatur in Cle. vnica, de homicid. in Clementi. Ita tenet Bartol. in l. pœna. ff. ad l. Pompe. de parricidiis. volens illa commissã, quæ sunt in tali hominis operatione naturali, quæ sensu vacat & voluntatis, excusanda esse, si-

cut ea quæ à furiosis, & nihil intelligentibus committuntur, l. fluminum. §. vitium, ff. de damno infecto. & l. si seruus seruum. §. si fornicarius, & l. qui occidit. ff. ad l. Aquil. Comparantur † enim dormientes furiosis. text. optimus in c. maiores. §. fin. ext. de Baptif. Vnde tales dormientes facto aliò qui nefario, fortuito tamen & inscio, peccare non dicuntur, teste glossa in c. testamen. tum. vi. distinct. Vnde † quæ admodum furiosus alicuius rei possessionem non potest adipisci, ita nec dormiens. l. prima. §. adipiscimur. ff. de acquirèda vel admittèda possessione. Si quis † autem mirabundus roget, quomodo dormiens delinquere posset & aliquid cædere vel occidere? Huic responderi posset, quod Bartolus refert in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. quòd sunt, qui de nocte dormientes è lectis surgant. Et quòd viderit Pisanum quendam, qui alto sopor e pressus se è lecto erexit, seseque totum armabat, deinde per totam ciuitatem cantando cursitabat. Ad hæc refert Laurètius, & post eum Cardinalis Zabarella in Clementina vnica de homicidio. se quendam habuisse socium Anglicum, qui dormiens Parisiis de nocte exiuerat monaster

nasterium D. Benedicti vsque  
 ad flumen Sequanae, ubi &  
 puerum repertum interfece-  
 rat, atque idem domum re-  
 uersus adhuc dormiens col-  
 locauit se in lecto. Intelli-  
 gendum est autem dormien-  
 tem in suo commisso excu-  
 sandum esse, si id ipsi dor-  
 mienti nunquam contigisset,  
 & sibi euenturum non  
 13 prænouiſſet. Nam † si se ta-  
 lem cognosceret, & sciret se  
 in somnis aliis solere pernicio-  
 sum esse, teneretur tunc ex-  
 culpa: quia si talis esset natu-  
 ra, deberet curare, ut solus in  
 cubiculo dormiret, & cubicu-  
 lum ante somnū fortiter ob-  
 ferare, ne ipsi facilis daretur  
 exitus, Bart. in l. poena. ff. ad  
 14 l. Pomp. de parric. † ubi Bart.  
 talem dormientem confert  
 cum eo, qui arborem putan-  
 do, aliquē lædit, & prius eun-  
 dem prætereuntem nō præ-  
 monuit, ut sibi caueret: qui  
 ob silentium suum, & ob nō  
 præcautionē tenetur ex cul-  
 pa, l. si putator, ff. ad l. Aquil.  
 Atque hæc comparatio dor-  
 mientis cum arborum puta-  
 tore verior est, quàm si dor-  
 miens conferatur cum furio-  
 so: quia dormientis (ut illi pu-  
 tatori) impingitur, & assigna-  
 tur culpa: furioso verò mini-  
 mē, ut & superiora tibi facilē  
 monſtrauerint. Nec ab simili  
 15 titem eausſa excusandi sunt

illi potores, qui ita potu &  
 ebrietate sepulti sunt, ut quid  
 faciant, nesciant. text. est cla-  
 rus & apertus in c. sanē. cum  
 duobus capitulis ibi sequen-  
 tibus. xv. q. j. Salic. in l. j. C. ad  
 l. Cornel. de sicar. Alexā. post  
 Bart. in l. respiciendum. §. de-  
 linquūt. ff. de pœnis. & Hip-  
 polit. de Marfil. in l. j. ff. ad l.  
 16 Corn. de sicar. Ebruius enim  
 non consentit, c. si concupi-  
 scentia. xv. q. j. hoc intellige,  
 si eam ebrietatem non prius  
 dolose captauerint, nec ad  
 hoc computauerint, ut ma-  
 lum illud homicidium excu-  
 satiùs perpetrare possint.  
 17 In † ebrietate quoque hoc  
 obseruandum & notandum  
 est, quod licet ea ebrietas  
 qualiscunque non excuset  
 à toto (ne sua turpitudine  
 eis plenariam excusatio-  
 nem præbeat) eos tamen  
 excusat à tanto, l. omne de-  
 lictum. §. per vinum. ff. de  
 re milita. text. est in c. inebri-  
 auerunt Loth. xv. q. j. ubi  
 dicit text. Quod cum filia  
 18 † Loth inebriassent patrem,  
 & postea pater ebrius eas co-  
 gnouisset, nō tenebatur pater  
 de incestu, sed de ebrietate.  
 Ita decidit Sali. in l. j. C. ad l.  
 Cor. de sicar. ita Bart. in l. re-  
 spiciendum. §. delinquent. ff.  
 de pœnis. Idem Bartol. in l.  
 aut facta. ff. eod. tit. de pœnis.  
 Angel. Aret. in suo tract. ma-



lefiorum in glos. Sciēter &  
 19 dolosē. Hęc autem † quę de  
 ebrietate excusante diximus,  
 vera esse intellige de summa  
 & enormi ebrietate, quę que  
 tam vehemens est, vt homini  
 mentem & rationis vsum  
 adimat: non de ebrietate le-  
 ui & modica, quę non excu-  
 20 sat à pœna, Bald. in l. data  
 opera. C. qui accusare non  
 poss. Facit dicta l. ob delictū,  
 §. penult. Angel. in dicto suo  
 tract. maleficiorum, in verb.  
 Et ad colloquium, versic. sed  
 quid si quis propter ebrieta-  
 tem deliquerit, &c. Rursus  
 20 ebrietas illa † enormis, licet  
 facinoris partem ex iure e-  
 luat & excuset, Imperator ta-  
 men noster prudentissimus  
 Carolus v. vt immodicam &  
 nimiam homicidiorum com-  
 mittendorum ex ebrietate  
 frequētiā & licentiā mi-  
 nueret, & ad hoc malum faci-  
 lem aditum præcluderet, suis  
 edictis & diplomatibus anni  
 xxxj. cavit & iussit, ne tā faci-  
 le istis ebriosis homicidis lar-  
 giretur remissio. Sed si quan-  
 do tales comprehendi pos-  
 sint, voluit vt non leuiter pu-  
 nirentur, sed vt prius suppli-  
 cium ferrent ob turpē ebrie-  
 tatem: mox pro homicidio,  
 aut pro aliis criminibus ex  
 ebrietate commissis, puni-  
 21 tur. Isthec autem (de qua agi-  
 mus) ebrietas, † ante diluuiū

ignorabatur, vt quę à Noë  
 tantū inijtum sumpsit, qui  
 primus vineam plantauit; Et  
 Loth, quem Sodomia non  
 vicit, vna vicerunt, cap. sexto  
 die, xxxv. distinct. cōque ea  
 ebrietas omnium vitiorum  
 fomes ac nutritrix est, cap. ante  
 22 omnia, ead. distinctio. † Ex-  
 cusandi sunt præterea ab ho-  
 micidio (sicut & nōnihil an-  
 tē attigimus) qui illud per ac-  
 cidens committunt, non stu-  
 dio & voluntate, & exquisita  
 malitia, sed per casum & in-  
 felix infortunium, ludendo  
 vel iocādo in lulis permissis,  
 & omni cum moderamine  
 alterum incauti, aut cadē-  
 tes aut lædentes, sic vt ex ea  
 lēsiōne violenta, tādē mors  
 cōsequatur, tex. est in l. j. C. ad  
 l. Corn. de sicar. Vbi dicitur,  
 quę ex improviso casu po-  
 tius quā fraude accidunt,  
 fato plerunque, non noxę  
 imputantur. Pro his facit  
 textus in l. si fortuito, ff. de  
 incend. rui. & naufra. vbi pa-  
 tēt, quod licet puniantur pœ-  
 na grauissima immitentes  
 ignem in certum locum:  
 prout notatur in l. j. ff. ad l.  
 Cornel. de sicariis. lege, data  
 opera. C. de his, qui accusare  
 non possunt, per Bartol. in l.  
 nam & salutem. ff. de offic.  
 præfecti vigil. tamen si incen-  
 dium sit casu fortuito com-  
 missum, venia indiget. Ra-  
 tio

- 23 tio prædictorum est, † quia casum fortuitum nullum hominum consilium prævidere potest, l. ij. §. si eo tempore. ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertinē. l. fluminum. §. vitium. ff. de dam. infecto. Huc adde, quòd homicidium
- 24 † casuale non imputatur homicidæ, etiam ad irregularitatem. Textus est in cap. dilectus, de homicid. cū duobus sequētibus, vbi narratur: Qui dam sacerdos, qui cū fuisset quadam valetudine prægrauatus, & iam per diutinum tempus extenuatus, vè deperditam morbo esuriem tandem renouaret: equum suum valetudinis resarciendæ gratia conscendit: quem cū supra modum lasciuien-tem sentirer, ad eò vt frenum aliò qui forte & incorruptum excuteret & confringeret, nō potuit tum habenis destitutus regere, sed equus proteruiens, & procurans præter voluntatem tessoris, infantulum in vltis milierculæ interfecit seu occidit, decidit ibi tex. quòd non tenebatur ille sacerdos, nec irregularis
- 26 fuit: tum quia dabat operam rei licitæ: tum quia non erat in aliqua culpa. Ad idem est text. in cap. significasti, & cap. lator. de homicidio, vbi habetur casus de quodam clerico, qui alium clericum

habentem cultellum ad latus, proiecit in terram ludendo: cuius cultellus clericum, qui alium proiecerat, fortuito casu occidit: ille ad terram proiectus non efficitur irregularis. Ratio autem, quare homicida casualis non sit irregularis (licet iudex etiā iuste iudicans irregularitatem incurrat, cap. j. l. j. distinction. quia iudex per executionem officij condemnando hominem, incurrit irregularitatē: eò quòd ipse intendat delinquentis commissum, aut sanguine, aut morte punire: quo circa etiam minus aptus est sacris initiari ordinibus) est, quòd is committens casuale homicidium, nunquam in facto consensit. Limitanda

25 † sunt autem prædicta in homicida casuali, si dedit operam rei illicitæ, vel non adhibuit omnem diligentiam, c. presbyterum, & cap. continebatur, de homicid. in antiquis. tunc enim esset irregularis. Et licet non dispensetur facile cum homicidia voluntario. cap. miror. v. distinction. tamen discēsat summus Pontifex solus facile cum eo, qui commisit casuale homicidium: & Episcopus etiam in minoribus, vt notat Panor. in dicto cap. continebatur, per illum tex. & cap. ad audientiā, de homicid. dicēdo, quòd Ar.



chiepiscopus in d. cap. continetur. non dispensat iure suo, sed ex commissione Papali. Superioribus seruiunt text. in d. l. omne delictum. §. per vinum aut lasciuiam lapsis. ff. de re milita. gloss. in l. j. C. si quis impera. maled. Et l. si ex plagis. §. cum pila plures luderet. ff. ad l. Aquil. Qui tex. loquitur in pluribus pilaludentibus, quorum vnus alterum volentem pilam præripere impulit: non tamen extra naturam ludi: qui propter hoc cecidit. & crus fregit, aut mortuus est. Nam talis impellens secundum naturam ludi, non punitur: & de similibus ludis puerilibus vide pulchrè Petrum de Anchara. cõsilio cclxxxij. Excusantur

27 præterà ij, qui ex instinctu diuino homicidia committunt, ad eò vt sacræ literæ eos subinde laudent: veluti Helias, ad cuius preces ignis descendit de cælo, per què duos quinquagenarios occidit, & consumpsit: ita excusatur filius Eleazari sacerdos, qui & Iudæum coeuntē cum Madianara, & ipsam Madianitã simul gladio tranfixit, Nu. xxv. Et expurgatur S. Petrus, qui Ananiam & Sapphiram increpã mortis tradidit, Actũ §. Item occidit Phinees hominem ( inquit Chrysostomus, in cap. occidit, xxij. q.

vij.) & reputatum est illi ad iusticiam. Abraham quoque non tantum homicida, verum etiã filicida, aut (si mauis) patricida volũtate fuit. In hoc tamen factõ Deo ita placuit, vt nõ crudelitatis ea causa culparetur, sed pietatis potius & iustitiæ laudaretur, quòd ex obedientia tantum filiam occidere voluerit, dicto cap. occidit, xxij. q. vij. Plures itẽ qui ab homicidio ob iustitiã diuinam excusantur, decretorum liber plenius commemorat in cap. si illic, xxij. q. iij. cap. legi, cap. occidit, cap. Petrus, xxij. quæst. vij. Item excusantur occidentes mulierum partus monstrosos, prodigiosos, hoc est, ab omni humana forma & specie alienos sed bruti cuiuspiam formam referentes. Tales enim partus neuti quã baptizandi sunt, sed illicò suffocandi, aut alio quocunque modo perdendi, vt pulchrè inquit Bald. in l. non sunt liberi. ff. de statu homi.

28 De his autem partibus, hoc obiter candide Lector obserues velim, eos ferè ita monstrosè concipi, aut in vtero ita figurari ex ipsius matris apprehensa imaginatione in ipso conceptionis momento: quod testatur glossa in l. quæritur. ff. de statu hominũ. Idem confirmatur per illud Genesis ca. xxx. vbi Iacob no  
uam

nam naturæ artem dicitur inuenisse: qui vt ex vnicoloribus gregibus oves varij coloris nascerentur, posuit varij coloris virgas in canali-<sup>30</sup> bus, in quos effundebatur potanda mox ab ouibus aqua: vt cū venissent greges ad bibendum, ante oculos easdem haberent virgas varicolores, ob quarum conspectarum imaginationem impressam ita conciperet: quod ita ex hac causa factum est. Nam dum in ipsa calore coitus oues intuerentur virgas maculosas, pepererunt vario & diuerso colore resperfas oves. Hinc dicebat similis ex causa Iacobus Butrigarius in l. finali. C. de Carbo-<sup>29</sup> edicto: Quod mulier ꝑ committens adulterium (quia in illo instanti ac puncto solet cogitare de marito) plerunque producit partum marito similē. Quintilianus quoque simili expurgatione defendit honestam matronam, quæ pepererat Aethiopem: nempe, non ex adulterio conceptum, sed ob nigram Aethiopsis imaginem in cubiculo matronæ post partum repertam, in quam sæpe ferebatur intuita: atque hinc illius imaginis nigredinem conuicit matronam per crebram imaginationem suo impressisse foetui, nõ ex alicuius Ae-

thiopsis naturali concubitu. Plura ad hanc rem videas in farragine D. Iasonis in l. Gal-  
lus. ff. de lib. & posthumis, ad  
finem. Item excusatur is, qui  
inimicum interficit in collu-  
stacione, cū pugiles exercetur:  
nam talis non tenetur  
etiam lege Aquilia, cū illud  
non inferendæ iniuriæ gratia  
sed honoris, virtutis, & glori-  
æ causa fiat, l. qua actione.  
§. si quis in collustacione. ff.  
ad l. Aquil. Sed Ioan. de Li-  
gnano in trac. de bello iusto.  
& Ioã. de Ana. in Rub. de cle-  
ri. pugnantibus in duello, di-  
cunt illum tex. esse correctū,  
etiam de iure ciuili, per text.  
in l. j. de gladiatoribus. lib. xj.  
C. vbi etiam gladiatorum spe-  
ctacula cruenta sunt à iure ci-  
uili inhibita. Et de iure Can-  
onico hoc est correctū, per  
text. in cap. j. de torneament.  
Posset tamen quis & forsitan  
non improbabiler dicere,  
quod hodie ille text. (in quan-  
tum de collustacione loquitur)  
remaneat incorrectus:  
nam & si torneamenta & si-  
milia cruenta spectacula pro-  
hibeantur, eò quod ex illis sæ-  
pe mors hominis suboritur,  
& exinde comitetur animæ  
periculum: collustatio tamen  
nõ ita facile videtur pro-  
hibenda, quod in ipsa non  
eueniat similis semper ratio,  
nec in ea tam sæpe homici-



dia committantur, minúsque <sup>34</sup> excusant leges eos † homici-  
 in ea propterea animæ peri- das, qui post commissum ho-  
 clitentur. Conuenisset hoc lo- micidium perstiterunt de-  
 copie Lector, plura de pugili- cem annos, hoc est, quorum  
 bus & de ipsorum conflictu homicidium à decem annis  
 explicare: sed quia de his in transactis patratum est: eos  
 superioribus meminimus, ad enim leges à pœna mortis re-  
 ea vnumquæque istorum audi- laxant, l. si diutino, ff. de pœ-  
 dum (vt breuitati studeamus) nis. vbi si diutino tempore,  
<sup>32</sup> remittimus. Item maior se- hoc est, si per decem annos,  
 pennio impubes occidēs ho- quis steterit post delictum  
 minem, ob ætatem excusatur cōmissum, ipsius pœna sub-  
 ab homicidio: Poterit enim leuanda seu relaxanda est.  
 eum iudex releuare à pœna Quin ex isto admissio maius  
 mortis, si ipsum vllō modo ac vehementius quiddam le-  
 moueat ætatis commiseratio. ges dicunt: nempe, si is homi-  
 Et licet ætas ipsum impu- cida per xx. annos steterit, &  
 berem non releuet à toto, l. aliò qui ab omni crimine iu-  
 impuberem, ff. de furt. l. j. C. si diciali permanisset immu-  
 aduersus delict. vbi dicit text. nis, tunc nullo modo dicunt  
 Quòd in delictis prætextu eum accusari posse de crimi-  
 ætatis non restituitur minor: ne, vt insignis textus probat  
 minor tamen ætatis ipsum re in l. querela, C. ad l. Corn. de  
 leuat à tanto, l. auxilium, §. in fals. vbi apertè probatur: si  
 delictis, ff. de minorib. capi j. quis per xx. annos steterit  
 de delict. puero. capi. j. ext. de post delictum commissum,  
<sup>33</sup> apostat. Item † excusat textus quod amplius non posset ac-  
 eos senes homicidium com- cusari. Id etiam probat text.  
 mittentes, qui per omnem in l. ij. C. de vectigalib. com-  
 vitam suam habiti sunt fuisse missis. text. in l. adulter. C. ad  
 inculpatis moribus, & inte- leg. lul. de adulte. gl. in verb.  
 gritate vitæ probi, quique ob subire. in l. manichæos. C. de  
 id perpetuò cum probis, & vi hæreti. Porrò has duas nouis-  
 ris grauib. conuersati sunt: simas excusationes ponit Ro-  
 his enim similib. ætas, & vita chus Curtius, instar duarum  
 eatenus immaculata suffra- limitationum, in capit. fin. de  
 gatur, vt à pœna mortis ex- consuetud. vbi ait, has dictas  
 cusescentur, l. penul. ff. de termi- duas excusationes semper in  
 no moto, & text. in l. iij. C. de memoria artissimè seruan-  
 Episco. audient. ad fin. Item, das, vt quæ tutissima sint sus-

fragia, & patrocina pro seruandis amicis. Huic tamen textui nō aduersatur ille text. in c. fin. de consuetud. qui dicit, Quodd tātō grauiora sunt delicta, quantō diutius infelicem animam detinent alligatam. Nā ibi Rochus Curtius hunc text. soluit tribus solutionibus, Quarū optima est, quōd hic text. tantum loquitur in foro animæ: vbi hoc dictum verissimum est: Delictum grauari, augeri, & intendi longinquitate, & mora temporis, propterea quōd ob diutinam moram impœnitentiæ delinquentis, paulatim in anima euanescit, & intermoritur pœnitentiæ, & dolor: & peccatum, quod per pœnitentiā non mox eluitur, statim suo pondere ad aliud trahit: Adeō vt qui in vno delicto diu sine assumptione aut illata pœnitentiā permanserit, negligens criminis efficiatur & parui pendens: eoque tandem deuenit in contemptum iudiciorum Dei, & clauium Ecclesiæ, cap. omnis vtriusque sexus, de pœnitentiæ & remissio. Tex. autem in d. l. si diutino, loquitur in foro iudiciali. & ita soluit Panor. in ca. cum haberet, de eo qui duxit in matrem quam polluit per adulter. Excusantur prætereā ab homicidio satellites iudicis, qui maleficum in ca.

ptura necessariō occidit. Nā si maleficus quispiam in captura tam violentē & acriter se defendit, vt vel ipsis satellitibus vim inferat, adeoque sit in reluctando & repugnando violentus, & vehemens, vt ipsis satellitibus ab eo potius periculum imminet, aut certe si ob ipsius immodicam in resistendo violentiam, capi nullo modo posset: in hoc casu iura permittunt, vt eundem maleficum satellites impunē occidere possint, potius quā illius delictum maneat impunitum. text. est in l. si seruus, C. de his, qui ad Eccles. confug. text. in l. quēadmodum, §. magistratus, ad fi. ff. ad leg. Aquil. Postremō † excusatur filius homicida à patre oblatu Iudici: quia Iudex nō potest filium talem ad mortem condemnare. Tex. est in l. miles ægrum, §. desertorem, ff. de re milita. vbi dicitur, Quōd si pater obtulerit Iudici filium militiæ desertorem, qui aliōqui citra patris delationē decapitandus esset propter delictum, hoc est, qui militiam contra iuramentum suum deseruit, vt probatur in l. non omnes, §. desertor, ff. de re milit. quia tamē ipsum pater Iudici obtulit, idcirco nulla ratione decapitandus erit, Atq; idem de quocunque alio crimine dicendum est,



ratione cuius alicui irroganda foret pœna mortis. Rationem autem istorum assignant hanc, quòd ius patriæ potestatis in pietate humana consistat, non in ferina atrocitate: ferinum autem & plusquam beluinum esset, si pater filium ludici in morte, atque adeò ad decapitandum vltro traderet.

Quare iura humanæ pietati, & misericordiæ potius, quàm iustius patris immittis crudelitati subseruire maluerunt, l. Diuus Adrianus, ff. ad legem Pompeiam de homicidiis. Sunt † qui etiam volunt excusari eum homicidam, qui ipse de crimine homicidij accusatus, multos alios insuper latrones seu homicidas prodendo detulerit, demonstraerit, & apprehendi fecerit: quia ob hoc qualecunque iusticiæ beneficium, tunc iudex ipsi parcere quidem poterit: non autem parcere debet, etiam si ipsi malefico prodenti antè promississet. Textus est in lege, non omnes, §. finali, ff. de re militari. textus in lege, si quis fortè, ff. de pœnis. Vbi probatur & illud esse verum, etiam si dicat se dicturum aliquid, quod ad Principis pertinebit salutem.

## De homicidiis casualibus.

CAP. LXXXV.

SVMMAE.

- 1 Quid faciendum tegularijs, ballistarijs, sagittarijs, puatoribus, equitibus, auris omnibus, vt ab alijs periculum arceant, & ipsi crimine vacent. & nu. 2. 3. 4. 5. 6.
- 7 Per errorem vnum occidès pro alio, quomodo puniendus.
- 8 Differentia inter dolum malum, & culpam latam: culpam leuem, & leuissimam: casum, & Infortunium.
- 9 Dolus quid sit, & quando contingat.
- 10 Lata culpa quid.
- 11 Leuis culpa quid.
- 12 Leuissima culpa quid.
- 13 Infortunium quid.



VONIAM proximè præcedente capitulo non nulla egerimus de homicidio casuali, libuit hic seorsum exempli aliquot & casus enarrare, quibus ferè talia homicidia committantur, & quando in iis casibus homicidij est excusabile, quando verò minimè. Tegularius igitur † qui de opere suas dimittit tegulas, quibus aliquem prætereuntem aut lædit aut occidit, nō tenetur de læsione, neque de homicidio, si prius signa præm

præmonitoria constituerit, argum. l. cum quid, ff. si cert. petat. aut viua voce aliisque modis debitis periculū præcauerit & indixerit. Quod Azo intelligit, si loco ac tempore cōgruis, acclamatio aut denunciatio fiat, quo periculum euitari possit. Facit l. si soluturus, ff. de solut. l. j. in princip. & l. de pupillo, §. in plurium, ff. de noui operis nuntiat. facit item in simili l. si rem, §. fin. cum ibidem notat. per glos. Barto. & Docto. ff. de euctiōni. Ista item confirmat Angel. in §. item si putator. Instit. de l. Aquilia. In quo §. regulam statuit & legem omnibus domorum regulariis, & opificibus similibus, volens, vt quoties ex alto quippiam deicere necessum fuerit, vt ante demissionem illius, maturè & tempori factis, per proclamationem aut alia edita signa, incautis viatoribus & transeuntibus periculum deauntient, vt per talem tempestiuam denun-<sup>2</sup>tiationem, commodius transeunt periculū forsan euenturum, fuga, aut mora præcauere possint. Porro si æquo frequentius de vitando periculo, operatio in clamandum foret, sufficere illi pro excusatione, vt in via ante periculi locum signum aliquod, nō quidem paruum & inconsi-

derabile, sed magnum, euidens, & manifestum, euitādī periculi ponat: & præterea tale signum, quod ab omnibus huiusmodi contectoribus, in similibus operibus, & tali ciuitate poni consuetum est, & ob cuius indicium iure sibi præcauere quis posset. Eo enim signo posito, operarius excusabitur, etiam si voce & clamore nullum aliud signū cauendi periculi prius dedisset, arg. d. l. cū quid. ff. si cert. pet. Quæ quidem ratio & si non satis suffragaretur operatio nō clamāti, ipsi tamē abundè satis patrocineretur diutina recepta consuetudo, quæ etiā num passim durat & seruatur, & ob quā satis esse volūt talibus signis indicibus, omnibus periculum præmonstrasse. Deinde nō tenetur de læsione aut homicidio, si in eo factō constiterit nullā intercessisse malitiam, dolum, aut odiū, aut malitiosam incuriam. Similiter dicendum test. de ballistariis, de sagittariis, de putatoribus ramorum, aut successoribus arborum, & de omnibus denique operatoribus ad vias publicas, quorum opera & officia non sine pertranseuntium periculo peraguntur, qui omnes, vt in primo casu, ab homicidio casuali excusantur, per dictos medos debitos,



1. si putator. ff. ad l. Aquiliam. §. item si putator. In fitu. de l. Aquil. & ibi Ang. Aret. Pari  
 3 ratione excusantur † sagittarij ad scopum in constitutis hortis iaculantes. si post vocē prænuntiam (sistite, vel, quiescite) contingat eos quempiā aut lædere aut occidere. Aut si is hortus ad sagittandum priuilegiatus, & ab omni homicidij crimine per priuilegia liber fuerit. Item excusatur † equites & equorum exploratores in cursu alios lædentes aut interimētes, postquam clarē vocauerint (caute, aut, cedite) & si id factum fraude vacet malitia. Idem  
 5 cēsendum est de † aurigis, currus suos per plateam & populū agentibus. Postremò  
 6 & in genere. † quisquis permissis ac licitis perfungitur officiis, & opera peragit licita, in quibus aliquis casu & infeliciter aut læditur, aut occiditur: quam læsionem & occisionem non antè captauerat (vt quæ casu, & inexpectatò acciderunt) non tenetur nec de læsione, nec de homicidio. Verum puniri arbitrarie poterit de culpa, si qua in facto Iudici appareat, aut suspecta sit. aut realiter in facto consistat. Ad † hunc modum si quisquam Ioannem percussurus petat. casuque in  
 7 tercedente, non Ioannem pe-

titum, sed Petrum feriat & occidat: is feriens non est puniendus de homicidio, quòd Petrum aut ferendi, aut occidendi nullum animum nullamque voluntatem habuit: sed damnandus est ad detrimetorum restitutionem & reparationē, quòd hoc ipsum factum culpa non vacet, sed culpæ sit obnoxium: quia ne Ioannem quidem petitum ipsi vllò iure concessum fuit cædere, aut ad cædendum petere, vt probatur in l. si cum seruo meo. ff. de iniuriis. vbi maius quiddam & apparentius dicitur: Si seruum meum percutere volens, casu Ioannem cædam, lædam aut interimam: in eo casu non tenebor crimine læsionis vel homicidij, vel actione iniuriarum, quòd nullum maleuolum animum contra Ioannem gesserim, nec eum cædere putauerim: sed tantum tenebor lege Aquilia, scilicet ad resarciendum damnum & detrimentorum restitutionem. tex. est in l. scientiam. §. qui cum aliter ff. ad legem Aquiliam. Similiter iudicandum est de iis, qui lapidibus, aut baculis canem aut selem petunt, & eò iactum dirigunt: aut de iis, qui sagittis aut iaculis auem petunt: interim tamen hominē quempiam vel lædunt, vel occidunt

dunt: qui omnes quidem à læsione, & homicidio purgandi sunt: Verùm (quòd in culpa facti sint) ad reparationem damni tenentur ciuilitè. Porro † quum hic de dolo, & culpa agimus, velim hic obserues, iura differentiam constituere inter dolum malum, & culpam latam: & inter culpam leuem, & culpam leuissimam: & inter casum, vel euentum fortuitum. † Nam dolum malum intelligunt Vlpianus & Labeo Iurisconsulti esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. l. prima. §. primo. ff. de dolo malo. quam diffinitionem seu descriptionem alij, vt Hostiensis eodem titulo in summa, & Goffre. sequuntur. verbi gratia: Si vir quispiam in fugam adactus, in domum quampiam (vt ibi tutus hæreat seu tutaretur) confugeret: Vbi pateat familiaris, aut alius se fugati amicum simulans, tanquam defensusurus eum fugatū, ostium domus occludit fugantibus hostibus, fenestram verò minime, idque malitiosè & subdole, vt per eam fugantes hostes irrumperent, fugatum caperent & occiderent. Quis huius impostoris factū non

illicò dolum malum, imò dolum pessimum censuerit? † Grandis autem vel lata culpa est, non intelligere, quod omnes intelligunt; non facere quod omnes faciunt, aut maior pars: vel id facere, quod nulli vel pauci faciunt, id est: quum quis astutè & ex simulatione peccat, vt quum suis commissis peccatis præstruit. non esse moris, non se sciuisse, non intellexisse aliquid, quod tamen vsu est receptissimum, quòdque sciuerat certissimè, & omnium optimè cognouit, & intellexit, aut saltem scire & intelligere debuerat. l. lata culpa. ff. de verborum significatione. l. regula. §. si filius. ff. de iuris & facti ignorantia. notat gloss. in l. quod Nerua. ff. depositi, veluti omnibus est in proparulo, Tegularios solere & debere vocare, antequàm regulas demittant: Tegularius verò contrà dicat. se non sciuisse eas leges nec consuetudines, ideòque nullum constituisse signum nec clamasse: eo in casu, regularius non excusatur, sed per latam culpā Reus fit omnium malorum, & infeliciū euentorum, quæ per suam negligentiam eueniunt. Quandoquidem eas leges & consuetudines certò cognouisse debuerat, quas fere norunt  
omn



omnes. Ideoque hanc latam culpam, malum dolum æstimant, quòd dolo malo penè in omnibus sit consimilis. l. 12 j. §. hæc actio. ff. si mens. fals. mod. dixer. l. quæsitū. §. eum quoque. ff. de precar. & vulgata l. quod Nerua. ff. de pos. & ibi Bar. ac eius sequaces. Fallit hæc similitudo in tribus casibus. Primò, in criminibus publicis. l. in lege. ff. ad legē Corn. de sicar. Secundò, in iuramentis præstandis in causa. l. in actionibus. §. sed iudex. in fine. ff. de in litem iuran. & ibi glos. in verbo, non etiā. Tertio, in delatione iuramenti seu sacramento in litem: & de his videre bonam gloss. in verbo, ob culpam, in §. suspectus autem remotus. Instit. de suspect. tutoribus

**II** vel curato. Leuis † verò culpa, est negligentia & incuria in rebus dubiis, & vbi quis non præter rationem ambigere possit, an vllum periculum subesset, aut inde consequi possit, an non. Vel succinctius: Leuis culpa est, desidia & negligentia in rebus, in quibus dubitare licet. §. prætereà. iuncta gloss. in verbo, debet. Instit. quibus mod. re contrah. obliga. Verbi gratia: Si tegularius vsquam domum tegat in platea aliqua remota, abdita & secreta, quā nō satis sciuit fuisse viam vel

plateam publicam an priuatam: in hoc casu, si quod eueniret malum leui culpa, excusandum esset. Leuior † culpa est (quam nonnulli vocāt leuissimam) qua quis malum aliquo modo præuidere, seu ab alio arcere & præcauere potuisset, sed non præcauit, nec præuidit, dicto §. prætereà, cum gloss. in verb. Debet. iamiam præall. Veluti si domus mea caduca foret, ruinā sua dispositione minitans, quam ruinam impedire potuisssem, imò impediendam esse ob imminens periculum certò nouisssem: quam tamen per oscitantē incuriā non impediui: eo in casu, si domus ruat, vllive vicinorum detrimentum inferat ob meam incuriam, ad omnium detrimetorum reparationem deuinctus sum, vt qui omisione in culpa fuerim. † Verūm omnis casualis euentus est, qui planè fortuito accidit, & de quo nemo aliquid mali euenturum suspicari certa ratione possit: hunc dolendum vocant infortunium, quòd propterea neminem trahere ad culpam, nec ad detrimetum reparationem ligare licet, l. quæ fortuitis. C. de pigno. acti. & §. item is cui. Institution. quibus mo. re contrah. obli. veluti, si pueri parum cauti, sub equos, aut sub ali-

quor

1 L  
2 F  
3 T  
4 L  
5 L  
6 L  
7 L  
8 L  
9 P  
10 L  
11 L  
fa  
ti  
de  
re  
da  
lu  
la  
sp  
qu

quorum currentes currus laedantur aut occidantur: illius enim infortunij ratione nemo culpandus, aut condemnandus venit.

## De latrocinijis.

CAP. LXXXVI.

SVMMAE.

- 1 *Latrocinij definitiones, & diversitates.*
- 2 *Furum & latronum differentia.*
- 3 *Textus varij de latronibus.*
- 4 *Latrones non tuentur lata sacra.*
- 5 *Latronibus non permittitur purgatio, appellatio, remissio.*
- 6 *Latrones à Principe remissionem non impetrant.*
- 7 *Latronum supplicia ex consuetudine.*
- 8 *Latronum supplicia ex iure.*
- 9 *Pasche, & feriatis diebus non proceditur in causa criminali.*
- 10 *Latrones insignes, etiã die Pasche, fas est ad furcam rapere.*
- 11 *Latrones bannitos, quibusvis fas est occidere.*



PECIES itẽ homicidij est latrocinium, homicidio tamẽ multò nocentius, grauius, & multò quidem dictis homicidijs scelestè differentius. Quandoquidem latrocinium vocamus illud homicidium, quo aliquẽ latenter & furtim per vim spoliant: & spoliis nequam contenti, in super occi-

dunt, aut saltem animo occidendi aggrediuntur extrã viam publicam, in syluis aliisque locis semotis à conspectu populi: vel latrocinium est, aliquem subdolè, occultè, & non aperto Marte, à tergo occidere, vel aliquem occidere in noctis silentio tacitè, & non loquendo, vel indicando, vt sese defenderet. Aut certè latrocinium habetur illud homicidium suum, quod aliquis iuxta leges patriæ consuetas, certo tempore constituto non defert ad notitiam Iudicis, de quo in superioribus etiam meminimus. † In hoc capite autem non est animus, perplexas illas, atque disidiosas Doctorum opiniones exactè discutere, quas de differentiis furum & latronum disputant, & de furto & latrocinio, quum ista ad infrã sequentia capita de furtis, iustius spectare videantur. Hoc enim loco de eo latrocinio tantum agere statui, quod cum homicidio coniunctum sit, quòdque vel re, vel expressa voluntate sit veri homicidij species: atque ita tali latrocinio competunt superscriptæ definitiones: ad quas mihi suffragatur Angelus Perusinus in Athen. sed nouo iure. C. de ser. fugitiuis. Cuius dicto ibidem subscribunt Paul. Castr.

&amp;



& Franciscus Aretinus, qui aiunt, Latrones scilicet insignes & famosos esse eos, qui homines per vim in domibus vel viis publicis aut priuatis, suis rebus spoliât, quibus spoliis non contenti, eos prætereà aut occidunt, aut animo occidendi promptissimo (vti ex inuasionis specie constabit) adoriuntur. Fures verò (vt hoc obiter intericiam) eos tantùm appellant, qui clam quocunq; tẽpore, siue diurno, siue nocturno tẽpore surripiunt; cetera infra de furibus. Porro dicta † nostra etiam confirmant præfati Doct. plurimũ æstimantes text. §. famosos, in l. capitaliũ. ff. de pœnis, in duobus locis. Primo ibi, cognatis & affinibus interemptorum. Secũdo ibi, quo latrones homicidia fecissent. & ita ad hoc ponderat illum textũ Raphael Fulgosius in consiliis suis, consilio clvij. in ij. colum. vbi dicit sui temporis tunc neotericos hoc modo intelligere dictũ text. quin & ita eum intelligit Iacobus Butrigarius in d. Authentic. sed nouo iure. Et Azo in summa in fin. C. eod. titu. de seruis fugiti. Pro maiore item dictorum meorum corroboracione, ipse sequentes omnes textus non abs re collectos adiicere volui, ex quibus liquido confirmari

videbis, quæ antè de latrocinio (vti hic accipimus) definiuimus, & quòd tales latrones iure occidendi sint: imò plerosque textus citabo, qui de latronibus, & eorum latrociniiis puniendis loquuntur. Principiò igitur nobis seruit textus in l. prouinciarum. C. de feriis. vbi dicitur, quòd per mortem latronum, multorum salus & incolumitas procuratur. Secundo text. in c. suscipiemus. ext. de homicid. vbi latrones dicuntur homines affligere, non solum in bonis, sed etiam in personis. Tertiò text. in l. si vt allegas. C. ad l. Cornel. de sicar. dum ibi dicitur: Si, vt allegas, latrocinantem peremisti, dubium non est, eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, iure casum videri, ponderando text. ibi, latrocinantem. & ibi, inferendæ cædis voluntate. Quartò text. in cap. cùm homo. xxij. q. v. vbi dicit text. latronem homines occidere nocendi cupiditate, vel iniuste aliquid auferendi. Quintò text. in l. diuus, ff. ad l. Pompe. de parici. vbi dicitur, Quòd si quis filium cum nouerca adulterantem occiderit, magis latronis, quàm patris iure interfecisse videtur: nam patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere.

Sextò facit text. in l. per omnes. C. de defensorib. ciuir. ibi, *Fera & periculi sui nescia latronum feruet insania.* Septimò text. in c. non est crudelis. xxiiij. q. v. ibi, *latro suspendendus crudelem Iudicem putat: nò tamen est crudelis, qui crudelem iugulat.* Hoc obserua in proximè adductis testibus: Quòd latrones feri & crudeles dicuntur: nam hoc nomen Doct. & iura nò attribuerent, nisi homines personaliter affligerent. Octauò pro his est text. in c. est iniusta. xxiiij. q. iij. dū ibi dicitur: *Si quis latronem absoluentem putat, innocentes tradit exitio, qui liberat multorū exitia cogitantem.* Nonò facit, quòd scribitur Marci xv. vbi probatur, quòd Barabas homicidium commiserat. Et Lucæ xxiiij. dicitur, quòd propter seditionem & homicidium missus fuerat in carcerem. Et Io. xvij. dicitur, quòd erat latro. Decimò facit, quòd scribitur Actuum iij. *Vos sanctum & iustū negastis, & petistis virum homicidam donari vobis.* Vndecimò non omitto, quòd legitur Lucæ x. *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones: qui spoliauerūt eum, & plagis impositis abiuerunt semiuivo relicto.* Duodeci-

mò facit text. in l. diuus. ff. de Senatuscon. Syl. ibi, *Conteritius aduentu latronū. & ibi, vulneratum.* Decimotertio text. est ad hoc in c. admonere. xxxiiij. q. ij. vbi inquit *notabiliter litera, eum, qui occidit vxorem, eam occidisse more latronū.* Decimoquarto est text. in l. itaque. ff. ad l. Aquil. ibi, *Seruum tuū latronem insidiantem mihi: & in illis verbis, aduersus periculum.* Decimoquinto text. est in l. etiam. ff. de manu. vindict. ibi, *dominum contra latrones tuitus sit.* Decimosexto facit, quòd scribitur Exechielis xvij. ibi, *Quòd si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, nò viuet: cūm vniversa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit.* Decimosextimo pro hoc cito l. qui à latronibus. ff. de testa. & l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. Vbi patet latrones redigere velle homines in seruitutem, licet obstant iura: & sic saltem volunt homines morte civili opprimere: Nam seruitutem mortalitati ferè cōparamus, l. seruitutem. ff. de regul. iur. Et mors seruituti turpitudinique anteponenda est, autore Tullio. Decimo octauò, ad id adduco illud Horatianum in Epistolis:



*Vt ingulent homines, surgūt de nocte latrones.*

Quod in medium adfert gl. in verbo, qui malè agit, in c. consultuit. de offic. & potesta. iudi. delegat. qui text. ad hoc potest non in sordidè citari per doctrinam Bartol. in l. j. in v. 7 col. ff. si cert. peta. vbi inquit Bart. quod scripturis, quæ in studiis tanquam Autenticæ reputantur, quantum ad artem suam, est standū, vt Aristotelis, Hippocratis, Ciceronis. & aliorum in scholis receptorum. Pro qua doctrina est text. in l. si pater, ff. de solut. l. septimo mense. ff. de statu hom. l. Fulcinus. ver. quid sit autem latitare, ff. quib. ex caus. in pos. eat. Huiusmodi itaque omnia latrocinia, iura ipsa tanto prosequuntur odio, & indignatione, vt eos latrones præcipuè in nemoribus grassantes, ne sacras quidem ædes ac cœmeteria tutari velint, c. inter alia. & Scrib. ext. de immu. Eccles. & eos indignos censeant, qui sese homicidij titulo ad purgationem offerant: aut ad aliud tribunal remissionem exposcant: aut t̄ qui vllum priuilegiū exceptionis pro expurgatione proponant, aut etiam appellent (quia appellatio ni latronis iudex non debet deferre) dicto c. inter alia. Facta quoq; latronum, hoc est,

† dicta ipsa latrocinia tam ingrata sint Principibus, vt ne ipsi quidē Principes ipsa potestate sua ordinaria remittere possint, aut velint (licet extraordinaria hoc aliquādo ex causa fieri videamus.) Sed latronū t̄ causa & processus peragitur eodē loco, vbi captus fuit & captiuus detinetur, & tandem de scelere cōuictus damnatur puniendus, vt crati vimineæ insidens publicè pertrahatur ad locum supplicij, vbi vltore gladio decollatus vitam suā finiat, & corpus detruncatum rotæ insidiat, ca put verò aut palo in fixū suffigatur in altum, aut in puteū, cui stipes rotæ inferitur, inhumandum coniciatur. Deinde apud multos inoleuit, vt post executionem peractam, ad maiorem latrocinij detestationem, appendere soleant rotæ eadem instrumenta, quibus latrocinia commiserunt, aut similia indicia (veluti ramos, baculos, &c.) quibus populo pertranseunti monstraretur latrocinium, aut commissa homicidia, iuxta numerum baculorum. Atque hæc omnia iuxta variam cōsuetudinem ciuitatum, regionis & patriæ dicta sunt: quandoquidem in his omnibus cōsuetudines regionū plurimum variare videmus: atq; adeo hæc ita

ita ex consuetudine omnia  
 8 Iura † tamen, & legalis auto-  
 ritas famosos latrones furcis  
 affigendos esse constituunt. l.  
 capitalium. §. famosos, ff. de  
 pœnis. vbi expressè tex. famo-  
 sos latrones in his locis, vbi  
 grassati sunt, furca figendos,  
 quàm pluribus placuit: vt &  
 conspectu deterreantur alij  
 ab iisdem facinoribus, & so-  
 9 latio sit cognatis & affinibus  
 interemptorum, eodem loco  
 pœna reddita, quo latrones  
 homicidia fecissent. Ad idem  
 tex. in l. ne quid. ff. de incend.  
 rui. naufrag. vbi dicitur: Gra-  
 uem præsidii sententiã de la-  
 tronibus dicere permissum.  
 Text. est iuncta glo. in l. ij. ff.  
 arbo. furt. cæsar. Text. est in l.  
 prætor. §. aduersus, ff. de se-  
 pulc. viola. Text. est in l. diui.  
 §. si qui ex principalibus. ff. de  
 pœnis. text. est in d. e. non est  
 crudelis. ibi, latro suspenden-  
 dus. gloss. in c. si quis fortitu-  
 dinem. xxij. q. iij. Facit quod  
 scribitur Lucæ xxij. vbi alter  
 latronum cum Christo cru-  
 cifixorum ait: Et nos quidem  
 digna factis recepimus. Ita  
 tenet Bart. in d. §. famosos, &  
 in d. Autentic. sed nouo iure.  
 vbi idem tenent & adstruunt  
 Bald. Angel. Paul. Salic. Barthol.  
 Cæpola, & Franciscus  
 Aretin. Angel. Aretin. & Ia-  
 son in §. ex maleficiis. Insti-

tutio. de actionibus. Idem  
 Angel. in tracta. maleficio-  
 rum, in verb. Et vestem cœle-  
 stem abstulit. Ita Raphaël  
 Fulgosius, consiliis suis, con-  
 silio clvij. in ij. colum. Paris  
 de Puteo in tracta. de syndi-  
 catu, in verbo, latro. Accedat  
 dictum Baldi per text. in d. l.  
 prouinciarum. C. de feriis,  
 9 vbi inquit, quòd † licet die-  
 bus feriatis, & maximè in fe-  
 sto Paschæ, non possit pro-  
 cedi in causâ criminali, l.  
 quadraginta. & l. omnes. C.  
 de feriis. tamen insignis seu  
 10 † famosus latro quocunq;  
 die potest mitti ad furcas.  
 Pro his facit quod dicitur,  
 Eos scilicet latrones à iure  
 11 per sententiam † condemna-  
 tos, siue (vt loquuntur) diffi-  
 datos seu bannitos, à quoli-  
 bet priuato & quouis tem-  
 pore etiam posse occidi, l. j.  
 C. quãdo lice. vnicui, sine Iu-  
 dice se vindic. c. cum homo.  
 xxij. q. v. Si ergo à quolibet  
 priuato (cui est denegata pri-  
 uata vltio) occidi possint, l.  
 extar. ff. quod met. caus. igitur  
 à fortiori, multò magis à  
 Iudice (cui lex malefactores  
 puniendi necessitatē impo-  
 suit) quouis tempore occidi  
 poterunt, l. per omnes. C. de  
 defensoribus ciuita. liij. & l.  
 congruit, ff. de officio præ-  
 sidis.



## De parricidio.

C A P. LXXXVII.

S V M M A E.

- 1 Parricidium quando committitur.
- 2 Parricidarum poena ex iure civili scripto, cōsuetudine, varia: iure canonico, bifaria, & numero 3. 10. 12.
- 4 Latronum ac parricidarum poenis, Iudicij aliquid adijcere permittitur.
- 5 Filius toxicam parans pro extinguendo parente, parricida censetur.
- 6 Pharmacopola, chirurgus, medicus, aut quisquis alius filio toxicum pro occidendo parare praebens, parricida est.
- 7 Filio pecuniam, cōsiliū, vel vtilium subsidium praebens pro occidendo parente, parricida est.
- 8 Pater filium cum vxore sua incestuantem occidens, non puniatur vt filicida.
- 9 Furiosi parricidatēs, nō vt parricidē damnantur.
- 11 Poena Iuris canonici maxima, est degradatio et traditio ad Iudicem secularem.



**P**ARRICIDIA, iura vocāt  
 † ea homicidia, quibus aliquis nefariē occidit parentes, patrem scilicet, matrem, auum, quā, fratrem, sororē, patruelē, auunculum, amitam, materteram, 3

consobrinam, consobrinam, vxorem, nurum, generum, socerum, vitricum, priuignum, priuignam, & c. atque his cognatione, aut affinitate similes. l. j. ff. ad l. Pompe. de parricid. Hæc autem parricidia prorsus execranda sunt, vt quæ sunt omnium sceleratissima: cognationibus, & affinitatibus, & peculiariter amicitia naturali vinculo maxime aduersa & infesta. Quocirca hosce parricidas omnes, vnā cum ipsorum cooperato-ribus & cōplicitibus, iura execrandis poenis afficiunt. Primo enim † cæduntur acerrimis virgis vsq; ad sanguinis effusionem; deinde insultur culeo seu tergori bubulo, aut simili vnā cum quatuor viuētibus bestiis, scilicet cum cane, gallo gallinaceo, simia, & vipera: cum quibus ita culeo seu tergori insuti simul, præcipitantur in mare, vel in amnem, aut in flumen, si mare proximum seu vicinū sit aut flumen; aliòquin huiusmodi parricidæ obiciuntur discerpenti atq; deorandi leonibus, vrsis, lupis, canibus, aut his similibus feris animantibus. Verū isthæc omnia ex iure scripto, l. poena. & l. vtrū. ff. ad l. Pompe. de parricid. & l. vnica. C. de his qui parē. vel liber. occider. Consuetudine † enim secus multò fieri conspice

spicimus. Nam secundum consuetudines parricidæ ferè damnantur, vt ad caudem equi, aut ad quoduis vehiculorum genus affixi, cratiq; vimineæ insidentes, aut asseri, ita dede corosè pertrahantur ad supplicij locum, vbi decollètur, & corpus truncatum rotæ in altum erigendæ affigatur: & tandem simul omnium bonorum proscriptione aut cõfiscatione plectuntur. Porro si res aut ratio ita postulet, vt his pœnis aliquid propter enõrmitatem adiciendum foret, hoc totum in Iudicis arbitrio situm est, cui dictis pœnis semper aliquid adiciere permittitur, vt his pœnis & exemplis alij exterriti, à similibus cõmittendis abstineant. & hæc est mēs dictæ l. j. ff. eo. tit. Nec admirandum, cõsuetudinem ius scriptũ mutasse: quandoquidem difficile esset vbiq; similes bestias reperire, quarum meminerunt l. pœna. ff. eodem. ad l. Pompe. de parricid. & l. vnica. C. de his qui parentes, vel liberos occiderunt. † Superioribus quoque parricidiis annectendum est nefarium molimen filij, qui malè sanus comparauit sibi toxicum aliquod aut venenum, quo patrem suũ aut matrem extingueret, & perimeret: eòq; (etiã si eo veneno vsus non fuerit, aut etiã si vtè

tem & tentantem nõ sequatur effectus) puniendus est forma & modo suprascriptis, l. j. ad fin. l. vtrum. & l. si sciente. ff. eodem titu. ad l. Pompe. de parricid. dicta l. vnica. C. de his, qui paren. vel liber. occider. Quin † & ipse pharmacopõla, medicus, chirurgus, aut quisquis eidem filio sciens volensque & dolosè, ad eum vsum tale venenum vendiderit & suppeditaauerit, is certè pari pœnã cum superioribus plectendus fuerit. l. frater. ff. eodem. l. iij. §. j. ff. ad legem Cornel. de scar. Insuper † vt veri parricidæ puniendi sunt, quicumquẽ dicto filio pecuniam dederint mutuò, quibus tale noxiũ pharmacum & venenum emeret, & patre occideret, dicta l. si sciente. Item quisquis ad hunc nefarium ausum filio vllũ consilium dederit, aut exhortatus fuerit, aut suaserit, aut vllum subsidium præbuerit, eadem pœna mulctandus erit. Verũ † pater qui reperit filium incestuantem siue adulterantem cum vxore, hoc est, cum nouerca sua, ipsũque in hoc actu occiderit, parricida aut filicida quidem censabitur: verũ non vt parricida puniendus fuerit. Nam extremio supplicio, hoc est, morte nequaquam mulctabitur, sed secundum iura exilio tan-



cum proſcribetur. l. Diuus  
 Adrianus. ff. eo. ad l. Pompe.  
 2 de parricid. Prætereâ tñe fu-  
 rioſi quidem propter parrici-  
 dium commiſſum morte da-  
 mnantur: imò propter mētis  
 inopiam & impotentiã, planè  
 ab hoc crimine excuſantur.  
 Ne tamen incautius ſimilia  
 perpetrare valeant, damnan-  
 di ſunt, vt ſtrictiſſimè & cate-  
 nis, truncis magnis, vel poſti-  
 bus alligentur, aut compedi-  
 bus ferreis impediantur, aut  
 cellulis clathratis arctiſſimè  
 includantur. l. pœna. §. ſanè.  
 ff. eod. & l. diuus. ff. de offici.  
 præſid. De Iure autem Cano-  
 10 nico ſiue Pontificio, † pœna  
 parricidia committentium  
 eſt clericorū depoſitio, & ad  
 curiam ſecularem traditio.  
 Nam ſi pro ſimplici homici-  
 dio tātūm fit depoſitio & de-  
 truſio, vt in c. cum non ab ho-  
 mine. ext. de iudiciis. iuncto  
 cap. tuæ. extr. de pœnis, & c. ſi  
 cut dignum. cum glo. ext. de  
 homicid. & c. ſin. eodem titu.  
 lib. vj. debet certè pro parric-  
 eidio (quod qualificatum eſt,  
 quòdq; multò enormius ho-  
 micidiū eſt) imponi grauior  
 aliqua pœna, quàm pro ſim-  
 plici homicidio. Sed grauior  
 11 rem pœnam Iura † Canonica  
 nō habēt, quàm depoſitionē,  
 vt in c. ad reprimendā per gl.  
 ext. de offic. ordi. vbi dicitur.  
 Quòd non habet Eccleſia vl

trà quod faciat, niſi vt ipſum  
 degradet, tradat, & relinquat  
 iudicio ſeculari, arg. d. c. cum  
 non ab homine. vbi Iudici Ec-  
 cleſiaſtico ex duabus pœnis  
 ſtatuitur alterutra imponen-  
 da pro ſuo arbitrato: nempe,  
 12 † vt procedatur ad degrada-  
 tionem: vel vt recurratur ad  
 theoreticam cap. nouimus. ext.  
 de verb. ſignifica. & c. quan-  
 uis. de pœnis, lib. vj. ſcilicet vt  
 in perpetuos carceres detru-  
 datur ſeu coniiiciatur, vbi pa-  
 ne & aqua tantūm victitans,  
 pœnitentiam agat acerrimā,  
 mortique temporali ſimilli-  
 mam, vt ſuprà ſub titulis ho-  
 micidiorū meminimus. De  
 pœnitentiaſi autem pœna in  
 foro cōſcientiæ, quia ad pro-  
 miſſeſuam multitudinem non  
 pertinet, hoc loco omnino  
 ſubtrahere volui, eam pruden-  
 tibus relinquē cōfeſſariis. In  
 qua imponenda, velim prius  
 perlegant Rubricam, De his  
 qui parentes vel liberos occi-  
 derunt. ibi enim ex aliena cō-  
 ſideratione comperient, quæ  
 ad pœnitentiæ impoſitionē  
 ſalutarē plurimūm cōducēt.

### De ſuiipſius homi- cidio.

C A P. LXXXVIII.

S V M M A E.

I Pœna ſeiipſum occidētis ex Iure.  
 Et quid ex cōſuetudine. nu. 6. 8.  
 Scip

2 Scipsum occidens, & corpus & animam perdit.

3 Peccatum Iuda scipsum suspendentis.

4 Nulla ratione excusandi sunt sese occidentes.

5 Sepultura negatur his, qui mortem sibi consciverunt.

7 Qui homicida sui, furca dānandi, & bonis proscribendi.

9 Alie consuetudines de proprijs homicidijs.

10 Scipsum ladens, vt alterum ladens, multabitur.

11 Homicidijs sui neganda Ecclesiastica sepultura. Sui castrator, aut alterum castrans, gladio i punitur.

12 Scipfos occidentes, quomodo damnent Philosophi.

13 Scipsum occidentis testamentum an valeat.

14 Scipsum occidere tentās, an puniendus sit morte.

15 Scipfos occidentes, an Ecclesiastico luctu plangendi.

1 **T**N proprij corporis † homicidio hoc habent iura, vt quisquis sui ipsius homicida fuerit, hoc est, sibi ipsi violentiam mortem consciverit; aut ex desperatione, aut ex meticulosa anxietate perdenda vitæ, gloria, aut rerum temporalium perdendarum timore, aut ex alia simili causa, & malo proposito: is ex loco sui homicidij equo pertrahitur

vsq; ad locum supplicij, vbi non in patibulo, sed ignominiosius in furca suspenditur, vt hoc nouo eoque de decoroso suspensij genere, populo spectaculum præbeat & signum, quod propria manu sibi ipsi prius mortem consciverat: Ratio autem, cur hic homicida sui infamius suspendatur, quam alius quisquam homicida alterius, est, quod is qui alium occidit, corpus ipsius tantum occidere dicitur: animam enim ipsius, quantum in ipso est, nequitiam occidere potest. Qui vero scipsum interimit, is certè & corpus, & animam propriam nefarie perdit, si quidem ex maligno animo id scelus admisserit, vt de Iuda Iscariote sacra testantur Euāgelia, & I. lib. berorum. §. non solent, iuxta glo. in verb. suspendiosus. ff. de his qui notā. infra. c. Iudas. de pœnit. dist. iij. qui magis pœnituit desperando, & per desperationem scipsum occidendo, quam Christum nequiter tradendo. c. si non licet. xxij. q. v. I. deo que is Iudas (quamquam per uocem peccauit) qualicumque pœnitentiam ostenderit) quocumque pœnitente fuit infelicio. Nam ipsius pœnitentia non erat coniuncta cum spe veniæ, ideoque ipsum non reuocauit ad Dominum: sed ipsum desperatio traxit ad laqueum. Et hinc dicitur in cap. in salicibus. de pœnit.



tent. distinct. iij. quod Iudas, cum seipsum occidit, scelerat-  
 tum hominem occidit, adeo  
 ut non solum Christi, verum  
 etiam suae mortis reus effici-  
 4 tur. Porro explodenda ¶ esset  
 ridicula ipsorum excusatio,  
 qui hoc pretextu alterius pro-  
 priam mortem expurgare ni-  
 terentur, quod ideo scilicet  
 maturius sibi mortem consci-  
 uerit, ut ab hac ærumnosa vi-  
 ta liberatus, citius felicitate  
 fruereetur æterna: ut enim de-  
 mus sui occisorem hoc in ani-  
 mo ante crudelem necem ha-  
 buisse, ut ob dictam causam  
 maturius sibi mortem consci-  
 sceret: ob hoc non sequitur  
 ipsum hoc licite & bene fe-  
 cisse, ipsiusq; homicidiū vlla  
 ratione aut iustū, aut rationa-  
 bile defendi posse. Primum  
 enim, nusquam sacrae literæ  
 tale homicidium, tali ex caus-  
 sa profectū, excusant: sed po-  
 tius omne homicidium citra  
 vllam exceptionem vetat &  
 damnant, veluti cum altera  
 præceptorum tabula ait: Nō  
 occides. in genere vetat om-  
 ne homicidium, negans vllū  
 homicidium esse iustum, aut  
 committendum, ne alterius  
 quidem. Et si ex præcepto ve-  
 tamur alterum occidere, mul-  
 tō magis veramur nos ipsos  
 occidere, quoniam maiore cha-  
 ritate & iustitiam debeat  
 mus nobis ipsis, quā aliis. 6

Quocirca quū quodlibet ho-  
 micidium sit iniustum & illi-  
 citum (hoc tantū excepto,  
 quod lex iusta generaliter, vel  
 ipse fons iustitiæ Deus specia-  
 liter præcipit aut admittit)  
 maximè omnium illicitum  
 & iniustum erit homicidium  
 sui ipsius, ¶ quod ecclesiastici  
 ita execrantur, ut ipsis sui ho-  
 micidis sepulturam Ecclesia-  
 sticam denegēt, & à commu-  
 nibus Ecclesiæ precibus & su-  
 fragiis excludat: nempe quod  
 credant eos ob desperationē  
 veniē, simul cū corpore & ani-  
 ma interiisse. text. not. in d.  
 c. si non licet, xxiii. q. v. & tex.  
 in c. placuit, iunct. gloss. eadē  
 causa & quæstione. Verū  
 enim uerō si quispiā sibi mor-  
 tem accelerauerit captus vlla  
 phrenesi, furore, insania, me-  
 lancholia, defectu sensuum,  
 aut graui morbo, aliāq; ani-  
 mi impotentia & inopia per-  
 citus, & subito correptus, is  
 nullo modo in furem erigē-  
 dus fuerit: sed ob bonam Ec-  
 clesiæ spem de seruata ani-  
 ma, licet corpus perierit, tra-  
 ditur corpus sepulturæ Eccle-  
 siæ, & precum Ecclesiasticarum  
 particeps efficitur. Atq;  
 hæc omnia iuxta tenorem iu-  
 ris, l. iij. §. si quis autem, ff. de  
 bonis eor. qui ante sentent.  
 mort. sibi consciuer. & l. j. §.  
 ea propter, C. de bon. eor. qui  
 mort. sibi consciuer. Nā ¶ se-  
 cundum

cundum cōsuetudinem, quif-  
 quis seipsum interficit, ex qua  
 cunq; occasione & caussa hoc  
 euenerit, is in furca suspendi-  
 tur, & bonis suis omnibus  
 per fiscum proſcribitur. Ve-  
 rùm † hanc cōsuetudinem  
 7 velim pius iudex sanius ac re-  
 strictius intelligat, nō de qui-  
 busuis sui homicidis: sed tan-  
 tū de prioribus, qui ex de-  
 speratione, & ex malo propo-  
 sito sibi mortem consciscunt.  
 Nam illi ob facinoris indi-  
 gnitatem & odium, iure post  
 furcam bonis proſcribuntur,  
 nisi ciues sint liberarum ciui-  
 tatum, & ab omni cōſciscatio-  
 ne bonorum immuniū: qua-  
 les sunt ciues Brugēſes & ſi-  
 miles. Posteriores enim, qui  
 phreſis, ardentissima febris,  
 aut alia correpti mentis in-  
 ſania, sibi ipſis necem inferūt, 8  
 non video cur in furcam eri-  
 gantur, & bonis suis proſcri-  
 bantur, quum eos Ecclesiasti-  
 ca pietas à ſacræ inhumatio-  
 ne, & à cōmunibus precibus  
 non arceat, sed in omnibus  
 vt dignos & legitimos filios  
 agnoscat & recipiat. Meo igi 9  
 tur iudicio non sunt huius-  
 modi cum prioribus pari pec-  
 na plectēdi, nec ad furcam ra-  
 piendi, nec bonis proſcriben-  
 di: sed vt cæteri quique catho-  
 lici piè in cœmeterio ſepe-  
 liendi, & reliquis officiis Ec-  
 clesiasticis cum decenti pom-

pa lugubri participandi. Hæc  
 ideò distinctionem diligen-  
 ter obseruet omnes Iudices,  
 & prætores, ne putent consue-  
 tudinem illam esse generalē,  
 sed de prioribus tantū esse  
 intelligendam. Ita enim mi-  
 nus erunt molesti consanguineis  
 defuncti, nec tam iniuste  
 eorum insidiabuntur oculis,  
 quasi ex singulari lenitate &  
 gratia, consuetudinis rigore  
 remiserint, & corpus ad Ec-  
 clesiasticam sepulturam libe-  
 rum ex sua autoritate tantū  
 permiserint: quum in poste-  
 rioribus sui homicidis Præto-  
 ri prorsus nullum ius secun-  
 dum rationem competat, nec  
 in corpus nec in bona ipsius.  
 De his satis, superque. Ad in-  
 termittam de proprio homi-  
 cidio consuetudinem redeun-  
 dum est. Ex † more enim &  
 ex cōsuetudine præterea cau-  
 rum est, ne quisquam hoc cor-  
 pus damnatum & suspensum,  
 manibus attraheret & aufe-  
 rat: nisi solus Iudex aut mini-  
 ster Iudicis, ex Iudicis ac Præ-  
 toris mandato & permisso.  
 Consuetudine † item obser-  
 uatum est, vt quoties hoc sce-  
 lus in domibus commissum  
 est, corpus hoc exanime ſu-  
 nibus è domo pertrahatur,  
 non per ostium, sed per fora-  
 mē & foueam sub limine do-  
 mus effosa, vt pote quod in-  
 dignū sit ob propriæ vitæ ex-



tinctione, eodem ostio & li-  
 mine egredi, per quod prius  
 viuū valensq; exiuerat. Hac-  
 tenus de proprio sui ipsius ho-  
 micidio, quod execrandum  
 est, & seuerissimè in iure ve-  
 ritum, non solùm autē ipsum  
 homicidium sui prohibetur,  
 sed etiam sui ipsius violenta  
 quæuis & nefaria læsio & vul-  
 neratio iure damnatur, adeò  
 10 vt quisquis † seipsum vulne-  
 rauerit, aut læserit ex malo  
 proposito, aut ex desperatio-  
 ne, is puniendus sit eadē pœ-  
 na, qua puniretur, si eandem  
 vulnerationem alteri intulif-  
 set. Nemo enim membrorū  
 suorum dominus est. l. liber  
 homo, ff. ad l. Aquil. d. c. si nō  
 licet, & l. lex Cornelia, §. con-  
 stitutum, ff. ad l. Corn. de si-  
 car. quòdque non maius in  
 propriū, quàm in alterius cor-  
 pus ius habet. Quis enim sui  
 corporis totus dominus con-  
 stituitur? quum domini sit ter-  
 ra & plenitudo eius? Deinde,  
 qui sibi parcere nō nouit, aut  
 potuit, multò minus alteri  
 parsurus est. Et qui sibi ipsi  
 nequam, alteri nequior futu-  
 rus præsumitur, l. iij. §. si quis  
 autem, vers. qui enim sibi, ff.  
 de bon. eor. qui ante sentent.  
 mor. sibi consci. & in l. sed si  
 damnium. §. sed si ipse, & ibi  
 glo. not. ff. de peculio. Ad hæc  
 vide Domi. tatonem in l. j. C.  
 de ser. fugit. nume. 5. & 6. plu-

rima ad hoc allegantē. Quis  
 11 tautem in propriæ læsionis  
 mentionem hic incidimus,  
 notandam velim eam læsio-  
 nem, qua aliquis seipsum rea-  
 liter castrauerit, aut castrari  
 iusserit: is enim magister ca-  
 strator; & ipse castratus, si-  
 mul gladij animaduersione;  
 atque adeò capitali punitione  
 plectendi sunt, etiam cum  
 publicatione bonorum fisco  
 applicanda, l. lege Cornelia,  
 §. constitutum, & §. fin. & ibi  
 D. Hippol. de Marfil. ff. ad l.  
 Cor. de sicar. præalleg. Bald.  
 in l. j. C. de eunuch. Quū igitur  
 12 † nulli fas sit, sibi ipsi vl-  
 lam læsionem ac vulneratio-  
 nem inferre, multò minus li-  
 citum, imò prorsus execran-  
 dum est, sibi ipsi mortem con-  
 sciscere. Ideòq; vel ipsi Philo-  
 sophi non minus grauitè ho-  
 micidiū sui damnarunt: for-  
 tis enim nō est (inquit magni  
 nominis Philosophus Aristotē-  
 teles) sed timidi, mortem si-  
 bii ipsi incutere: quum carnifi-  
 cis loco habendus sit, qui sese  
 quoquo modo vulnerasset, vt  
 moreretur, autore Festo hinc  
 etiam Aeschines inquit: Si  
 quis necauerit seipsum, ma-  
 num, quæ hoc peregit, absin-  
 dimus, & separatim à corpo-  
 re sepelimus: & similia vide  
 apud Aristotelem li. iij. Ethicorū,  
 vbi de fortitudine dif-  
 ferit. Eundem etiā vide lib. vi  
 quæ

quæ compédij ac fastidij euitãdi gratia omittimus. Priusquam hoc capitulum de proprio homicidio finiamus, liber non impertinentes hic quæstiones tres subiungere.

13 Primò ¶ enim quæritur: An testamenta seu vltimæ voluntates illorũ, qui sibi mortem conscouerũt, sint alicuius momenti & efficaciam? Ad quam quæstionem teste Bald. respõdendum est ipsorum testamenta esse prorsus inefficacia, in l. j. C. de bon. eor. qui sibi mort. conscouer. in text. ibi, ex testamento. Hanc Baldi opinionem confirmat etiã Cynus in l. ij. C. qui testa. facer. possunt. Atque eodem loco meminit de quæstione no

14 tra altera nempe, An ist qui mortem sibi ipsi conscire voluerit, & ad hoc apparatus confecerit, iniquè seipso pendendo totus occupatus fuerit, sed per alium interueniẽtem prohibitus fuerit, quò minus nefarium cõceptum compleuerit, an is (inquam) machinator prohibitus, morte, aut alia punitione damnandus sit? Ad quam quæstionem respondeadum est, multos esse, quibus videtur eum puniendum esse extremo supplicio, vti apud d. Cynum in loco allegato cõmonstratur, & in l. vit. §. sic autẽ, ff. de bo. eor. qui ante senten. mor. sibi

conscouer. Ang. in l. omne, §. qui se vulnerauerit, ff. de re milita. Aut ad hanc quæstionem responde, eum puniendum citra mortem: vel vt notat. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episco. & cleri. & l. iij. C. de ser. fugiti. Tertia & postrema ¶ mouetur quæstio, An primi illi homicidæ sui, qui scilicet ex desperatione, & ex nefario proposito se ipsos occiderũt, an (inquam) isti consueto luctu plangendi, & prosequendi sint? Hanc quæstionem dissoluit Iurisconsultus in l. liberorum. §. Pomponius, in versicul. non solent. ff. de his, qui notantur infamia. dicens eodem loco, tales homicidas minimè consuetis ritibus lugendos esse.

## De adulterio.

CAP. LXXXIX.

S V M M A E.

- 1 Adulterij enormitas.
- 2 Matrimonij Christus honorauit sua presentia & miraculo.
- 3 Adulterij pana ex lege veteri, iure ciuili, iure canonico, & consuetudine. & nu. 4. 5. 8. 9.
- 6 Cur adulteria neglectius puniuntur, rationes.
- 7 Potestas Iudicum ex Deo est.
- 10 Adulterarum punitio ex iure.
- 11 Adulterij punitio est propria curia spiritali, & ex vsu etiã seculari permissa.

Adm̃t



- 12 *Adulter ratione adulterij sub-* 38 *Exemplum furtiui adulterij,*  
*est curia spirituali: ratione sua* 41 *Ignotis permittitur alterius*  
*persona. seculari.* *uxoris de adulterio accusatio.*
- 13 *An per spirituales punitus, etiã* 42 *Alterius uxorem ad adulte-*  
*puniendus sit per seculares.* *rium sollicitans, punitur exilio.*
- 14 *Adulterium, multorum malo-* 43 *Copulatores & copulatrices*  
*rum fons est.* *iure plectuntur capitaliter: con-*  
*suetudine exilio.*
- 15 *Adulteria non permittunt vl-* 44 *Copulatum pœna, ex consue-*  
*los pacis contractus.* *tudine Gandensium.*
- 16 *Adulterum uxoris in actu fas*  
*est marito occidere.*
- 17 *Adulterum filia patri in actu*  
*ius est occidere.*
- 18 *Vt pater impunè occidat mœ-*  
*chum filie, quæ & quot requi-*  
*rantur. & numero 20. 21. 22.*  
*& 23.*
- 19 *Quando adulteri dicantur re-*  
*periri in actu.*
- 24 *Soli patri permittum est occide-*  
*re adulterum.*
- 25 *Adulteria cū Principibus, aut*  
*Reginis quomodo punienda.*
- 26 *Exemplum horrendū de adul-*  
*teris Reginarum Francie.*
- 27 *Adulterij pœna in feudatore,*  
*& feudatario.*
- 28 *Adultera dotem perdit.*
- 29 *Marito accusare uxore adul-*  
*teram, quãdo non liceat. & nu-*  
*me. 35. 36. 36. 39. 40.*
- 30 *Consilium auctoris de vitando*  
*adulterio.*
- 31 *Principalis sepe origo adultera*  
*rum, est maritus adulter. & nu-*  
*mero 32.*
- 33 *Adulterium maritorum gra-*  
*uius puniendum, quã uxore. 2*
- 34 *Antequã adultera damne-*  
*tur, inspiciatur vita mariti.*



**D** V L T E  
 rium crimẽ est  
 inter morta.  
 les nõ infimũ,  
 & quod ad so.  
 cietatẽ huma.  
 nam tuendam pessimum est,  
 & pestiferum. Etenim inter  
 omnia fœdera humana, nul.  
 lum fœdus est rationabilis,  
 nullum firmitus, nullum Deo  
 gratius, nullum denique ad  
 conciliandam amicitiam &  
 ad societatem hominũ tuen.  
 dam commodius, & magis  
 necessarium, quã fœdus to.  
 ri connubialis. Ideoque con.  
 summatum matrimoniũ (sci.  
 licet fidelium) Deus planè ra.  
 tum esse voluit, insolubile &  
 inuiolabile: nempe quod sa.  
 cratissimã coniugij fidem re.  
 ferat, quodque vnionem de.  
 notet, & conformitatem illã,  
 quæ est inter Deum & Eccle.  
 siam per assumptionẽ carnis  
 humanæ, vt in cap. debitum.  
 ext. de biga. † Quocirca ipse  
 Christus etiam hunc torum  
 connubilem, & sanctum ma.  
 trim

trimonij fœdus sua cohœ-  
 stauit præsentia, & primò o-  
 mnium insolito & dignissi-  
 mo dignatus est miraculo,  
 quo insipidam aquam in dul-  
 cissimum conuerterat vinū.  
 Taceo vel apud quasuis na-  
 tiones etiam barbarissimas  
 coniugij fidē perpetuò fuisse  
 venerandam, firmam, & sa-  
 gram, & insolubilem, donec  
 inciperet cum perfidia inter  
 mortales grassari tartareum  
 adulteriū, quod cōtra omnia  
 iura diuina & humana con-  
 iugalem hanc fidem perrum-  
 peret, labefaceret, violaret, &  
 omnia feliciter cōstituta per-  
 3 uerteret. † Ideoque hoc adul-  
 terium (vtpotē hominibus  
 perniciosissimū) Deus in ve-  
 teri lege adeò execratus est,  
 vt huiusmodi adulteros vel  
 adulteras durissima simul &  
 6 dedecorosa morte interimi  
 iusserit, videlicet delapida-  
 tione, Exodi xx. Deut. xxij.  
 Ezech. xvj. & Diui Ioan. viij.  
 cap. Et in decretis canonicis,  
 §. hinc apparet. xxij. quæst. v.  
 cap. hæc imago, & cap. satis,  
 4 xxxij. q. v. Et lege etiā † Mo-  
 saica vterq; & adulter & adul-  
 tera morti adiudicabantur,  
 vt scribitur Leui. xx. & d. cap.  
 xxij. Deut. & Danic. xij. Hæc  
 quoque Domini sententiam  
 postea comprobauit legum  
 autoritas, adeò vt omnes adul-  
 teros & adulteras citra exce-

ptionem gladio animaduer-  
 fore puniri iusserit, non mi-  
 nus propter infinita mala,  
 quæ inde suppullulant, quàm  
 propter genuinum & incernū  
 ex sua natura malum, quod  
 in sese habet perfidum illud  
 adulterium, vt in titulis. ff. &  
 C. ad l. lul. de adult. & in An-  
 tiq. de adulteriis, l. trāsigere,  
 C. de transactiōib. & §. item  
 lex Iulia, Institu. de public.  
 iudic. Hoc tamen nostro ia-  
 felicissimo seculo apud quos-  
 dam Iudices tam parui sunt  
 adulteria, vt quasi parū ipsis  
 insit sceleris, & quasi peccata  
 sint leuiuscula, ob hoc quòd  
 sint frequentia, & à multis ci-  
 tra conscientia stimulum  
 perpetrata. Ideòq; vel leuius  
 adulteria puniūt, forsan etiā,  
 quòd ipsi eo aliquando con-  
 taminati sunt. Hinc fit, vt † vi-  
 tia quæ seuerissimam meren-  
 tur punitionem, neglecta &  
 quasi impunita relinquātur,  
 quum tamen Deus ea seueris-  
 simè puniat, & punienda po-  
 tissimum in veteri lege esse  
 voluit, adeò vt nisi per acer-  
 bam punitionem populus ab  
 adulteriis se coërceat, Deus  
 sinat nobis euenire discor-  
 dias, bella, schismata, pestes,  
 aliæque morborum genera  
 infinita. Nam causæ, propter  
 quas pax inter homines in  
 terris non coalescat, assignā-  
 tur sex in cap. ad Apostolica,  
 per



per gloss. super verb. Pacem  
Christus, & c. de sentent. & re  
iudica. lib. vj. Inter quas, pri  
mam cassam dictorum ma  
lorum ponit illam, quòd sci  
licet hominum non punian  
tur maleficia, Eccle. viij. quia  
non profertur citò còtra ma  
los sententia, ideòque absque  
timore vllò filij hominù per  
petrant mala, cap. j. de offic.  
delega. lib. vj. & c. Dominus,  
xxij. quæst. ij. Vltima verò af  
signatur ratio, quia non ser  
uamus præcepta Dei. Hier. 3.  
& Esa. 48. Quocirca si Deo  
Opt. Max. ita visum esset, vt  
suam vltionem ferret tatum  
in sceleratos, & ad huiusmo.  
di adulteria dissimulantes  
Iudices, qui sua negligentia  
dictorum malorù sunt autho  
res, & non in communem, &  
inculpatã plebeculã: æquius  
puto, & vigilantius per acres  
punitiones, adulteriorum fre  
quentiam compescerent. Cõ  
siderent igitur ac tota men  
tis acie perspiciant Iudices  
suam potestatem à Domino  
Deo emanasse, qua non licet  
ipsis temere abuti, Ioann. 19.  
Non haberes potestatem ad  
uersum me vllã, nisi datũ ef  
fer tibi desuper. Quũ igitur  
à Deo potestatem habeat, cu  
rent (rogo) quæ lex diuina pa  
riter & humana iubent, totis  
viribus adimplere, neque sua  
imò diuina potestate abutan

tur in suam, suorùmq; sub  
ditorum perniciem. Verùm  
quum isthæc legum consti  
tutio, æquo postea omnibus  
visa est seuerior: Iura Pontifi  
cia & Canonica tandem hæc  
legem mitiorem, & remissio  
rem esse voluerunt: eam enim  
tribus aliis modis Ius Cano  
nicum commutauit: nempe  
vt adulteros & adulteras la  
pidationis seu vltimi suppli  
cij loco, puniret vel diuortio,  
arctissima monasteriorum  
regula, aut excommunicatio  
ne, hoc est, ex Ecclesia & com  
munione fidelium violenta  
eiectione. Hanc t̄ huma  
norem puniendi rationem  
postea imitata sunt Iura ci  
uilia, quæ mæchos citra  
mortem etiam puniendos  
esse sanxerunt, videlicet aut  
exilio, fame, dura victus ra  
tione, vt pauperes ipsos: di  
uites verò multa pecunia  
ria, aut alia simili pœna ar  
bitraria. Hanc legum laxita  
tem tamen nonnulli corre  
xerunt, volentes, adulterij pu  
nitionem capitalem etiam  
num durare debere, potis  
simùm respectu viuorum, ita  
vt iuxta priores leges, viri  
perpetuò capitis detrunca  
tione plectantur. Nam sa  
cilegos nuptiarum, gladio  
puniri oportet, l. quamuis,  
ij. in fine. C. eod. titul. Puni  
tio t̄ verò adulterarum, quæ  
iuxta

iuxta veteres leges etiam capitalis fuerat, & delapidatione vlciscenda, per posteriores leges (quia fragilioris sexus est mulier, quam vir) facta est remissior. Nam per eas constitutum est, vt adulteræ sceminae verberatae ac virgis caesae, à iure maritali diuellantur, deinde in arctum aliquod coniiciantur monasterium. Vnde tamen maritus eam intra biennium denuò recipere poterit, siquidè voluerit & superuixerit. Nam si maritus post biennium vxorem suam mœcham inde ad se non receperit, aut si interim mortem obierit: eadem vxor adultera cogitur habitum monasticum assumere, & ad leges & ritus eiusdem monasterij reliquum vitæ suæ ibidem cum aliis fororibus transigere: liberis autem ex se natis, duas partes suorum bonorum cessura erit: monasterio verò suo, tertium bonorum reliquam partem. Sed si liberos non habet, parentibus extantibus huiusmodi iniquitatibus non consentientibus tertia pars applicabitur: reliquæ partes duæ monasterio, cum monasterium sit loco filij, vt in Authent. de sanctis. Episco. §. sed & hoc præfenti, colla. ix. Quibus prædictis non extantibus, id est, si nec

liberos, nec alios hæredes vltimos habeat, omnis ipsius mœchæ substantia monasterio quæretur & applicabitur, Authent. sed hodie adultera, C. ad l. Iul. de adulter. & in Authent. vt nulli iudicum. §. si verò quâdo. colla. ix. vnde d. Authent. deprompta est. Itaque pœnam huius criminis variari cernis pro varietate personarum. Porrò huius criminis adulterij notitiam & punitionem peculiariter sibi referuant & vendicant curiæ spirituales & iura canonica, quia hoc adulterium directè concernit & spectat ad Ecclesiã, aut ad violationem Sacramenti Matrimonij, quod quidem Sacramentum sacrum est & spirituale. Iudices seculares nihilominus sæpe adulterij examinationem, & punitionem assumunt: non tanquàm curiæ spirituali præiudicantes, quasi de Sacramentis & causis spiritualibus quicquam iudicantes: cum ea tantùm faciant non Sacramenti violati gratia, sed ipsius personæ causa, quæ prophana est, & non spiritualis: ideòque ipsorum foro habilis est, & subiecta. Hinc sæpenumero fit, vt adulteri aut adulteræ ob commissum adulterium gemina punitione plectantur, & à Iudice spirituali & secul



- 12 seculari: Curiaē † Spirituali subsunt adulterij gratia: Curiaē verò seculari suæ persone causa subesse coguntur. Sed de hac materia. An scilicet
- 13 semel punitus in foro † Canonico seu Ecclesiastico, possit puniri postea de eodem crimine in foro ciuili, ob hoc, quod diximus delictum esse misti fori, eleganter discutit & dissoluit Dom. Fredericus Schenk Iuriscōsultus in triade sua forensi, quem data oblatâque occasione ibidē consultite. Nam ipsius rationes, argumenta, ac distinctiones & allegationes, breuitatis
- 14 gratia † omisimus, licet admodum sint cōducibilia, frequentes, imò penè quotidie, contingentia. Hoc autē adulterij crimen in iure maximè est detestabile, vel certè ideo, quòd ex eo cōplura alia crimina postea confurgant: veluti, periurium, falsa testimonia, violentia, iniuria, verorum hæredū subdola fraudatio, homicidia, perpetuæ inimicitia, lenocinia, stupra, & illegitimi diaboliciq; concubitus, atque infinita alia mala hinc nascuntur. Quo
- 15 circa non permittunt † iura, ob criminis enormitatem, vt de commisso adulterio vlla pax componatur, aut contractatio, quòd tamē in aliis criminibus saepe fieri videmus,
- etiã in iis, ob quæ mors iure est inferenda, l. codicillis. §. matre, ff. de leg. ij. singulari l. transigere, & quòd ibi not. & de transact. & l. de crimine, C. ad l. Iuliam de adulter. Præterea, ad eò execratur
- 16 † iura hoc adulteriū, vt marito permittat impune posse occidere mœchum, quem cum vxore sua actu adulteratē cōperit, modò ille mœchus plebeius sit, & nō nobilis: quem tamen nobilem si ita in actu occiderit, mitius etiã & citra mortem, & non vt homicida puniendus erit, sed tantū per exiliū. l. marito. ff. ad l. Iul. de adul. & l. Gracchus, C. eo. tit.
- 17 Patri † adhæc iura dissimulando permittunt occidere mœchum, quem actu reperit in ipsa turpitudine peccantem cum filia, l. nec in ea. & l. quòd ait lex, ff. ad l. Iul. de adult. Sed vt hoc impune facere possit, multa concurrere necessum est. Primò, vt eò
- 18 † reperiat actu coniunctos & non separatos, Intelligendi autem sunt illi simul reperiri in actu, quoties repeti sunt simul in lecto concumbere, actūque venereum simul exercētes, taut in cubiculo sese mutuò indecorè & venereè blandis lasciuisque verbis, vel tactu mammillarum, vel pudēdorum, ausculantes, quoniam huiusmodi omnia sunt

sunt adulterij præludia, vt notant gl. & Bart. in l. j. ff. de extraordin. criminib. & est gloss. not. in verb. in ipsis rebus, & ibi Bartol. in d. l. quod ait lex, & in l. capite quinto, ff. ad l. l. i. de adult. & Sali. 20 in d. l. Gracchus. Secūdò, † vt eos comperiat mœchâtes in domo sua, vel in domo generi sui tantùm, d. l. quod ait. verfic. quare non vbique. Ter 21 tiò † requiritur, vt pariter occidat vtrunque, neutriq; parcat, ne filia quidē etiam imprægnata, l. patri. l. nec in ea. l. quod ait lex. & l. si maritus. & l. marito, ff. ad l. i. de adulter. Et notat eleganter Bart. in l. Imperator, ij. ff. de statu homi. Idem post eum refert 25 & citat Angel. Aretin. in suo tractatu maleficiorum, sub gloss. in verb. *Che me hai adulterato mia dona.* Quartò † requiritur, vt pater filiam habeat in potestate: aliò qui enim si filia à iure paterno esset emancipata, vel in aui potestate existens, nullo modo tunc patri iura permitterent filiam suam adulterantem occidere, vt l. sic eueniet. & d. l. patri, ff. ad l. i. de 23 adulter. Quintò, † vt filia nupta sit, & non vidua aut virgo: nam si aut vidua esset, 26 aut virgo, nullo modo posset eam contingere. Ita Angel. Aret. sub præallegata gloss.

*Che me hai adulterato mia dona.* Sicut nec filio licet vllò modo occidere citra culpam homicidij, eum quē reperit actu peccantem & adulterantem cum matre, vt d. l. Gracchus, & ibi Cynus. Nec matri licet occidere adulterum, quem comperit adulterantem cum filia: nec fratri licet occidere, actu adulterantem cum sorore: nec etiã auo, neptem, quam habet in potestate occidere permittitur. Quandoquidem † huiusmodi adulteros in actu occidere, nulli permillum est, quàm ipsi soli patri, modis etiam & conditionibus antè habitis, d. l. patri, in fine, cum l. seq. Ceterùm † adulteria commissa cum aliqua Principe aut Ducissa, acriùs multò & enormiùs puniēda sunt, quàm quæ cum aliis mulierculis plebeiis committuntur. Nam, vt hoc vel vno exēplo doceam, execrandis & maximis interierūt per iustitiam supplicij, duo illi fratres, qui reperti fuerant adulterio cōmaculasse regales toros: nēpe duas reginas, scilicet vxorē Regis Ludouici Huuestein & vxorem Regis Caroli de la Marche. Quandoquidem † ipsorū adulterorum adhuc viuentium genitalia priùs absceindebantur: Deinde viui fuerant excoriati: Ac nouif-



simè ita nudi in patibulum  
 subrepti: Ipsæ verò Reginz  
 non mitioribus tandem ab-  
 sumptæ supplicii: Eæ enim  
 simul inter duos muros stri-  
 ctissimè cæmentatæ fuerant,  
 vbi tandem miseranda per  
 se & sua sponte consumptæ  
 27 sunt nece. † Porro si contin-  
 geret dominum feudatorem  
 mœchari cum vxore sui va-  
 falli siue feudatarij, in eo ca-  
 su dominus feudator perde-  
 ret ius consuetum in suum  
 vasallū: Et vasallus ab ipsius  
 prioris domini iure exem-  
 ptus, deueniret in omnibus  
 ad protectionem & ius sui  
 superioris domini feudato-  
 ris. Si verò contrà ipse feuda-  
 tarius seu vasallus concum-  
 beret cum vxore domini sui  
 feudatoris, adulteraretque  
 eam, vel ad crimen istud sal-  
 tem sollicitaret, turpiter ten-  
 taret, affectaretur. Item si vel  
 filiam, neptem, nurum, foro-  
 rem pollueret, is vasallus per-  
 deret totum feudum suum,  
 & eo priuaretur, quod prædi-  
 cto domino suo subseruiebat  
 Et hoc textus feudales ( bar-  
 basis vocabulo ) Cucurbitare  
 nominant. Ita habet D. Vdal-  
 ricus Zasius summi nominis  
 Iuriconsultus in vsus feudo-  
 rum epitome, de feudi amif-  
 sione parte decima. Ipsè quo-  
 28 que vxores adulterę de adul-  
 terio conuictæ, & ea causâ,

sententiæ Curiz spiritualis  
 diuortio à maritis diuulsæ,  
 perdunt iuxta rigorem iuris  
 suam dotem, l. consensu, §,  
 vit quoque, C. de repudi. & in  
 c. plerunque, extrâ, de donat.  
 inter virum & vxor, & iuxta  
 consuetudinem ipsarum Do-  
 harium consuetudinarium:  
 hoc tamè in mulieribus adul-  
 teris specialiter notandū est,  
 esse multos casus, in quibus  
 marito non licet vxorem ac-  
 cusare adulterij, neque de eo  
 commissio vxorem deferre, &  
 per iustitiam conuincere &  
 29 damnare. Primò, quādo ipse  
 maritus eodem adulterij cri-  
 mine infamis & commacu-  
 latus fuerit, c. intelleximus,  
 extrâ, de adulter. paria enim  
 delicta mutua compensatio-  
 ne dissoluuntur, l. viro & vxo-  
 re, ff. solu. matri. & l. si ambo,  
 ff. de compensatio. Quocirca  
 30 † sua serim maritis omnibus,  
 nō temere cōmittāt, quo ius  
 suum maritale amittant: hoc  
 est, ne vago alienoq; toro se  
 commaculent, néve tam im-  
 prudentes sint in consecrādō  
 illicitos cōcubitus. Qui enim  
 31 fid faciunt, præter hoc, quòd  
 Deum Opt. maxim. grauiter  
 offendunt, etiam vxorū amo-  
 rem maritalem, plerunq; sua  
 culpa vertunt in implacabile  
 odium, quo vxores per impa-  
 tientiam & desperationē sese  
 sæpenumero ad exemplum  
 mari

maritorum aliis quoq; mo-  
 chis prostituunt. Nam vt vx-  
 ores pleræque omnes summo-  
 pere gaudent voluptate ve-  
 nerea, nihilque magis affe-  
 ctant, quàm frequentes mari-  
 torum congressus, ita canino  
 odio prosequuntur eas, quæ  
 sibi eam voluptatem furtiuo  
 cõcubitu intercipiunt, & ma-  
 ritales cõgressus solitos ipsis  
 eripiunt: & ob hoc miserè ad  
 vindictã sollicitantur: adeò vt  
 si vindictæ occasionem repe-  
 rire nõ valeant, tandem exu-  
 ta fronte, & cõscientiæ stimu-  
 lis neglectis, maritorũ adul-  
 terantium exemplum imita-  
 ri statuunt: atque eò despera-  
 tionum perductæ, in scelere  
 maritis sunt multò nequio-  
 res, multòq; ardentiores &  
 improbiore: Dũ bellè & præ-  
 clarè sese agere arbitrentur,  
 quum retaliatis vicibus ma-  
 ritum quoque suo iure frau-  
 dent, & sese aliunde ea volu-  
 pte expleant, quàm mari-  
 tus cõtra legem maritalem,  
 ipsis nefariè negat & aufert,  
 & alienis vxoribus impartit.  
 Atque hinc tandem fit, vt  
 quum gloria domus scedè  
 aliquando his sceleribus col-  
 labascet, id totum impruden-  
 tiæ, imò maritorum priori-  
 bus adulteriis ascribendum  
 fit, qui vxoribus sæpe mali  
 occasionem præbeant, vt ia-  
 cturam passam vlciscantur,

& voluptatem amissam aliũ-  
 dè sibi sarciant, par pari (vt  
 putant) præclare referentes.  
 Quandoquidem nihil vxor-  
 es, præsertim castas, æquè  
 exasperat, quàm maritorum  
 suorum illiciti congressus cū  
 alienis, iisque impudicis mu-  
 lieribus. quod ipse quoque  
 testatur Imperator in d.l. cõ-  
 sensu, post princ. vbi Bald. &  
 Ang. id notant, C. de repudi.  
 & in §. mitiores. in Authent.  
 de nuptiis. quem ad hoc ex-  
 pendit Ang. vbi suprà, & in l.  
 si vxor. §. iudex. ff. ad leg. Iul.  
 de adulter. & Iason in l. ex ea  
 parte. §. mulier. in j. not. ff. de  
 verborum obligationibus.

32 † Quum igitur † sæpe vxor-  
 um adulteria proueniant ex  
 culpa, atque adeò ex vagis ac  
 illicitis maritorum concubi-  
 tibus, iniquè profectò faciunt  
 tales mariti, qui proprio dis-  
 simulato vitio, vxorum mala  
 tantùm ad censuras rapiunt,  
 & iudices ad vxores condem-  
 nandas sollicitant, quum ipsi  
 mariti prius cū † omni æqui-  
 tate grauitè de suis scele-  
 ribus sint puniendi: ob quo-  
 rum scelerum occasionem  
 datam, vxores vascula fragi-  
 liora, tandem in peccatum  
 prolapsæ sunt. Mariti verò  
 per se & sua propria culpa, &  
 sua sponte, & se adulteriis  
 commacularunt, & vxoribus  
 peccandi occasionem præ-



buerunt. Iniquiores quoque sunt ipsi iudices, qui istis non consideratis, ad primas talium maritorum delationes & querimonias, vxores illicò ex rigore iustitiæ damnant, & per hoc infames reddunt. Quocirca ne imprudentiùs hac in parte Iudices contra vxorum equiores causas peccent, velim prius perlegant Vlpianum, l. si vxor, §. ij. ff. ad l. lul. de adulter. † Iudex (inquit) crimen adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque bonos mores colendi autor fuerit. Periniquum enim videtur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Secundò, quoties † ipse maritus, aut per negligentiam, aut per oblatas occasiones, aut aliis similibus mediis aliquo modo vxori ansam præbuit committendi adulterij, sicut & iã in primo notabili abundè satis meminimus, vel si eam tradidit adulterandam, cap. discretionem, ext. de eo qui cog. consangu. vxo. suæ. Glossa singularis in verb. mutua cõpensatione, in cap. intelleximus, ext. de adulter. † Tertiò, quoties vxor nõ sponte, sed tantùm coactè, & summa cum illata violentia, adulterium commisit, contra animi consensum & volun-

tatem, dicta l. si vxor. §. si quis, versiculo, cæterùm, & l. vim. ff. ad l. lul. de adulter. Quartò, cum † vxor fraudulento concubitu, hoc est, in personis decepra, adulterium qualecunque committit, putans marito concumbere, & ipsi debitum maritale reddere, cum tamen adultero condormiat, & adulterium iuxta carnem & mundum (non secundum mentem & spiritum) committat. Non enim coinquinatur corpus, nisi de consensu mentis, dicta l. si vxor, versiculo, cæterùm, & argumē. c. in lectum, xxxiii. quæst. ij. Ex occasione ac similitudine quarti modi, exurgit quæstio hæc alia, non omnino absimilis: Sempronius amore cuiusdam virginis captus, rogauit vxorem Mæuij, vt per suam operam, eadem virgine potiri posset: Ea vxor Mæuij, votis Sempronij acquiescit, & se hoc præstituram certo loco & tempore promittit: quod tamen non fecit, sed ipsam & eadem voluptate potiri cupiens, sese constituta nocte & loco in lectum composuit, & se loco virginis exoptatæ Sempronio supposuit: eamque tum Sempronius cognouit, putans se rem habere cum virgine priùs cupita, & per vxorem Mæuij promissa, quum tamen

men cum ipsa Mæuij vxore  
furtim & per ignorantiam  
condormiuerit. In hoc enim  
casu nunc quæritur, An is Sē-  
pronius accusari à Mæuio tā-  
dem possit de commisso  
cum vxore sua adulterio, pu-  
tans scilicet se stuprassē vir-  
ginem, non alienam vxorem  
commaculasse? huius itaque  
quæstionis solutio tota ex  
priori casu enarrato, depen-  
det. Quintò, † quādo ob diu-  
turnam mariti absentiam,  
quem mortem obiiisset crede-  
bat, cum alio marito matri-  
monium contrahit & con-  
summat, cap. in præsentia, &  
ibi duæ glossæ, vna in verb.  
Viris. altera in verbo, Do-  
nec certum nuntium, ext. de  
sponsalibus & matrimoniis,  
& c. cum per bellicā, xxxiiij.  
40 quæst. ij. Sextò denique † pri-  
uatur maritus iure accusandi  
suam vxorem de adulterio,  
quoties post adulterium com-  
missum, vxorē ad se recepit,  
reconciliauit, & cum ea con-  
cubuit, cap. quemadmodum,  
ext. de iureiurand. & cap. si il-  
lic. xxiiij. q. iiij. Porro omne  
41 † adulterium quoties publi-  
cum est, adeò iura cōtēnunt,  
vt omnibus & singulis etiam  
ignotissimis, & quāmaximē  
alienis permittant accusare.  
& ad Iudicem adulteros  
& adulteras deferre. Verūm  
quoties in adulterio commif-

so contingit ignotum aliquē  
accusare alterius vxorem, pa-  
ter & maritus vxoris in ac-  
cusatione omnibus aliis præ-  
ferendi sunt. Et si ipse ma-  
ritus vxorem accusare detre-  
ctet, pater solus accusare po-  
test. Et si ne hic quidem ean-  
dem accusare velit, tum tan-  
dem cuique etiam ignotissimo  
permittitur alterius vxoris  
adulteræ accusatio, lege j.  
§. si simul, & l. si maritus. §. si  
ante, ff. ad legē Iul. de adul-  
42 ter. Quisquis † præterea alte-  
rius vxorem publicè & aper-  
tè sollicitat ad adulteriū, aut  
inhonestè contrectat, adeò vt  
hac gratia apud Iudicem de  
illata ei, aut improbitate so-  
licitantis conqueratur, is pu-  
niendus est exilio, aut simili  
punitioe arbitraria Iudicis,  
etiam si nullum adulterium,  
aut nullum aliud malum in-  
de subsecutum fuerit. Porro  
43 † copulatrices, aut lenones,  
qui suo studio honestas vxor-  
es ad adulteria sollicitant, &  
perducunt (etiam effectu non  
secuto) secundum iura puni-  
untur capitaliter, l. final. C.  
de spectac. & sceni. & leno-  
libro xj. & in Authent. de le-  
nonibus. §. præconizamus, in  
glos. in verb. Inuitam. Ludo.  
Ponta. in singu. suis, in verb.  
Pœna, versiculo, qui donum.  
Nec hoc loco omittendum  
lenocinij crimen esse maius



- adulterio, secundum glossam, Bartol. & Doct. in le. athle-  
 4 tas. §. ait Prætor, qui lenocin-  
 5 nium, ff. de his qui notan. in-  
 famia. Secundum consuetu-  
 dinem verò, damnantur exi-  
 6 lio, aut alia punitione arbi-  
 traria iuxta varietatem re-  
 gionum & ciuitatum. Nam  
 7 iuxta consuetudinem olim  
 Gandensium, copulatores  
 damnabantur exilio: copu-  
 8 latrices ¶ nisi præcissione, ta-  
 9 met si hodie nisi præcissio-  
 10 nem commutarunt installa-  
 tione, theatro iustitiali, aut  
 pellerino. Nouissimè hoc de  
 adulterorum punitione adii-  
 cere libuit, ipsos secundum  
 iura ciuilia, nusquam loco-  
 rum esse liberos, ne in tem-  
 plis quidem, aut cœmeteriis,  
 in Authent. de manda. Prin.  
 §. quòd si delinquentes, colla.  
 ij. versicul. Neque glossa. in  
 verb. Publicus latro, in cap. in  
 ter alia, ext. de immunita. Ec-  
 cles.

### De permissione adul- terij.

C A P. X C.

S V M M A E.

- 1 Lenocinium mariti puniendum exilio.
- 2 Maritus ex vxore quæstum faciens, punitur exilio.
- 3 Clancularium vxorù adu-  
 2 terium, per maritum non est dese-  
 3 condennandus, quoties ex  
 vxor

rendum Iudici.

4 Signa manifesti, & certi ioccul-  
 ti & incerti adulterij.

5 Coniectura adulterij elicitur ex  
 loci qualitate, personarum qua-  
 litate, & actu, & modo.

6 Mariti improba in vxoris adul-  
 terio commentia non est feren-  
 da Iudici.

7 Francorum frequentia adulte-  
 ria, vnde nascantur.

8 Franci de adulterio nullam fe-  
 runt sententiam pœnalem Iuri.

9 Exemplum.

10 Alterum exemplum.



1 C V T ex supe-  
 riori capite cõ-  
 stat grauitè  
 esse puniēdos,  
 qui turpiter  
 adulteria committunt: ita nõ  
 minus puniendi sunt, qui vxo-  
 ris adulteria cum illo satyri-  
 co dicente (non omnibus dor-  
 mio) dissimulanter ferunt, &  
 vxores suas in ea turpitudine  
 quasi fouent, & alūt. Maritus  
 1 figitur, qui sciens volēnsque  
 dissimulat, & permittit vxo-  
 rem adulterari, ita vt nec ver-  
 bis, nec re vlla illi adulteran-  
 ti obstitat, nec ipsam ab adul-  
 tero retrahat, vel nec ipsam  
 à se dimoueat, is ob vxorij  
 adulterij dissimulationē da-  
 mnandus est exilio, aut alia  
 simili pœna arbitraria Iudi-  
 cis. ¶ Multò igitur magis di-  
 ctis pœnis, aut acrioribus est  
 condennandus, quoties ex  
 vxor

vxoris adulterio, vllum sibi  
 quæstum parat, aut lucrum:  
 hoc enim faciendo, crimen  
 præterea committit lenocini-  
 nij, lege ij. §. lenocinij. ff. ad  
 l. Iuliam de adulter. & l. ij. C.  
 eod. titul. & ibi glossa. † Ve-  
 rum hic sciendum, si adulte-  
 rium vxoris non fuerit ma-  
 nifestum, nihilque de eo cer-  
 ti habeatur in ore, & notitia  
 vulgi, præter incertam suspi-  
 cionem, & rumorulum popu-  
 larem, quem maritus faci-  
 le sua prudentia, & probita-  
 te tueri posset & tegere, in eo  
 casu non est maritus vxori  
 cohabitans condemnandus  
 de dissimulato vxoris adul-  
 terio. l. sine metu. C. ad legem  
 Iul. de adulr. Nam hoc singu-  
 lis à natura recto dictamine  
 insitum est, vt domesticos om-  
 nines, atq; adeo vxoris pro-  
 pria vitia tegant, & probi-  
 tatem tueantur, sicubi pos-  
 sint & valeant. Sed quan-  
 do † huiusmodi adulteria  
 censenda sint aut manifesta  
 aut clancularia, & ex quibus  
 coniecturis adulterij certitu-  
 dinem potissimum collige-  
 re conueniat, vt citra repre-  
 hensionem, & cum omni  
 æquitate, vxoris adulterium  
 maritus accusare possit, aut  
 celare: suaserim, vt mari-  
 tus de huiusmodi coniectu-  
 ris Iurisperitos, Doctores,  
 aut ipsum Iudicem consulat:

Ita enim minus peccabit, &  
 tutior erit à permisi adul-  
 terij crimine. Coniecturas  
 autem de certitudine vel in-  
 certitudine adulterij vxor-  
 um commemorat glossa su-  
 per verbo, In ipsis rebus, in  
 l. quod ait lex. ff. ad le. Iuliam  
 de adulter. Nam ibi glossa  
 tria potissimum narrat, vn-  
 de censuram, & coniectu-  
 ram quis facere debeat, de  
 adulterij certitudine, aut  
 incertitudine. Nam † obser-  
 uanda esse iubet, scilicet lo-  
 cum adulterij, qualitatem  
 personarum, & actum & mo-  
 dum adulterantium. De loco  
 autem considerabit an is opa-  
 cus fuerit & tenebrosus, an  
 luculentus: an prophanus, an  
 sacrat: nam in locis clavis  
 & sacrat: nullum suspican-  
 dum est futurum adulterium.  
 De qualitate autem perso-  
 narum videbit, an cognati,  
 an affines, an alieni: an Ec-  
 clesiastici fuerint, an laici &  
 seculares: nam in cognatio-  
 ne, affinitate, & ordine Ec-  
 clesiastico, nullum suspica-  
 mur intercidere posse adul-  
 terium. De actu denique  
 considerabit modos, & ge-  
 stus, & signa: nempe, mutua,  
 eaque aut aperta, aut secreta  
 oscula, pudendorum liberas  
 & mamillarum faciles con-  
 tractationes, & contactus, aut  
 mutuos ad collum amplexus:



Quandoquidem si hæc signa, simul conspicientibus aliis, contingant, argumētum certum est de commisso adulterio, vti etiam proximè præcedenti capite nonnihil attingimus. † In quo certo adulterio, si quispiam maritus ita esset facilis, & eò peruenisset impudentiæ, vt ad vxoris sce lus dissimulare planè vellet, & libenter contra clamores vulgi conuiuere, & nullo modo vellet, nec optaret eam deferre ad Iudicem: in eo casu ipse Iudex non feret ridiculam mariti conuiuentiam, sed ex officio per rumores populares causam ager, & litem intentabit contra illum facilem maritum, & permissorem adulterij vxoris, vt honestas venerabilis matrimonij vel apud alios quosuis tali exemplo & punitione exterritos conseruetur. Galli & Franci tamen, † quoniam nihil mali de vxoribus suspicantur, sed ipsarum fidem, & honestatem semper habent certissimam, & fortiter ex eo tueantur, ideò vxorum suspensiones & susurros ferè boni consulunt, excusant, & defendunt: nempe, ex amore conjugali vehementi, credentes semper recta & honesta circa vxores contingere. Et si quid mali aliquando rumoris de iis audiant, illud syncerè & candidè interpretantur. Ideò non mirum, si in Regno Fræciæ (quod tamen dolendum est) adulteri ex consuetudine liberius peccet: Nempe quòd de adulteriis committendis rarò suspicentur, ideòque rarius puniantur, vt dicit Ioan. Fab. in l. consuetudinis, colum. vlt. C. que sit longa consuet. Et idem alibi dicit in §. ex non scripto, colum. penul. vers. sed quaeritur, an consuetudo, Instit. de iure natu. gèr. & ciuili. Nam in † illo loco apertè testatur, in Regno Fræciæ nunquam visum fuisse, vt ob adulterium quis puniretur pœna iuris. Idem in d. §. item lex Iulia, institu. de publi. iudic. Imò ait idem Io. Faber, in Fræciæ tam parui æstimari adulteria, vt ea vix peccata & crimina existiment, sed potius lepidam, & præclaram industriam, & audaciam: hinc nostrorum temporum calamitatem, nò præter rationem maximopere deplorat. Non est (inquit) fanitas à vertice vsque ad plantam cedri, liliū confirmatur hyssopo. Quid enim (inquit) nobiles scribunt in hospitorum parietibus, iuxta armorum insignia, quod id non sapiat? Hactenus ille. † Quòd autem ob candidam interpretationem, & ob famam semper maritorum de vxoriis

vxoris vitii opinionem: de  
 inde quòd ob iustitiæ impu-  
 nitatem in Francia adulte-  
 ria sint frequentia, id norunt  
 qui aliquot annos ibidem cõ-  
 morati sunt. atque ipse ( non  
 ad gentis diffamationẽ, sed  
 ad vitiorum patriæ correctio-  
 nem) multis exemplis didici,  
 & his duobus subiectis conte-  
 stari potero. Ego enim tem-  
 pore quo Aureliæ studiorum  
 gratia habitarem, noui quẽ-  
 dam iuris scilicet candidatũ  
 ( vt putabant parentes ) qui  
 Veneris castris fuit addictior  
 quã Bartolo aut Baldo, qui-  
 que voluptuari, scortari, suis-  
 que malebat obsequi turpi-  
 bus affectibus, quàm sese ma-  
 cerare, & conficere studiis. Is  
 (inquã) formosulus iuris can-  
 didatus deperibat virguncu-  
 lam quãdam, cum qua capta-  
 to tempore sæpe iocabatur,  
 potitabat, & colludebat, tan-  
 dem audacior factus cœpit  
 eandem sollicitare, vt ipsa sui  
 copiam faceret, ad quod ipsa  
 astutula respondit, sese ipsam  
 hoc facis desiderare, atque ob  
 id etiam nihil tam candido  
 amico negare velle, sed me-  
 tuere parentes, ob quos ( etsi  
 maxime vellet) non auderet  
 committere: sed dabo nobis  
 (inquit) consilium benignius  
 ac tutius: vt audiui è parenti-  
 bus, puto me propediem fu-  
 turam sponsam, quum igitur

duabus hebdomadibus, aut  
 mense vno nupta fuero, tum  
 me alloquere, & quod vobis  
 pete, nihil tibi denegatũ iri  
 senties: quod à iuvene tenta-  
 tum & factum fuit sæpius.  
 Huiusmodi exempla an non  
 frequentissimè contingant,  
 norunt qui nobis inde recen-  
 tes reuertuntur. Aliud exem-  
 plum † in eadem celeberrima  
 ciuitate, certo certius con-  
 tigitisse cognoui: in qua mihi  
 admodũ familiaris fuit qui-  
 dam Alemanus, iuuenis pro-  
 ceteri corporis, cute nitida, fa-  
 cie formosa & blandula, to-  
 tòque corpore amabilis. Is  
 (inquã) Alemanus à multis  
 matronis amabatur, quarum  
 vna mercatrix pannorum fer-  
 ricorum, eundem per pedis-  
 sequam sæpe compellare ius-  
 sit, & sæpius in templo, atque  
 eundem inuitare ad repotia  
 nocturna, Dicens, si ipsi pla-  
 ceret, vt heram suam subinde  
 inuiseret, futurus ei gratus,  
 & quòd cum ea citra suum  
 incommodum voluptuaretur.  
 Ille igitur ( vt iuuenilis  
 animus ad huiusmodi per se  
 satis est proliuis ) se factu-  
 rum promisit, & quando cõ-  
 modũ ipsi videretur, sibi signi-  
 ficari postulauit. Eadem itaq;  
 pedissequa post pauculos dies  
 eundem in templo secretò cõ-  
 uenit, & dixit, Vesperi erit  
 opportunum: nam herus no-



ster hodie profectus est (nam hoc vulgò apud eas est in pro uerbio) Parisios, Quocirca me eminus sequere, & vbi me intrantem conspexeris, ibi vesperi pulsabis, a stabo ipsa tibi apertura ad ostium. Hic Alemanus memor huius oblationis in crepusculo domũ adiit, pulsauit leniter ostiũ, actutum intromittitur, in cubiculum tapetis ornatum inducitur, vbi paratum reperit symposium: mox ab ancilla, vestibus exiit: monstratur lectus penè regalis, cui incubuit dicta bellula matronula: cedit ancilla, itur cubitũ, ibiq; suam reperit amasiam. Postridie eadem ancilla cubiculum intrat, heram excitat, surgere iubet, ne herus forsitan inexpectatus eos in opere tali opprimat, & cõperiat. Surgitur itaq; ientatur splendide, & talis Athleta promunere, & pro re bene gesta donarium à sua accipit, holofericã crumenuam, cui ipsa octo inseruit coronatos aureos solares. Hanc rem is (vt plenus erat rimarum) cõmemorauit vni suorum sodaliũ, qui tam facetum actũm ridens, eamus (inquit) ad eandem, & emamus hac pecunia ab eadem aliquot vlnas holoferici: placuit consilium, eunt eõdem, reperiunt in taberna mercatoria maritum præsen

tem, salutant ipsum, salutant vxorem, quæ vultũ habebat in manu, & se bellè componere norat, poscunt holofericum pro thorace, proferuntur varia, vxor iubet maritũ elegantiora ferre è penitiori cubiculo domus: dũ is se ad ea ferenda recipit, vxor iij. vlnas abscindit, & pecuniam reddit. Interim maritus redit cũ iij. aut iij. sarcinulis, iubet vxor reportare, quòd conuentum esset inter ipsos, dicit sibi solutum esse, & se pecuniam in casulam argentariam immisisse. Reportat maritus holoferica: redeunt salutata vxore emptores cum holoferico, & pecunia. Huiusmodi exempla metuo, ne plura fiant, quàm velim, & quàm sit salutiferum, potissimum ob maritorum laxitatem, & iustitiæ nimiam facilitatem. Sed quod iustitia nõ punit, id plerunque punit vltor scelerum Deus. Nam hic Alemanus post pauculos aliquot menses, stans pro foribus suis, nihil mali suspicãs, ab impurissimo inuaditur le none, & sine vlla verborum controuersia, pugione confoditur. Quocirca metuar quisque iudicium, & vindictam diuinam, tametsi ad sua vitia iustitiam conuiuere congnouerit.

De

1 Q  
2 Le  
3 Le  
stat  
4 Lem  
5 Tri  
yll  
6 Du  
7 Qu  
con  
ple  
8 Le

1

scel  
scor  
ex o  
nic  
cit:  
por  
ma  
aut  
gra  
at  
cer  
tin  
2 rito  
qui  
nor  
to  
qu  
fac

## De latrocinio.

C A P. XCI.  
S V M M A E.

- 1 *Quādo cōmittatur lenocinium.*
- 2 *Lenociniū cum peccato merito-  
rio collatio.*
- 3 *Lenociniū apud Ethnicos dete-  
statio.*
- 4 *Lenociniū poena ex iure capitali.*
- 5 *Tria requiruntur, vt lenones  
ultimo afficiantur supplicio.*
- 6 *Dua vices cōsuetudinē faciunt.*
- 7 *Qui lenones cōsilijs, fauore, ope,  
consensu, iuuant, ij pari poena  
plectuntur.*
- 8 *Lenonum condemnatio mitior.*



- 1 **G**ENERALIS adulterio crimi-  
nent est leno-  
ciniū, hoc est,  
nefarium illud  
scelus, quo quis ex publicis  
scortationibus, ex adulteriis,  
ex deforationibus, aut ex for-  
nicationibus sibi quæstum fa-  
cit: non quidem proprio cor-  
pore, sed virgines, mulieres, 4  
matronas, aliorum vxores,  
aut meretrices, huius quæstus  
gratia ad actum venereum,  
aut publicè aut occultè pellicens,  
vel etiam ad hoc priuatum  
domi alens, & ex eo merito-  
2 ritorio quæstu viuēs. † Quod  
quidem peccatum lenociniū,  
non est scelere inferius pecca-  
to merito, hoc est, eo, quo  
quis proprio corpore quæstū  
facit, teste Vlpiano in l. pa-

lām, §. lenocinium, ff. de ritu  
nuptia. & in l. athletas, §. j. ff.  
de his, qui notan. infra. Nā vt  
hoc speciale est, & ex vnus  
fœminæ libidinoso amore  
nascitur, ita lenociniū gene-  
rale est, & plures ad suā libi-  
dinē explendā, quæstus gra-  
tia, perducit. Quum autem  
† per sese vel apud Ethnicos,  
vt puta apud Lucianū in ama-  
toris, & apud alios complu-  
res, lenocinij crimen in pri-  
mis sit detestabile & abomi-  
nandum, multo maiori odio  
apud Christianos illud habe-  
ri debet: idēque hoc lenoci-  
nium communis leges gra-  
uissimè puniunt, l. j. §. qui le-  
nocinij, & l. athletas, §. qui le-  
nocinij, ff. de his, qui notant,  
infra. & l. j. §. lenocinij, & §.  
qui hæc, ff. ad leg. lul. de adul-  
ter. l. de crimine, §. fin. & l. ita  
nobis pudor. C. ad leg. lul. de  
adulter. Authent. de lenonib.  
per totum. coll. iij. Præterea,  
4 quicumque † huiusmodi leno-  
cinia committūt, hoc est, qui  
publicè ex scelerata, & me-  
retrici vita mulierum, aut  
propriarum vxorum, aut fi-  
liarum, aut aliarum etiam  
quarumcūque, qui (inquam)  
ex his publicè turpem quæ-  
stum faciunt, pecuniam me-  
rent, & exinde viuunt, ij pu-  
niēdi sunt ultimo supplicio,  
aut malæ crucis suspendio, §.  
præconizamus. & ibi glōf. &



Bartol. in authen. de lenonibus. colla. ij. Verùm hic notandi sunt tres modi, quos in lenocinio cõcurrere oportet, priusquam lenones ad vltimum supplicium, aut patibulum damnari possint. Primò, vt mulierem ad hunc meretricium actum persuasionibus, aut præmiis, aut precibus perduxerint: & hoc ex consuetudine sæpius facere sint soliti, vt vult glo. in dicto §. præconizamus. Atque hic cõsuetudinem intellige, quoties factum bis contigerit: Nam quum in aliis multis, ad consuetudinem firmandam requiratur frequens & sæpe iterata commissio: in hoc & simili crimine duæ vices, id est, bis commissæ faciunt & confirmant consuetudinem. l. ij. circa finē. cum ibi not. C. de episcopali audientia. Deinde vt ex ipsius vita nefaria, & avaritia, sibi quæstum fecerint, & pecuniã acceperint. Tertiò, vt eam sibi ad dictum actum subiectam fecerint, & morigeram, aut promissis, aut præmiis, aut aliis quibusuis modis. Porro hoc vltimo supplicio, tvel patibulo non solum damnantur ipsi lenones publici, sed etiam omnes quicunque aut ad stuprum, aut ad incestum, aut ad adulterium, aut ad deflorationem, aut ad

fornicationem, aut scortationem vlllo modo, consiliis, fauore, & ope, & consensu, per publica lenocinia coadiuuerunt, & cooperati sunt, vltimo supplicio vel patibulo fuispendio etiã damnandi sunt, l. aut facta. ff. de pœnis. l. sæpe. in fine. ff. de verborum significatione. l. prima. ff. de seruo corru. l. ij. §. ij. l. qui domum suam. l. is cuius ope. l. mariti lenocinium, ff. ad legē Iul. de adulter. l. ij. & l. castitati. C. eod. tit. de adulter. Hactenus ipsa iura dictos lenones enarrato vltimo supplicio puniri iubent. Verùm quum aliquanto videatur ea sententia leuior, ideò hoc peccatũ multi mitius puniri malunt. Et ego quoque qui Senatui Brugēsi, ac aliis, multis annis fuerim à consiliis, & lenonum punctionibus sæpe coram adfuerim, nũquam cõspexi dictos lenones, aut lenas, aut adulteros, vltimo supplicio damnari & puniri, sed aut exilio ciuitatis, vel regionis, aut theatri installatione, aut virgarum flagellationibus, aut similibus pœnis citra mortē. Hæc habui pie Lector, quæ de hoc lenocinio tibi volui cõmunicata. Si tamē de hac materia plura desideres, per me interim Ia. de Bello visu in sua practica in rub. de lenonibus, per legas licet.

De

1 Stup  
3 Stup  
rius  
4 Stup  
Et  
5 Stup  
quon  
6 Stup  
cat  
stup  
7 Da  
scen  
mon  
8 Virg  
con  
9 Tut  
qua  
fena  
salli  
tari  
ris,  
12 Virg  
tra



gru  
Stu  
lice  
qui  
1 cap  
& f  
def  
quoc

## De stupro.

CAP. XCII.

SVMMAE.

- 1 Stuprum quid, & nume. 2.
- 3 Stuprum est duplex, voluntarium, & violentum.
- 4 Stuprum voluntarium quid, Et quomodo puniendum.
- 5 Stuprum violentum quid, Et quomodo plestendum.
- 6 Stuprator cogendus, vt vel ducat stupratam in vxorem, vel stuprate de dote prouideat.
- 7 Damnum non est stuprate poscendum post alterutrus matri monium.
- 8 Virginem impubere stuprare conans, damniatur exilio.
- 9 Tutor stuprans pupillam suam, qua poena afficiendus. Quid de feudatore stuprante filiam vassalli. nume. 10. Quid de feudatario vitante filiam feudatarii. nume. 11.
- 12 Virginis iuramento statur contra stuprantem.



VM hic in libidinū varias species incidimus & de earum punitione, congruo ordine hic sese profert Stuprum, quod vocabulum, licet subinde generaliter pro quibusuis luxuriæ speciebus 1 capiatur, † specialiter tamen & strictius hic pro virginum defloratione accipiendū est, quod certè malum est grauif

simum, & acri animaduersione plestendum. Nam si ob furum rei temporalis iure aut cōsuetudine in crucem fures subripimus (sicuti post suo loco declarabimus) quo quaso, supplicio afficiendi sunt, qui virginum florem & virginitatem, thesaurū incomparabilem, callidè vel violèter eripiunt? & famā & nomen bonū, quibusuis diuitiis potius auferunt, & sinistra furantur? Certè nō leuiori poena mihi damnādi videntur, quàm rerum temporalium fures: imò multò acerbius. Est † autem stuprum ordinariū crimē, quod in virginē viduāque honestè viuentem committitur. Istud duplex est, † voluntarium, & violentum. Voluntarium est, quod † volente & cōsentiente virgine vel vidua committitur: cuius poena est publicatio dimidiæ partis bonorum in stupratore honesto: in humili verò, ac persona vilioris qualitatis, poena erit flagellatio, ac corporis coërtio cum relegatione vel exilio. §. item lex Iulia de vi. Instituit de public. iudi. † Violentum stuprum est, quando virgines vel viduæ per vim opprimuntur vel abducuntur: & dicitur propriè raptus, cuius poena capitalis est, quam parètes vel cognati ipsi sumere possunt à rapiēte, si in actū

&amp;



& flagrati crimine ipsum deprehenderit, vt C. per vniuersum ti. de rap. virg. seu vidua. necnon sanctimoni. hoc est, si virginē aut viduā nō diffamata aduersus eius voluntatē vitiauerit, virginaliq; aut viduali decore seu honore priuauerit, vi expugnata ipsius pudicitia: is facinorosus malefactor capitis di. scrimen aepœnā incurrit: debētq; ex accusatione cōpressarū in prosequutione maleficij, quemadmodū prædo seu raptor, gladio truncari, atq; ita dictis rationibus constupratores plestuntur per iustitiā secularē. Sæpius tamen per Curia spiritali puniuntur, quoties supra sunt, cum constupratarū consensu. Per iustitiā vero (vt diximus) secularē, quoties virginibus aut viduis stuprum offertur per vim & violentiam, idque gladio. Porro de stupro violento (quod raptum vocant) latius infra suo loco tractabimus, Cap. de raptu. Hic interim animaduertendum est, ludicem ecclesiasticū cogere posse stupratorem, vt in vxorem ducat stupratā: aut vt ipsū de digna dote prouideat, per quam alteri tandem possit honestē nubere: atque hæc pœnæ quidē statuendæ sunt, non ex arbitrio Iudicis, sed stupratoris, vt is stuprator cogente Iudice al-

terutrā pro arbitrato eligat. Verūm † ista locum tantū habent ante alterutrius contractum matrimonii, sic vt stuprata, per Iudicē à stupratore, iniuriæ, & damni reparationē postulet, priusquam is stuprator aliam vxorē ducat: aut antequam ipsa stuprata alteri nupserit, & cum alio matrimonium cōtraxerit, vt in c. j. & cap. peruenit. ext. de adulr. & ibi D. Abb. Si autem ipsa stuprata differat sibi illatæ iniuriæ reparationem exposcere, vsque ad alterutrius initum & cōtractum matrimonium, in eo casu negotiū censetur inualidum & extinctum. Nam tunc ipsa suo damni repetendi iure planē priuatur, vel ob hanc causam, quod stuprator eo casu sua careret & destitueretur optio ne eligendi alterutram pœnam, de qua diximus. Qui autem molitur virgunculā timuberem decē aut vndecim annorum, nondū viripotentem, stupro polluere, is certē damnāndus est exilio, aut alia punitione, seu pœna arbitraria, iuxta qualitatem & conditionem personæ, etiam si actu eā nō violasset, aut violare potuisset. Nam qui sunt cōditionis humilioris, hi in metallum damnantur: honestiores verò personæ in insulam relegantur exules, l. si quis aliquid

quid. §. nondum. ff. de pœnis. quod proculdubio notandum est, quia hodie hæc pœna non reperitur correctæ, neque immutata: nã huic consentiunt Docti, in d. §. itẽ lex Iulia. de vi, vbi gl. eadẽ etiã cõfirmat: tamerli Jacobus de Bellouisu in sua solenni practica iudiciaria ti. de lenonibus. nu. 33. defendat violantes virginem immaturam nondumque viri potentẽ, non teneri de stupro. l. Iulia de adulter. sed l. Aquil. de vulnerato, l. si quis aliquam. §. quæ nõdum. ff. de pœnis, l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad l. Aquil. l. si stuprum, in fin. ff. de iniur. Tutor verò, qui † suam pupillã, & suæ tutelæ cõmissam constuprauerit ( etiam si id fiat cum ipsius voluntate) is puniendus est per Iudicem secularẽ exilio seu deportatione, & bonorũ omnium proscriptio, l. j. C. si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit, Ratio est, quòd is tutor, patris loco tali pupillæ datus fuerit: nempe, vt illam curet, defendat, aliat, doceat, bonisq; moribus eam potius instructam curet, quàm vt ipsius bona curet & defendat. Nam hæc secundaria tutorum esse debet cura, illa verò prima & præcipua. Quocirca quasi incestuosẽ illam stuprat, quam filix loco tu-

randam assumpsit, nõ vt eam sibi commissam liberius stupro contamine, l. ij. ff. de administratione tutorũ. & Institutur. eodem lemmate seu titu. in princip. de tutel. Similiter dicẽdum est de puberum iuencularum curatoribus, † Postremò si dominus feudator circumueniret, seduceret, & condormiret filix virginis sui vasalli seu feudatarij: is vasallus omni ex parte exẽptus fieret à domino feudatore. † Cõtrã verò, si vasallus cõdormiret filix virginis sui domini feudatoris, ipse suum feudum, cum omnibus dependentiis perderet, vt etiã suprã in Cap. de adulterio meminimus. Et † virginis iuramento statur, contra stuprantem, quòd fuerit virgo, Chassaneo teste super Rubri. *Des iustices & droitz d'icelles*, in verb. *Et droit d'icelles*, numero. 38.

## De fornicatione.

CAP. XCIII.

SVMMAE.

- 1 Fornicatio quando committitur.
- 2 Fornicatio prohibetur iure diuino, & iure canonico.
- 3 Fornicatio cur à iure civili permittatur.
- 4 Fornicationem, qui peccatum mortale negat, errat.

INT.





- I** NTER species† libidinū præterea cōnumeratur fornicatio. Est autem fornicatio, rem veream exercere cum mulieribus inuptis, cum viduis, & meretricibus, & cōcubinis, c. meretrices, xxxij. q. iiii. Quæ quidem fornicatio, tametsi cæterarū sit leuissima & simplicissima, est nihilominus peccatū mortale, & iure diuino prohibita, teste ipso Christo, qui fornicatoribus † penam iudicij comminatur, & teste ipsius Christi Apostolo Paulo, qui à beatitudine superna ubique expresse excludit, ad Galatas v. vbi, præmissa fornicatione & aliis vitiis, submittit. Qui talia agunt, regnum Dei nō possidebunt. solum autem mortale excludit à regno Dei, ergo &c. & ad Corinth. vj. Fugite fornicationem. & Clement. ad nostrum. & ibi gl. in verb. Non est, de hæreti. in Clem. Quo circa de iure Canonico & hodie prohibitus est cōcubinitus, qui tamen tanquam licitus permittebatur de iure civili, l. in cōcubinato, ff. de cōcubi. Ideoque † etiam per iustitiam secularem nulla fornicatio punitur, sed eam maioris mali vitandi prudenter dissimulat, & cōnuēdo per-

mittit: nō quidem vt licitam & crimine vacuam: tametsi sint, qui, vt suæ libidinis stimulis patrocinentur, fornicationem naturale peccatū dicunt, parūque per se habere mali, & à peccato mortali multum esse alienā, miserè sese interim decipiētes. † Nā secus testatur ipsa veritas Christus, vt supra: & Apostolus Paulus, ex verbis Dei, fornicatoribus regnum Dei negat, à quo solum peccatum mortale excludit. Igitur velint nolint, fornicatio gratiā Dei excludit, & cum peccato mortali coniuncta est, vt etiā notat Panor. in c. inter opera, ad fi. ext. de sponsalib.

## De incestu.

CAP. XCIIII.

S V M M A E.

- 1 Incestus in libidinis speciebus crimen grauissimum.
- 2 Incestus fit cum sanguine carnali, toro cōiugali, gradu fidei, & spiritali nobis coniunctis.
- 3 Incestus punitio, variè capitalis est.
- 4 Incestus punitio ex iure civili, & iure canonico: extra matrimonium, & in matrimonio. & nu. 5. 6.
- 7 Qui neptem cognoscit citra dispensationem, incestū committit.
- 8 Concubitus cum nepte in matrimonio dispensato, vel per igno-

ratiã personã, nõ est incestus.

- 9 Incestus punito est, & spiritua-  
lum & secularium iudicium.



- 1 VANTO forni-  
catio est inter  
† venerea cri-  
mina leuior,  
tantò incestus  
est suo scelere grauior. Est

- 2 enim incestus, † venerea per  
agere cū consanguineis, cum  
affinibus. c. lex illa, xxxiiij. q.  
j. cum monachis, cum nõnis  
vestalibus, ac ordine ecclesia-

- 3 stico insignitis. glos. not. in c.  
virginibus xxvij. q. j. Item, cū  
illis, qui nobis gradu, & cog-  
natione spiritali, & Fidei  
Sacramento in Baptismo, cõ-  
iuncti sunt. c. si quis cum ma-

- 4 tre, xxxiiij. q. ij. Quisquis † gi-  
tur hoc incestu se cõcaminat,  
is capitaliter puniendus est.

- 5 Sed diuersimodè. Nam † qui  
nefandissimo incestu cogno-  
uit matrem, sororè, neptem,  
aut filiam, is multò seueriùs  
puniendus est, quàm adulte-  
ri: nempe, morte publica &  
infami, & omnibus detesta-  
bili, vt eius exemplo ter rean-  
tur ceteri, per tex. in l. si adul-  
terium cū incestu. & ibi Bar.  
Ang. & Alberi ff. ad le. Iul. de  
adult. quia pœna incestus est  
per illũ text. capitalis pœna,  
secundũ gl. j. ibi. & Iacob. de  
Bellouisi, in sua praxi, tit. de  
lenonib. in fin. per illũ tex. &  
notatur in c. ij. & c. ex literis,

ext. de eo qui cogno. cõsang.  
vxor suã. & sic patet, quòd im-  
ponitur grauior pœna pro in-  
cestu, quã pro adulterio: vt &  
colligitur ex d. c. ij. & ibi gl.  
ext. de eo qui cog. corf. vxor.  
suã. Vide d. l. si adulteriũ cū  
incestu. in princ. & c. adulte-  
rij malũ. xxxij. q. vij. Cõtingit  
† autem incestum committi  
simul cū adulterio, aliquãdo  
sine matrimonio, aliquando  
iuris errore: aliquando san-  
guinis contaminatione, quæ  
ferè omnia admittunt suas  
distinctiones. Ceterũ de pœ-  
nis omnifariãm coitus illiciti,  
extat optimus libellus seu  
tractatus Pauli Grillandi. Et  
tractatur in l. si quis viduam,  
ff. de quæstion. Et Papinianus  
inquit: Si adulterium cū ince-  
stu committatur, vt puta cum  
priuigna, nuru, nouerca, mu-  
lier similiter quoq; punietur:  
Id enim remoto etiã adulte-  
rio eueniret, d. l. si adulteriũ  
cum incestu. ff. ad le. Iuliã, de  
adult. & §. stuprum, per totũ.  
Auth. de incest. & nefar. nu-  
ptiis, per totum, colla. ij. atq;  
ita iuxta iura ciuilia, † Ponti-  
ficia autem iura iamiam dic-  
ctos incestuarios puniunt pœ-  
nitentia publica, ad discretio-  
nem & prudentiam Officia-  
lium & aliorum iudicium, d.  
c. si quis cū matre. xxxiiij. q. ij.  
† Quisquis verò cognoscit &  
polluit neptem suam, is certè



- incestum committit, etiam si eadem neptis matrimonio illi esset coniuncta: nisi certe in eo matrimonio ipsi per  
 8 † Summum Pontificem, hoc dispensatum esset: aut nisi iuramento se adstringeret, quod ante congressum venerum cum nepte, non praesciuisset fuisse  
 9 neptem. † Porro de hoc crimine incestus, celsuras & iustitiae spirituales & seculares, singulari in suis & sibi subiectis cognoscunt: propterea quod incestus crimen sit misti fori.

## De raptu.

CAP. XCV.

SVMMAE.

- 1 Raptus Flandricè continet duo, scilicet vray & ve cracht, &c.
- 2 Raptus quid sit.
- 3 Raptus vt varius, ita punitio varia.
- 4 Crimina magna cœcernunt duo, partem aduersam, & fiscum, vel iustitiam.
- 5 In criminibus igitur qui offenduntur. & nu. 6.
- 7 Raptor (etiam si cum cōsensu raptæ) remissionē impetrare debet.
- 8 Parentes raptū filie dissimulantes, puniendi sunt ex illo.
- 9 Quādo in raptu vis committitur.
- 10 Meretricibus, de vi conquerentibus, non est credendum.
- 11 Virginē in lupanari vi constuprans, nō punitur criminaliter.
- 12 Meretricibus conuersis, nulla vis inferenda est. nu. 13.

14 Rapiens impuberē, punitur exilio vel capite.

15 In raptu punitur voluntas, & conatus, vt factum.

16 Rapta non potest nubere suo raptori, ex iure ciuili.

17 Rapti puniti sunt, vt rapti.

18 Sponsus sponsam rapiens, quomodo puniendus.

19 Maritus uxorem rapiens, non est puniendus.

20 Meretrix virū rapiens, an punienda.



RIVS QVAM  
 pie Lector in  
 hoc capite raptus declaratio  
 nem aggredia

mur, prius hoc te scire volo, apud Flandros crimē raptus, bifariā intelligi, & distingui, tñepē de eo crimine, quo alicui mulieri vis & violētia infertur ad actū venerē, quod crimē vocāt (vray & ve cracht) Deinde de eo crimine: quo mulier vi abripitur, & ad arbitriū raptoris aliquid abducitur, vt ea (quia nō licitē) saltē illicite potiri posset, vulgō hoc crimē vocāt (ontscaken) Porro hæc duo crimina, licet vulgō in nostris regionibus, voce & re differāt, in iure tamē eodē nomine appellātur: scilicet raptus. Quocirca nos quoq; vulgi diuersa appellatione dissimulata, vtraq; crimina sub vno titulo, & cap.

Rap

Raptus, declarabimus, quòd iura eorundè distinctionem nullam ponant, sed ambo rap-  
 2 prum nominent. Est † autem raptus, quoties mulier aut virgo improbè vel vi abduci  
 5 tur, vel vi corrûpitur, idq; diuersimodè, vt ex sequentibus punitionibus pernoscetis cla-  
 3 rius. Nam † quicumq; virginè, viduam, religiosam, aut quâlibet aliam honestam mulie-  
 rem aut rapit, aut ad actû venereum vim infert, is puniendus est gladio, & honorû cõ-  
 fiscatione, l. vnica, C. de rapt. virg. l. raptores virginû. & in l. si quis non dicam rapere. C.  
 de Episc. & cler. Simili quoq; 6  
 pœna damnantur, quicumque aut consilio, aut fauore, aut ope vlla ad dictû raptû coadiu-  
 uerunt. d. l. vnica. §. pœnas autem. & d. l. raptores virginû. Nec excusaret, si diceretur,  
 aut si ipsa rapta diceret, omnia acta fuisse sua voluntate & cõsensu: quia nec ius,  
 nec iustitia ipsa talibus excusationibus cõtrèa forèt: quòd  
 4 huiusmodi commissa, & facta cõcernant, nõ solùm partem aduersam, & conquerentem, sed etiam concernant ipsam Iustitiam, vel Fiscum, iustitiæ legalis partem alteram. Cui Fisco aut Iustitiæ nõ ob id satisfactû est illico de illata iniuria, cum partis aduersæ vni in eo crimine sa: 7

tisfactû fuit: hoc enim indubitatum habeas, pie Lector, oportet, quòd in materia delictorum, ex crimine duæ nascantur actiones, hoc est, duabus † personis infertur iniuria, ob quam vtraq; seorsum, cõtra factorem litem intendere aut apprehendere potest, & de iniuria illata conqueri: Vna persona est pars aduersa, & primò læsa, quæ damnû & dâni reparationè reposcere potest: Altera persona est Fiscus, vel ipsa Iustitia læsa, quæ itè damni sui, hoc est, iustitiæ & dedecoris reparationè, imò iniuriæ illatæ vltionè exposcit. Sunt præterà † hæc duæ personæ, in patratiss criminibus ita sibi vnita societate coniunctæ, vt neutra sine altera plenè, validè, & efficaciter placari posset, nec altera sine altera in totum satisfieri velit. Quocirca non potest se quisquã excusare, si prioris personæ, id est, parti aduersæ satisfecerit, neglecta parte altera, hoc est Fisco seu Iustitia. Nã hæc dissimulata prioris partis placatione, in lite sua criminosa procedet, non secus quàm si neutri personæ satisfactum esset. Nam etsi altera persona condonat, altera tamen in sua actione permanet, sicuti in alijs quoque locis superioribus subinde dictum est. † Porro



postquam raptor raptam cognouerit, & si rapta dicat omnia acta fuisse cum sua voluntate & consensu, per istius tamen excusationem nequaquam exonerantur factores à iustitia (sicuti & iam predictum est) sed sunt capitaliter punibiles, & nullo modo excusandi & absoluendi, donec & quousque habuerint aut acquisierint à Principe delicti remissionem & indulgentiã, & deinde remissionẽ illam cum vera confessione, & in decenti forma interinarint.

8 Parentes† verò non prosequẽtes raptum violentum seu violenter factum filia aut nepoti, puniendi sunt exilio seu deportatione, tanquam suspecti de illo raptu, dist. l. vnica, §. & si quidem, versic. nisi etenim.

9 Vim autem† in raptu tũ fieri intellige, quando mulier magno clamore implorauit alicuius opem & auxiliũ, isque clamor per aliquos auditus fuerit. Porro si res contingat procul ab hominibus in syluis, in foueis, in magnis agris, vbi vox oppressæ non facile à quoquam audiri poterit: tum omnimoda fides de illata vi adhibetur mulieri conquerenti, si modò ea honestæ vitæ & famæ fuerit. Ad hæc seruiunt in simili notata Barba. in addit. ad Bald. in cap. j. §. iniuria, de apost. Car-

di. in cap. j. ext. de adulter. Et quemadmodum statur iuramento virginis contra deflorantem, quòd erat virgo: ita statur iuramento honestæ raptæ contra raptorem, quòd erat rapta. Nã meretricibus† atq; alioqui inhonestis feminis nunquã fides in vllò adhibenda est, nedum in delationibus criminalibus. Idè ipsæ de oppressione violenta conquerentes, nunquã in iustitia sic audiendæ sunt, vt ipsarum accusationis gratia constuprator, aut violentiæ illator, vllò modo criminaliter damnãdus foret. Nam tales mulieres sese omnibus prius prostituerunt, & quasi gratia se omnibus addixerunt, adè vt nulli sui copiam denegare possint. Phil. Decius in l. inuitus. ff. de reg. iur. tales enim nõ sunt dignæ legum laqueis innodari, l. quæ adulterium. ad finem, C. ad l. Iuli. de adult. Atque† ob hanc quoque meretriciam suspicionem (addam quod maius est) si in prostibulis reperia sit iuuenula comptula, lasciuiana, & quasi meretricio habitu ornata: & contingeret, vt eam aliquis pro meretricula vi comprimeret. is certe compressor excusandus esset, & nullo modo ob querelam iuuenulæ etiam criminaliter puniendus esset: etiã si

ex

ex ea compressione stuprum  
cōtingit, hoc est, etiam si an  
te compressiōem virgo fuis  
set: quum enim in meretricio  
habitu, & in loco meretricio  
reperta fuerat, pro vera me  
retrice omni iure censerī de  
12 bebat. † Verūm enim uerō si  
contingeret tales meretrices  
postea ē spurcissima vita illa  
ad vitam honestiorem cōuer  
ti, & sese ad matrimonium,  
aut ad monasterium addice  
re, vel se ad collegium beghi  
narum adiungere, aut ibi sal  
tem honestē habitare, tū nul  
14 lo modo fas esset talibus me  
retricibus conuersis, & hone  
sto in statu uiuētibus, vllam  
vim inferre, rapere, aut vi cor  
rumpere, vt habetur in dicta  
l. vnica. Salic. secutus opinio  
nem Cyni in dicta l. vnica. di  
cit, quōd isto casu raptor sub  
iicitur eisdem pœnis, de qui  
bus in dicta l. vnica. quia suffi  
cit, quōd mulieres illæ hone  
stē uiuant tempore raptus:  
lex enim illa non requirit vi  
tam præteritam, sed præsen  
tem duntaxat, hoc est, qualis  
15 est tēpore raptus. Nam si tē  
pore raptus tantū aliqua  
reperta esset honestē viuere,  
eōque tempore ea sic viuens  
raperetur, raptor crimen rap  
tus committeret, & pœnam  
incurreret, aliās nō. Ita tenet  
Salice. in d. l. vnica. qui dicit,  
hoc esse de mente Cyni ibi.

Adde Baldū in d. l. vnica. Imō  
ne licet quidem vim adferre  
concupinis ipsis, quæ sese ho  
nestiūs aliquantō in suo con  
cubinato cum vno suo con  
cubinario gerunt & viuunt,  
etiam si in eodem concubina  
tu reperiantur secretō aliquā  
do facere sui copiam alteri,  
aut quæstus, aut amoris gra  
tia: nam tales concubinæ nō  
omnibus & singulis se pro  
stituunt, sed vni duntaxat suo  
concupinario, licet non satis  
semper fideliter. Quicumque  
† rapuerit iuuentulam seu  
puellam nouem aut decem  
annorum, & sic nondum viri  
potentem, is punitur secun  
dum nouillos exilio: secun  
dum alios capite siue extre  
mo supplicio, etiam si crimē  
non impleuerit. Nam in hoc  
crimine ipsa voluntas puniē  
da est, vt mox infrā. Ita Ioan.  
Fab. in §. Item lex Iulia, ibi:  
Item etiam maior pœna im  
ponitur, Instit. de publ. & vi  
dete D. Guidonē papæ, q. dlv.  
vbi plenē ponit, quomodo pu  
niatur de iure. In hoc nāque  
crimine raptus, æquē punitur  
voluntas seu affectus, sicut fa  
ctū ipsum, siue ipse effectus:  
nempe cūm raptor aliqua si  
gna externa voluntatis suæ  
ostendit, quōd animū habue  
rit rapiēdi. Imō in quibusuis  
atrocissimis delictis (de quo  
rum numero haud dubiē ra



ptus est) punitur delictum attemptatum, etiam si non sit securus effectus. l. si quis nō dicam rapere. & ibi acutissimē hoc axioma elegantissimis & subtilissimis distinctionibus examinat ac discutit Cynus, C. de epif. & cleri. quem occasione nacti, perlegite: Ideoque qui iuit cum aliis armatis hominibus ad domū mulieris, vt illam ibi raperet: & si (quod ipsam domi non inuenit) conceptum scelus peragere non potuit, tamen puniri debet, ac si delictū consummasset, sequendo glot. Instir. vi bono. rapt. quam etiā sequitur Anto. Corset. in singu-  
 16 lari, in verb. vis. Et ¶ qui vnā iuuenulam rapuerit, ea non poterit suo nubere raptor de iure civili: & si illi nupserit, amittit omnia quæ ab ipso habuit, d. l. vnica. sed de iure Canonico potest rapta nubere raptori. ac matrimonium legitimē cōtrahere cū raptore: & si illi nupserit, matrimonium est firmum & validum, nec perdit sua bona, quia ipso matrimonio sua bona cōseruantur. c. cum caussa, & c. fin. extr. de raptoribus. Nec statur in hoc dispositioni iuris civilis, de quo in capi. ad id quod. de sponsalibus. & in c. literas, de despō. impub. & D. Hip. de Mar. in d. l. vnica, numeris 190. 191. 192. 193. Prius-

quā tamen huic capiti finem imponamus, nequaquā extraneū fuerit nonnullas subnectere quæstiones. Prima quæstio sit hæc: Quum iura pœnam raptus statuunt raptoribus, quā pœnā statuere debent raptoricibus? hoc est, mulieribus illis audaculis, quæ ipsis viris aut adolescentibus vim inferunt, & quasi ad sui cōcupiscentiā, & actum rapiunt, sicuti Genesis xxxix quoq; legitur, de vxore Phutifaris, quæ Iosephū castū ad illicita cōegit, & violentiam intulit. De mulieribus enim idem videtur iudicium, quod de viris. Ad hanc tamen quæstionem respondendum est, quod mulieres iisdem pœnis non subiacent in raptu, quibus viri: quia dispositio illius l. vnica, non habet locum in muliere rapiente virum: ex quo nō videtur eadem ratio iniuriarum in hoc casu, sicut in alio. ita tenent Bald. & Salic. in d. l. vnica, & est communis omnium Doctorū opinio. Nec absimile etiā dicendū est, in viro rapiente alium virum causa libidinis, quia non comprehenditur sub d. l. vnica. Ita tenent Salic. & Bal. ibi. Altera quæstio: an sponsus ¶ spōsam propriam rapiens, puniendus sit? & qua pœna plectendus? huic quæstioni ad hūc modū faciemus fati, & respondebimus, quod

quòd iure ciuili punitur iisdē  
pœnis, sicut ille qui rapuit  
mulierem honestam, sibi nul  
lo iure coniunctam, dicta l.  
vnica. §. quibus, & ibi Hipp.  
de Marfil. quem videte. De  
iure autem Canonico, nulla  
pœna punitur sponsus, qui  
sponsam suam rapuit, cum  
qua prius præcesserat nuptia  
rum consensus, cap. cum cauf  
sa, extr. de raptoribus. & ibi  
glossa, quæ melius hoc decla  
rat, & notat, in capit. raptus.  
& in ca. Lex illa, xxvij. quæst.  
ij. vbi id expressè probatur.

- 19 Tertia quæstio sit: An mari  
tus vxorem rapiens, & vim in  
ferens, crimen raptus comit  
tat? & an iisdem obnoxius sit  
pœnis, de quibus in dicta l.  
vnica? Ad hanc quæstionem  
respondendum est: quòd ipse  
maritus raptor non subit iis  
dem pœnis, nec iure ciuili,  
nec iure canonico: quia om  
nes Doctores concludunt,  
quòd maritus habet plenum  
ius in personam vxoris suæ:  
intelligite tamè de illa, cum  
qua consummavit matrimo  
nium, d. c. cum caussa, extr. de  
raptoribus, & l. fin. C. de libe.  
homi. exhibe, & ita autumat  
& tuentur Bald. & Salic. in d.  
l. vnica. & Canonista in d. c.  
cum caussa. Quarto, quæri  
tur: An meretrix virū rapiens,  
subit dictæ dispositioni le.  
vnica. C. de rap. virgi. Angel.

videtur affirmatiuam ample  
cti partem in dicta l. vnica,  
nariatque se vidisse Florentiē  
quandam meretricem com  
buri ac cremari, eò quòd ra  
puerat quēdam pulchrū iuue  
nem, quem accuratius exami  
nate. Sunt & aliæ quæstiones  
in hac re permultæ, quæ huc  
omnes referre prolixum fuē  
rat: ideo eas hic breuitatis  
caussa omittimus.

### De peccato contra naturam.

CAP. XCVI.

#### S V M M A E.

- 1 *Gravissimum venerorum cri  
men est Sodomiticum.*  
2 *Crimen Sodomiticum, natura  
profus est contrarium.*  
3 *Sodoma in calum vocat.*  
4 *Sodomitici criminis species sunt  
triplices. & nu. 5. 7. 13.*  
6 *Prima speciei pana.*  
8 *Abusus veneris in eodem sexu  
masculino.*  
9 *Pœna masculini concubitus mis  
tū.*  
10 *Abusus veneris in eodem sexu  
femineo.*  
11 *Abusus veneris in sexu diverso.*  
12 *Pœna omnium criminum secun  
da speciei.*  
14 *Pœna criminum tertie speciei.*  
15 *Quæstio, cur bruta puniantur.*  
16 *In Sodomiticis non requiritur  
seminis emissio.*



- 17 In Sodomitis punitur voluntas i  
proxima, pro effectu.
- 18 Pueros furantium pro Sodomi  
tico implendo, puna.
- 19 In Sodomiticis sunt notāda quin  
que, communis mortalium pro  
cliuitas, criminis detestabilitas,  
penarum enormitas, iuris teclā  
explanatio, & Pauli nuda de  
tectio.
- 20 Causa communis procliuittatis  
in Sodomitica.
- 21 Sodomiticorum detestabilitas.
- 22 Ob Sodomitica inferūtur nobis  
fames, pestes, bella, terrā motus,  
inundationes, &c.
- 23 Sodomiticorum testamenta, an  
rata sint.
- 24 An propter Sodomiticum fiat  
separatio tori.
- 25 Cur tam enormis infugatur So  
domitis pena.
- 26 Cur iura tam teclē Sodomitica  
nominent.
- 27 Cur Paulus tam apertē Sodo  
mitica explicet.
- 28 Congressus cum infidelibus qua  
dantenus Sodomiticus est. 2
- 29 Quatenus Turcas, bestias vo  
cemus. 3
- 30 Congressus cum mortua penē  
Sodomiticus.
- 31 Omnis congressus sine spe libero  
rum, innaturalis.



VVM paulo su  
perius dixerī  
mus, incestū ac  
raptum in libi  
dionum specie  
bus, multis aliis esse crimina

grauiora, omnium tunc cri  
minū venereorū tractabimus  
grauissimū, & iure diuino pa  
riter & humano detestabilif  
simū, vti Genesis xxxvij. c. &  
in Authent. vt non luxurien  
tur cōtra naturā: quod vocant  
crimen cōtra naturam seu So  
domiticū: nempe quod à So  
domis sacra Biblia testantur  
traxisse originē, & ob quod  
Sodomitæ ipsi igne cœlesti,  
& sulphure absumpti sunt,  
Genesis xix. cap. Aliæ enim  
omnes libidinum species na  
turales sunt, & à naturæ insti  
tu, & regula, & quodammo  
do à naturæ distamine (licet  
non à ratione) profisciscun  
tur: hoc verò solū peccatum  
spretis naturæ legibus, imò  
extra naturæ cœcellos violētē  
erumpens, ipsam naturam  
aperto Marte oppugnat, vio  
lat, confundit, & naturæ per  
missis regulis abutitur. Quo  
circa hoc ipsum peccatū na  
turæ cōditor & custos † Deus  
tā apertē sibi detestabile pas  
sim proclamat, vt ipsius indi  
gnitatem & fœdam maligni  
tatem cœlū vsq; clamare, &  
inde sui vindictam exposcere  
dicat, Gen. xix. cap. præalleg.  
Si igitur Deo ira sit hoc pec  
catum odibile, multò magis  
exosum esse debet humanis  
legibus, sicuti in progressu  
huius Cap. clarius etiā (Deo  
fauente) commonstrabimus.

Quo

Quocirca Iura, vt huius peccati enormitatem apertè declararèt, per pœnas enormes illud quoque puniendum esse sanxerunt, pœnas tamen statuètes iuxta varietatem siue diuersitatem specierũ in hoc

4 genere. † Tripliciter enim coitus seu peccatum cõtra naturam (quod Sodomiticum vocant) committitur: nempe 8  
 quum quis Venere abutitur aut secũ, aut cũ hominibus, aut cum animantibus brutis.

Ex his speciebus primũ Peccatum graue est: alterum grauius: tertium grauissimũ. † Primã igitur speciem Sodomiticam cõmittunt, quicumq; secum venerea secretò exercet: quod crimen Apostolus molitium vocat, Latini verò magis propriè masturbationem nominant. Hostitæque masturbatores damnã: (propter

6 fœdam enormitatem) aut exilio, aut alia pœna extraordinaria: si quidem factum & crimẽ tale ad iudicis notitiam peruenerit: quod addo, quia rarius talia crimina ad iudicem perueniunt, ideòque rarius etiam puniuntur. Nam quũ talia fœda crimina clancularia & secreta sæpius in secreta confessione sacerdotibus cõmittuntur, ibiq; meritò abscondita perpetuò celantur, & rarò ob sui fœditatem, & pudorè ad alicuius notitiã

erumpunt: ideò rarò quoque & fœdè nunquã huius primæ speciei punitio cõspicitur: nihilominus tamen horribilis, & execranda: & ob hoc diuina punitioe subinde grauius punitur. Secundam † Sodomiticæ criminis speciem dicimus, quũ quis Venere abutitur cũ hominibus. Id autè fit bifariam aut in eodem sexu, aut in sexu diuerso. In eodem quĩdem sexu, etiam bifariã, quãdo masculus Venerè exercet cum masculo, l. cùm vir nubit in fœminã, C. ad l. lul. de adulter. & § itè lex Iulia. de adulter. & ibi Angel. Instit. de public. iudi. Què beluinũ & detestabile furorem etiã in gentibus execratur diuus Paulus ad Romanos, primo cap. appellans cupiditates ignominiosas. Nam (inquit) & fœminæ illorũ immutauerunt naturalem vsum in eũ vsum qui est cõtra naturã. Similiter autè & masculi relicto naturali vfu fœminæ, exarserũt in desiderijs suis in inuicẽ, alius in aliũ, masculi in masculos turpitudinẽ seu fœditatẽ operantes, & perpetrãtes, & præmiũ (quod oportuit) erroris sui in semetiplos recipiẽtes. Quod flagitiũ multis quoq; in locis infectatur Lucianus. Notat quoq; idẽ nefas Liuius li. viij. in Lucij Papirij creditoris libidine, qui C. Publio debitori



suo stuprū inferre voluerat, & Fabius in milite Mariano turpissimū ac nefariū facinus satis seuerē & amarulēter exagitat: & licet is vir Romanus sit, non grauat̄ tamen ipsos Germanos ( vt qui tale nihil nouerint ) à pudicitia cōmēdare. Ceterū de Itatorū illa effrenata libidine Benedictus Curtius in xxiiij. Arresto nōnulla percēset. De hoc etiā peccato cōtra naturā vide in Authen. vt nō luxurientur cōtra naturā, colla. vj. & d. l. Cū vir nubit in fœminā, C. ad l. Iul. de adulte. De his t̄ autē & de punitione ipsorū meminerunt sacra Biblia: nēpe Leuitici cap. xx. Qui dormierit cū masculo coitu fœmineo, vterque operatus sit nefas, morte moriatur, sit sanguis eorū sup̄ eos. Quā detestabile sit hoc crimen innuit D. Paulus j. ad Cor. cap. vj. dicēs, Masculorū cōcubitores nō possessuros regnum Dei. Et D. Augustinus enormitatē innuit, de adulterinis coniugiis, cap. adulteri j, xxxiiij. q̄. vij. Et Lactantius, nō habens odiosius vocabulū quo eos cōpellit̄, eos lib. vj. cap. xxiiij. diuinarū institutio- num, vocat impios & parricidas. Aut t̄ quādo mulier Venerem exercet cū muliere, l. fœditissimā, & ibi glos. & Salice. C. eod. tit. ad l. Iul. de adul. secundum alteram lecturam

glossæ, argumento d. l. cū vir, quā sequitur Cynus, qui dicit quāsdam mulieres fœditissima nequitia tentari, quæ libidinem suam exercent in alias mulieres, easq; insectantur, vt viri. & cum glo. transeunt Alberi. de Rosa. & Sali. vbi Albericus allegat textū cum glossa, in Authen. de nō eligē. secundo nubent. §. cū igitur, circa finem, colla. j. in verb. luxuriētur. quæ dicit luxuriam cōmitti, si mulier cū alia fœmina agat, per d. l. fœditissimam, & per tex. in d. Authen. vt non luxuriētur cōtra naturam. Quomodo autem tales Sodomiticæ mulieres t̄ puniendæ sunt, apertē comōstrat D. Nicolaus Boërius in suis dēcisionib. aureis, q̄. cccxvj. in ij. parte. Porrō in diuerso etiam sexu contingit homines abuti Venere: id quoq; bifariē nō in membrō debito, aut non modo debito. Quomodo autem hi duo nouissimi modi peragantur, non est nostrum hīc velle explicare. Turpiores enim & detestabiliore sunt, quā vt cuius p̄o Lectori vlla ratione committi debeant. Sed singularis sufficiat, nouisse talū criminum indet̄minatōs modos, & puniendi rationem: t̄ Puniantur enim omnes huiusmodi ex receptissima cōsuetudine igni & incendio.

Tertia

Tertia species Sodomitica  
 13 test, atque omnium horren-  
 dissima, quum quis Venerea  
 exercet cum animantibus bru-  
 tis: hæc species prohibetur Le-  
 uitici xvij. vbi dicitur: Cum  
 omni pecore non coibis, nec  
 maculaberis cum eo. Mulier  
 non succumbet iumento, nec  
 miscbitur ei. Hoc autē pec-  
 14 tatum tam est execrandum,  
 vt Deus iusserit huiusmodi  
 Sodomiticos simul cum ipso  
 bruto interfici, & simul cōbu-  
 ri, vt Leuitici xx. Qui cum iu-  
 mento & pecore coierit, mor-  
 te moriatur: pecus quoq; oc-  
 cidite: mulier quæ succubue-  
 rit cuiuslibet iumēto, simul in-  
 terficiatur cum eo. Et Exodi  
 xxij. Qui coierit cum iumen-  
 to, morte moriatur. Hæc itē  
 in terminis probantur in c.  
 mulier. xv. qō. j. Mulier quæ  
 accesserit ad omne pecus, &  
 vult ascendi ab eo, mulier &  
 pecus morte moriantur: rei  
 enim sunt. & c. reos. §. qui co-  
 ierit, xxij. quæstio. v. Verūm  
 15 hinc oriri posset quæstio à cu-  
 riosulis: Cur pecora ipsa in  
 hoc flagitio plectantur, quæ  
 contra legem (cuius non sunt  
 16 capacia) nec peccarūt, nec pec-  
 care potuerunt? omne enim  
 peccatum oportet esse volun-  
 tarium, & ex deliberato ani-  
 mo procedere, qua volunta-  
 te & animo carent animan-  
 tia bruta, ideòque nec crimi-

num rea censenda sunt. Sed  
 his respondendum est, ea ani-  
 mantia bruta puniri non ob  
 proprium, ac internum suum  
 peccatum commissum: sed  
 quoniam ea bruta instrumē-  
 ta fuere sociæ, cum quibus ho-  
 mines nefandissimum per-  
 petrarunt nefas: ob quod hor-  
 renda etiā morte postea ple-  
 ctuntur: æquum enim est, vt  
 eadem instrumenta, scilicet  
 animantia bruta, cum homi-  
 ne ipso simul plectantur. Indi-  
 gnū enim esset & odiosum,  
 tale brutū irrationale subsi-  
 stere, & in conspectu hominū  
 versari, ob quod misera mor-  
 te periisset homo rationalis.  
 Ne igitur tale animal conspī-  
 cantibus odium, & indignita-  
 tem incuteret, deinde ne hoc  
 brutum tali flagitio cōtami-  
 natū, tanti sceleris perpetrati  
 diutius tam indignā memo-  
 riā refricaret (quā illico abo-  
 litam oporteret) censuerunt  
 iura tale brutum illico cum  
 homine peccante absumen-  
 dum esse, ne vlla post patratū  
 sceleris punitionem memo-  
 ria remaneret reliqua. Porro  
 in hoc delicto atrocissimo  
 non requiritur cōsummatio  
 operis, aut seminis eiacula-  
 tio: sed ad crimen & punitio-  
 nem sufficit voluntas proxima,  
 & conatus actui proximus:  
 ita vt rē perfecisset, si po-  
 tuisset, aut nisi aliquod impe-  
 diment



- dimentum intercessisset. In  
 17 his enim † conatibus actui  
 proximis punitur voluntas  
 coinquinata pro effectu, &  
 delictum attentatum pro deli-  
 cto consummato, vt in l. si  
 quis non dicam rapere. & ibi  
 scribent. C. de episco. & cleri-  
 Et l. j. §. fina. ff. de extraordi.  
 criminib. & c. vt clericorum.  
 de vita & honesta. cleri. & c.  
 clerici. de excessib. prælato.
- 18 Quocirca etiam † quicumque  
 pueros, aut adolescentes fur-  
 rantur aut rapiūt, vt cum eis  
 suā innaturalem hanc Vene-  
 rem exercent, hi profectò  
 etiam si actum nondum per-  
 fecerunt, plestendi sunt vti su-  
 periores: & si actum consum-  
 mauerint, puniendi sunt am-  
 bo. Atque hæc de veris Sodo-  
 19 mitis dicta sufficiāt. In † qui-  
 bus pie Lector, quinque potif-  
 simum obseruare te velim:  
 nempe, communē in his pro-  
 cliuitatem, sceleris detestabi-  
 litatem, grauissimum suppli-  
 cium, iuris tectam explana-  
 tionem, & reuerētem in mo-  
 dis nominationem, & Apo-  
 20 stoli Pauli apertam criminis  
 detectionē. Quòd igitur † ho-  
 mines his Sodomiticis perpe-  
 trādis addictiores sunt, & ad  
 tantum malum præ cæteris  
 propensiores, ex vehemēiori  
 cacodæmonis tēratione pro-  
 uenit. Scit enim humani ge-  
 neris perpetuus hostis diabo-

lus, homines per fidē & chari-  
 tatem potituros cœlesti feli-  
 citate, qua ipse sese indignū  
 fecit, & seipsum priuauit:  
 quod ipsum tantopere tor-  
 quet, & eum ad tantā felicita-  
 tis inuidiā acuit, vt nihil in-  
 tentatū relinquat, quòd à tan-  
 ta felicitate humanū genus  
 remoreretur, præcludat, & im-  
 pediat. Sed quum nullū com-  
 modius & cōpendiosius im-  
 pedimentum sua tartarea bi-  
 lis excogitare potuerit, quā  
 si efficere posset, vt pauculi  
 homines nascerentur, imò si  
 omnē sobolis humanæ propa-  
 gationem impedire posset  
 (quod per Sodomitica cōtin-  
 geret) huc omnibus neruis  
 contēdit, vt cum in omnibus  
 aliis vitiis hominum animos  
 labefactet, in hæc Sodomiti-  
 ca vel omnium maximē vigi-  
 let, hæc hominibus suggerat,  
 & ad ipsorum concupiscen-  
 tiam & perpetratiōnē incen-  
 dat & inflāmet. Hæc mihi vi-  
 sa est potissima causa, cur ho-  
 mines equò ad dicta Sodom-  
 21 itica sint propēiores. Sunt ita-  
 men nihilo minus ea Sodo-  
 mitica crimina omnium profe-  
 ctò pessima, execranda, dete-  
 stabilia, & indigna quæ inter  
 Christianos vel semel nomi-  
 nati debeāt, aut in cogitati-  
 onibus versari: vocāt enim ob  
 hoc Sodomiticos, filios diffi-  
 dentia, quasi de ipsorum salute  
 penē

penè diffidendum sit, c. cleri-  
ci. de excessib. præla. & ibi vo-  
luit gl. facit c. Deus omnipo-  
tens. ij. q. j. c. flagitia. xxxij. q.  
vij. c. sed. de pœnitent. distin. j.  
Et ius civile in dicta auth. vt  
non luxurientur contra natu-  
ram, circa fin. l. j. §. remouet.  
ff. de postuland. vbi illi etiam  
gētiles, qui Iesum Christum  
& verum Deum non cogno-  
uerunt, huiusmodi tamen fa-  
cinus vltimo supplicio affici  
voluerunt. Quin & sacra Bi-  
blia hæc crimina pessima vo-  
carūt. Accusauit eos (inquit)  
Ioseph crimine pessimo, Ge-  
nes. 17. & ibi peccatū eorum  
aggrauatum est nimis. Gen.  
22. 18. Tam præterea istud nefas  
execratur Deus, vt ob id (te-  
ste Pontifice) sæpe immittat  
in filios diffidentia fames, pe-  
stes, bella, terræ motus, inun-  
dationes, atq; alias id genus  
plagas generales, confirmat  
tex. in dicto cap. clericorum.  
ext. de vita & honesta. cler. c.  
adulterij malū. xxxij. quæst.  
vij. dicto cap. flagitia. c. offe-  
rebat Loth. c. clerici. de exces-  
sib. prælato. text. in dicta au-  
then. vt non luxurientur, col-  
la. vj. & in cap. qui puero. de  
pœnitent. distinct. j. & §. ij. Instit.  
de public. iudic. Et d. l. cum  
vir nubit in fœminā & l. fœ-  
dissimam. C. ad l. Iul. de adul-  
ter. Detestabilitatem præter-  
eā confirmat Andr. Barba. in

cōsiliis suis cōsil. lxxiij (quod  
vltimum est) in primo volu-  
mine, vbi etiam post illud cō-  
siliū ponitur disputatio Ana-  
stasij Pluti, an scilicet ob cri-  
minis istius enormitatem So-  
domita testari posset, hoc est,  
testamentum condere. Dein-  
de ob † criminis grande ne-  
fas in dubium vocat, & in di-  
cto consi. amplè disputat, An  
propter † peccatum Sodomi-  
ticū fieri posset separatio to-  
ri, hoc est, An vxor maritum  
quoquo modo Sodomiticum  
(vel erga seipsum, vel cū ali-  
quibus aliis) posset iure di-  
mittere, aut contrā, vt isthæc  
Lectori videre licebit. Tertio  
notanda est supplicij magni-  
tudo: † Cū enim hoc pecca-  
tum sit omnium maximum &  
execrandū, nō simplici & leui  
morte puniendū est, sed ma-  
ximis suppliciis, & execrādis  
modis, ad terrorem aliorum  
multandum est. Puniuntur  
enim (vt dictum est) omnes  
Sodomitici (exceptis molli-  
bus, in prima specie) incēdio  
ignis: alij viui, alij prius stran-  
gulatione enecti, pro qualita-  
te personarum, factorū, & cir-  
cūstantiarū. Quin & Impe-  
rator quū in d. l. cū vir. ad-  
modum exclamaret & irasce-  
retur tantæ turpitudini, ex iu-  
stitiæ zelo in hūc modū pro-  
rumpit: Iubemus insurgere  
leges, & armari iura gladio  
cont



contra huiusmodi facinorosos homines, qui audent naturæ ordinem peruertere, adeo enim turpe scelus est, ut minime expediat cognoscere, & nefas potius sit de ipso loqui, & diutius sermonem facere. hinc iura quoque (vt Quartū  
 26 explicemus) pudicissimè, & cum omni verecundia & reuerentia de hoc crimine nefario loquuntur, & tam tectè, ut nihil offendiculi lectoribus offunderent. Putabāt enim factis esse, si rē tam horrendā, & pellicibile iudici quocunque modo insinuarint. Ideoq; malebāt crimē pessimū tectè, & cum inuolucris, cū verborum puritate & castimonia, & sine offendiculo prodere, quā apertè sine prudētia & iudicio citra delectū cuius nudè & cū ruina conscientia, & bonorū morū iactura effundere. Nō  
 27 tamen ob hoc taxāus Apostolus. Paulus (hic Quintum) obferua) qui tā apertè quibusuis hoc crimē depingit, ut nemo posset apertius, vide ad Ro. cap. j. vbi ait: Nam foeminae eorum immutauerūt naturallē vsū, in eum vsū, qui est cōtra naturā. Similiter autē & masculi, relicto naturali vsu foeminae exarserūt in desiderijs suis in inuicē, masculi in masculos turpitudinē operātes. quomodo (inquā) potuisset Sodomiticū abusum cla-

rius demonstrare? Quod certè nō temerè ab Apostolo factatū est, ideoque tibi erit expurgatior, si causam tā apertè demonstrationis propius inspexerit. Nā vt in re lubrica castius loquēdū corā virgūculis, & tectius loquēdū cū iis, qui eius lubricitatis nōdū sūt capaces. aut conscij: Apertius autē, & aliquātō etiā inuerecūdius, si scortū ab errore coneris reducere, aut si cū rerū lubricarū expertissimis sermone feceris. Ita Paulus quoque in aliis locis castius, & cautius de hoc crimine meminit: Ad Ro. verò, quos sciebat in hoc nefario scelere esse exercitatissimos, adeo vt hoc sine frōte & conscientia passim committerent, noluit profectò leniter illorū cōscientias pūgere, & leuiuscula rei denominatione ipsos à scelere retrahere: quum sciebat se hac via parum profecturum. Sed durius ipsos obiurgabat. & apertè ipsoꝝ probra in faciem obiecit, vt vel naturali pudore compuncti coërcerentur, qui internæ conscientiaē metu, forsā respiscere detrectassent. Atque ita hactenus de veris Sodomiticis, cū suis  
 28 usquā tamen hoc caput absoluaui, notanda tibi fuerit candide Lector, & alia quaedā species cum Sodomiticis

ticū  
 &  
 ta,  
 tic  
 vsu  
 ra  
 vll  
 con  
 pro  
 bet  
 iur  
 nat  
 29 cis  
 hui  
 ligi  
 qua  
 ra  
 ni v  
 ma  
 (sic  
 mi  
 gli  
 ius  
 nē,  
 bē  
 eis  
 ad  
 lū  
 hu  
 nā  
 pro  
 ill  
 no  
 stia  
 to.  
 M  
 di  
 nā  
 da  
 30 cū

ticis quiddā affinitatis habēt,  
 & pro Sodomitica cōdemna  
 ta, re tamen à verò Sodomi  
 tico multum aliena: quū nec  
 vsum Sodomiticū & innatu  
 ralē, nec naturā Sodomiticā  
 vllō modo referat: sed tamen  
 consideratione nostræ fidei,  
 pro vera Sodomitica iure ha  
 betur, & tāquā Sodomitica in  
 iure damnatur: veluti cū quis  
 naturali Venere utitur cū tur  
 #9 cis, † Saracenis, aut Iudæis. nā  
 huiusmodi omnes, Iura & re  
 ligio Christiana non secus,  
 quāsi bestias (nō quidē natu  
 ra. aut rationis vsū, & cōmu  
 ni vocatione, sed ob procacē  
 malitiā, qua fidē christianam  
 (sine qua nemini salus pro  
 mittitur) apertē oppugnāt, ne  
 gligūt, fastidiūt, oderūt, & cū  
 iis congressum, cohabitatio  
 nē, & omne cōmercium prohi  
 bēt, nedū actū venereū cum  
 eis exercere interdicit, qui  
 actus intimi amoris symbō  
 lū refert, quiq̄ue pro fœdere  
 humanæ, atq; adeò christia  
 næ charitatis merito debet  
 procedere, nō ex beluina, &  
 illicita extra cōstitutos termi  
 nos libidine, l. ne quis Chri  
 stianā. C. de Iudæis. & c. quā  
 ro. & ibi Abb. Sicul. & Præpo.  
 Mediol. aliās Card. Alex. de  
 diuor. & tex. i. c. caue Christia  
 næ. xxviiij. q. j. & c. si quis iu  
 daicē, ea. caus. & q. Postremò,  
 30 cū † libidinū species absolue

re statuerā, casu incidit in me  
 moriā execrandus ille libidi  
 nis ardor, quo quidā fœminā  
 cognoscūt mortuā. Primò du  
 bitabā, ad quā libidinū speciē  
 reducere potissimū cōuenie  
 bat: sed quū ad nullā superio  
 rum propriē spectare debeat,  
 aptissimē ad Sodomitica re  
 ducendum esse tandē statui.  
 Sunt † enim multi, qui putāt  
 omnē congressum, qui nō li  
 berorū gratia fit, nō esse secū  
 dum naturā, sed omnino vi  
 tiosum & culpabilem, inter  
 quos sunt beatus Gregorius,  
 Ambrosius, & Hieronymus:  
 apud Iurisconsultos quoque  
 inter recentiores Marius Sa  
 lomonius. Est certē innatura  
 lis proflus est isthæc Veneris  
 agitatio, nec scopum, nec fi  
 nē, nec modum naturalis Ve  
 neris seruans, sed ita Venere  
 cum mortuo cadauere abuti  
 tur, nō secus, quāsi cum li  
 gno aut lapide coerit. Quo  
 circa grauius deberet esse isti  
 us quoque sceleris punitio, &  
 nō admodū absumilis, quāsi  
 esset eius, qui alterius corpo  
 ris violator esset, iuxta legē  
 final. C. de sepul. viola. ibi, Si  
 corpora ipsa extraxerint, vel  
 ossa eruerint, & c. Quare si hu  
 iusmodi fuerint vilioris con  
 ditionis personæ, vicimo sup  
 plicio punientur. Si verò ho  
 nestioris fuerint conditio  
 nis, in insulam deportantur,  
 aut



aut aliàs relegantur, aut in metallum damnantur: certè ob nullà aliàm causam, quã quòd tã fœdè mortui corporis pudicitiam contrectauerint, & contra naturam abusi fuerint, l. sepulchri deteriorè. ibi, corporibus nò contrectatis. ff. de sepulch. viola. Et D. Nicolaus Boërius in suis de cisionibus aureis, q. cccxvj. in secunda parte.

### De vi publica.

#### C A P. XC VII.

#### S V M M A E.

- 1 Publica vis fit ubilibet locorù.
- 2 Inuasionè armorum, vel oppres- sione. & nu. 10.
- 3 Item cogenda ad damnosa, vel promittenda, vel facienda.
- 4 Violenta adductione.
- 5 Violenta retardatione à iustitia. & nu. 7.
- 6 Cogendo Iudicem ad iniquam sententiam.
- 8 Congregando milites pro oppres- sione alterius.
- 9 Infractiōe ostiorum vel fenestrarum.
- 11 Quæ arma dicenda sunt in vi publica.
- 12 Publica vis cum armis citra occisionem punitur exilio & confiscatione: cū lesione verò vel morte, punitur vt iuris est. & n. 13.
- 14 Vi expulsus sua possessione, sine armis, contra expulsorem agere potest ciuilitè: criminaliter, si cum armis. & nu. 15.

16 Iudex ad vim publicam puniendam dissimulans, puniendus est ipse grauiter.

17 Alia pena de vi publica in Iurè recuili, alia in Iure canonico.



EXPLICATIS vt cūq; venereis criminibus, ad alia deinceps procedètiū est,

ac primò de vi seu violentia publica. † Publicã autem vim vocamus, quoties alicui vis infertur publica, vel in domo sua, vel in plateis: nẽpe † quũ publicam violentiã inferunt, aut armis, aut alio impetu, & vi aliquos cõstringunt quippiam polliceri, aut quippiam facere, quod esset cõtra iustitiam: Aut † quando aliquis vi aliquò pertrahitur contra ipsius voluntatè: aut † quando aliquis violèntè remoratur aut præpeditur, ne ad statũ diem iuridicũ temporì perueniat, vt ob hoc iustitiæ iacturã tãdem faciat, l. lege Iulia. ff. ad le. Iul. de vi publica. Aut certè quando Iudex violentè cogitur proferre sententiã contra æquitatè iustitiæ. Postremò tũ quispiam ita externis impedimentis aliũ circumueniat, & retardet, vt is circumuentus suæ iustitiæ iacturam facere cogatur, aut à sententiã sua saltè retardetur, l. qui dolo malo. ff. ad le. Iul. de vi public. † Aut quando quis cogit & con

& congregat auxiliares milites ad oppreffionē alterius, aut ad occifionē, aut ad feditionem in populo excitandā, l. qui cœtu, ff. ad l. Iul. de vi publ. Aut quoties † quis violentē infringit fores, aut fenestras. In summa verò, † vim vocamus publicam, quoties aliquis armis opprimitur, aut ipsi armis vis infertur, §. item lex Iulia de vi publica. Infit. de publ. iudic. Arma † autem in vi publica iura intelligunt omnia ea, quibus aliquis noceri, lædi, vulnerari, aut occidi potest, l. armatos, ff. ad l. Iul. de vi publ. † Quoties igitur alicui vis infertur armis huiusmodi, citra occifionem tamen: tum is publicæ violentiæ illator, publico & perpetuo damnandus est exilio, cū confiscatione bonorum, l. j. & ij. C. ad l. Iul. de vi publ. vel priua. l. j. ij. & iij. ff. ad l. Iul. pecul. & in glo. j. in c. j. ext. de ordi. cognit. Verum † si cū vi cōiuncta sit corporalis lætio, aut mors, hoc est, homicidiū, raptus, & similia, tum factor ipse puniendus fuerit, vt iuris est. Nam pro qualitate illius criminis, & vim publicā cōmittentes, & ipsorū fautores punientur. De quo plenē per Doct. in l. quoniā multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. vel priu. & d. l. qui cœtu. §. qui va  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14

quispiā vi expellitur sua possessione: tum ille, cui vis infertur, iure contra violentiæ illatorem agere potest ciuiler pro possessorio, & priorem suam possessionem iure recuperare, si posset. Si verò † hanc vim quis intulerit armis, tum offenso cōtra offensorum agere licebit pro pœna subeunda, iuxta le. Iul. de vi publ. que pœna est iam iam prædicta l. ij. ad si. ff. ad l. Iul. de vi publ. Ceterū † quisquis Iudex de hoc violentiæ illatē crimine nullam iustitiā fecerit, sed aut punitionē distulerit, aut sententiā ferte neglexerit, aut in eo crimine volens sciensq; dissimulauerit, aut punitionē debitā non inflixerit, is Iudex sit infamis, & ob hoc priuandus suo officio, & omni officio deinceps inhabilis: deinde ex iure damnandus est pœna centum librarum auri, l. fin. ad fin. C. ad l. Iul. de vi publ. vel priu. Quisquis autē ampliora de hac materia scire desiderauerit, quibus modis vis publica cōmittatur: certē breuior vel clarior cognitio haberi non potest, quā ea quam exprimunt textus xij. paruarū legū. ff. ad l. Iul. de vi publ. vbi modi & casus, quibus cōmittitur vis publica, siq; illatim enumerantur. Sed hic forsā mihi aliquis dixerit: supradici-



- 17 Etæ poenæ sunt omnes poenæ  
 ciuiles, quomodo igitur pu-  
 niuntur iure Canonico? Re-  
 spondendū est, non esse pror-  
 sus easdem poenas pro illata  
 violentia, atq; aliis crimini-  
 bus publicis, & infamātibus,  
 in foro Ciuili, & in iure seu  
 foro Canonico: Quādoquidē  
 clerici vim publicā commit-  
 tentes, excommunicari pos-  
 sunt, donec emendentur, &  
 præterea deponi pro offensa  
 publica: pro quo sciunt quæ  
 leguntur & notantur in c. ve-  
 ritatis, ext. de dolo, & contu.  
 & in c. inquisitionis, & in c.  
 qualiter & quādo. extr. de ac-  
 cusat. & in c. licet Heli. extr.  
 de simonia, & quæ notantur  
 in c. generali. de elect. li. vj. &  
 in c. at si clerici. & in c. cū  
 non ab homine, ext. de iudic.

De pignorationibus  
 (vulgò) repræ-  
 faliis,

C A P. XCVIII.  
 S V M M A E.

- 1 Repræfaliarum etymologia.
- 2 Repræfaliarum origo & ratio.
- 3 Repræfaliarū permissio quādo.
- 4 Ab extero Principe quando ne-  
 gatur iustitia.
- 5 Repræfaliæ non dantur contra  
 Iudicem appellationis.
- 6 Repræfaliarum literæ quate-  
 nus iuste dicantur.
- 7 Repræfaliarū permissio, ex va-  
 rijs autoritatibus.
- 8 Repræfaliarū causse. & nu. 9.
- 10 Repræfaliæ tantum cōceduntur  
 grauem iacturā passis, iacturā  
 plenè probantibus, verè Princi-  
 pum subditis, principum subdi-  
 tis tempore damni illati. & nu.  
 11. 12. 18.
- 13 Qui verè sunt Principū subditi.
- 14 Priuilegiati & tamē principū  
 subditi sunt, studentes in Acade-  
 mijs, studentium subsidiarū be-  
 delli, stipendiarū Principum, cā-  
 siliarū Principū. et n. 15. 16. 17.
- 15 Repræfaliæ nō conceduntur illis  
 subditis, qui tēpore passi dispen-  
 dij non fuerunt subditi.
- 16 Repræfaliæ non dantur contra  
 subditum eiusdem Principis.
- 17 Nec contra mulieres, Clericos,  
 Studentes, &c.
- 18 Nec contra legatos.
- 19 Nec contra euntes ad priuile-  
 giatas nundinas.
- 20 Nec contra peregrinantes ad  
 loca celebriter sacra.
- 21 Nec contra mercatores, nautas  
 vi aliquo impulsos.
- 22 Nec cōtra personaliter citatos.
- 23 Repræfaliarum literis, vendi  
 ratio.
- 24 Repræfaliarum executio per of-  
 ficiarios Principis.
- 25 Repræfaliarum ius quibus per-  
 missum.
- 26 Repræfaliæ, malè impetrantes,  
 & abutentes, puniuntur qua-  
 druplo, cū perditione causse, &  
 resolutione omnium damnerum.  
 & nu. 31.



**Q**UONIAM pro-  
ximè præceden-  
ti capite de vi  
publica peractū  
utrunq; fuit, nō  
putavi hīc silētio prætereun-  
dam vim illam, quam extere  
nationes, exteris aliis, tēpo-  
ribus pacis inferunt, quā vim  
publicam, prædationes vocāt,  
aut rapinas: & grauissimē tū  
à proprio, tum à quouis alio  
Iudice puniēdæ sunt, vt infrā  
suo loco de rapinis, & alibi.

- 1 Quo circa hoc † loco de præ-  
dationis crimine mihi enar-  
randū putavi, quam mutuam  
illam ac vicissitudinariā vim  
publicā, quam repræfalias iu-  
ra compellitant, quasi repræ-  
dationes: nō quòd repræfaliæ  
peculiaris species sint crimi-  
nis: sed eatenus de iis hīc pri-  
uatum caput ponimus, qua-  
tenus violentiæ publicæ (que  
criminū est species) punitio-  
nē in se cōtinent, & de suorū  
subditorum illata iniuria iu-  
stitiam exprimūt: sunt enim  
omnes repræfaliæ ad hoc cō-  
cessæ, vt vis publica, aut pu-  
niatur, aut inferenda inhi-  
beatur, aut vt offenso iustitia  
administretur. Ideò de his  
tantum hōc loco dicendum,  
& quomodo, & quādo, & qua-  
tenus ea iura permittāt, iu-  
xta illud Ethnicorum, Vim  
vi repellere licet. De his igit-  
ur pignorationibus seu re-

2 præfaliis hæc accipe. Si † quis  
pam extere nationis vi pu-  
blica tēpore pacis, mea eri-  
piat, aut in terris, aut in ma-  
ri: adeundū fuerit mihi ad il-  
lius exteri prædatoris vel ra-  
ptoris propriū Principē, atq;  
ab eo restitutio meorū bono-  
rū iure reposcenda. Quā si is  
Princeps mihi ita iustitiam  
requirenti neget, aut æquo  
diutius differat, aut dissimu-  
let, adibo ad proprium Prin-  
cipem meum, imploraturus  
illius opem, iuamen & pa-  
trocinium, vt sua autoritate,  
& gratia mihi literas conce-  
dat ad illum Principem ex-  
terum, quibus requirat & ex-  
postulet mihi fieri iustitiam,  
& bonorum vi per ipsius sub-  
iectos ereptorum, restitutio-  
nem. Quam restitutionem, si  
secundò is Iudex mihi detre-  
tauerit, & adiudicare distu-  
lerit, redeo secundò ad Prin-  
cipem meum, ipsi exteri Iu-  
dicis constantem iustitiæ de-  
negationem exponens, pro-  
bans, ab eo requirens, &  
humillimè ob id ipsum ob-  
secrans, vt alio modo per  
suum ipsius autoritatem &  
potentiā mihi tandem meo-  
rum ereptorum bonorū re-  
stitutio contingat, hoc est,  
vt mihi literas dignetur lar-  
giri repræfaliarum, quibus  
scilicet mihi concedat, & po-  
testatem faciat, à quibusuis



illius exteri Principis subiectis, in sua ditione existentibus, recuperationem bonorum meorum requirere, eosque comprehendere, ipsorumque omnia bona arrepto sistere, eaque posse diuendere, donec mihi ad summam ereptorum satisfactum fuerit. Atque huiusmodi literas repræfaliarum post probationem meam meus Princeps mihi tunc illico concedet, ad modum, causam, & usum prescriptum, ut scilicet subditorum bona diuendendo, mihi vel hoc modo satisfiat: quum aliter ad meorum restitutionem per æquiores iustitiam, peruenire nequeat.

4 Verum hic intelligas oportet, tum mihi ab extero Principe negari iustitiam, quando prædatoris Princeps neglectui vel potius contemptui meam habet querimoniam, adeo ut eam dissimulet, & iustitiam mihi adiudicare negligat, aut variis futilibusque dilationibus me semper procrastinet, aut vana quapiam sententia, eaque iniqua me abigat. Atque hoc vltimum

5 tpotissimum de Iudice non appellationis intellige, hoc est, qui non haberet superiorem, ad quem ob denegatam iustitiam, mihi appellare concessum esset. Nam si is denegans Iudex, esset Iudex appellationis, tum non daretur mi

hi literæ repræfaliarum à meo Principe. Sed tunc mihi ius relictum esset aliud, & eundem scilicet Iudicem per appellationem ad superioris Iudicis tribunal, de iniquitate sententiæ pertrahendi concessa potestas, atque ab eo superiori Iudice ius meum reposcendi. Quam iustitiam si is quoque mihi negauerit, tum ut prius mihi recurrendum esset ad meum Principem, pro impetratione literarum repræfaliarum, ut dictum est iam prius. Atque hanc rerum æquitatem & iustitiam, iura vocant pignorationem, quæ nostro vulgari idiomate nuncupant, letteren ofre breuien van marcke. Porro hæc qualisqualis repræfaliarum æquitas, multis forsan videbitur plus æquo rigorosior, atque plus etiam habere violentiæ quam æquitatis ac iustitiæ: nempe, quod ob incommoda nostra, quæ à sceleratis prædonibus passi sumus, vicissim nos vindicamus, & armamus legum autoritate & permissu, ad alium quemlibet etiam innocentissimum spoliandum, prædandum, & ad ipsius bona diuendenda, donec nobis abundè satisfactum fuerit, nempe ut alterius innocentia peccatum luat alterius sceleratæ nocentiæ: & ut quispiam vir innocuus mihi

mihī vi legum constrictus cō  
pēser, & soluat damnū, quod  
sceleſtus aliquis mihī contra  
omnem iuſtitiam intulit. Mi  
hi autem quales eae leges vi  
deantur, non est hīc velle defi  
nire: hoc tantū addidiſſe cō  
tentus ero, quiſquis tales le  
ges ſanxerit, eas ſibi nō ex ſpi  
ritu Euāgelico ſuggeſtas, qui  
vim vi repellere prohibet, &  
alteram maxillam percutien  
ti, iubet præbere alteram, &  
alibi, omni malo reſiſtere ve  
tat: ſed ex carne potiūſ, & ſan  
guine inſtinctas eſſe credide  
rim. Tameſi eas leges omni  
iure permiſſas eſſe vtcunq̄  
probare potuiſſent diuino,  
Iure gentiū, vel rationē natu  
rali, Iure ciuili, Iure canoni  
co, Iure cōſuetudinū, & con  
ſtitutionum particularium:  
vti videre erit apud D. Iaco  
bum à Canibus, in tractatu  
ſuo Repräſaliarum, & apud  
Bart. in ſuo etiam excellentiſ  
ſimo tract. Repräſaliarum, &  
apud S. Thomā, ſecunda ij. q.  
40. Quę breuitatis gratia, Le  
ctori legenda committimus. 8  
De æquitatē autem quid ipſe  
conſeſam, hīc ne verbalū qui  
dem amplius, quando eas le  
ges, ipſa iura ex conſeſſo ob  
diſtas cauſas ſatis permiſſas  
adſtruant, iurium hanc æqui  
tatem omni iure (vt ſuprà) cō  
7 probantes. Quum enim † o  
mnis iuſtitia & rationalis

æquitas hoc expoſcit, vt ſi  
gulis tribuantur ſua, & omni  
bus ablatorū fiat reſtitutio:  
deinde quum iuxta prædictas  
rationes nulla fiat offenſio, &  
ſpoliato per iuſtitiam reſti  
tutio, ſed vt innocenti dene  
getur iuſtitia: ordinauit &  
permiſit ipſa lex & iuſtitia  
alium modum iuſtitie, & ma  
lo nodo malum obiicit cu  
neum, vt vim vi repellat, &  
quod amore iuſtitie fieri nō  
potuit, ſaltem vi ad æquita  
tem ſuam quis perueniat. Et  
licet hoc cum innocentis &  
priuatæ perſonæ fiat iniuria,  
ſit tamen eum qualicumq̄  
iuſtitia illius totius commu  
nitate, cuius is innocuus  
pars eſt & membrū: & ideo  
quia commodiorem ratio  
nem iuſtitia inuenire non po  
tuit, hac rationē per repræ  
ſalias vti tandem cōacta eſt,  
duabus fere ex cauſis. Primò,  
vt ſuo ſubdito faueret po  
tiūſ, quàm alieno, & iniuriā  
potiūſ ſineret affici exteros,  
quàm ſuos ſubiectos. Dein  
de, vt ex harum repræſalia  
rum permiſſarum conſidera  
tione, diligentiores eſſent ex  
teri Principes, & faciliores  
ad faciendam iuſtitiam ad  
uenis, peregrinis, & exteris:  
& ne tam facilē vicini Iudi  
ces vicinis Iudicibus office  
rent & incommodarent, ne  
ve tam facilē ſinerent ſuos



grassari extra bellorum tem<sup>14</sup> pora in peregrinis mercatoribus: vel ob hoc, ne si in hac forent negligentes, totum damnum tandem in suos subditos recideret, & forsitan in eos, quos maximè præ cæteris amarent. Verùm tamen uero in hoc negotio, scito varia requiri, vt repræsaliæ à Principibus largiantur. Primò enim necessum est ingètem esse iacturam, & graue dānū<sup>15</sup> sui subditi, ob quod meritò repræsaliarum auctoritatem suo subditi permetterent. Ob leue enim, paruum seu modicum dispendium, nulli æquū est repræsaliarum literas expedire: quoniam sicut remedia subsidiaria & odiosa (qualis est in integrum restitutio) non competūt pro re modica. l. scio. ff. de in integ. restitu. & l. si oleū. §. si. ff. de dolo. ita repræsaliæ (quæ reputantur remedium subsidia-<sup>10</sup> rium) pro re exigua non debent nec poterunt cōcedi, quin & concessæ profus essent irritæ. Deinde oportet<sup>11</sup> Principem cōcessurum, plenè probationibus edoctū de certitudine rerum. Ad hæc requiritur<sup>12</sup> vt repræsaliæ concedatur alicui, vt supplicans verè sit subditus Principis, quique<sup>13</sup> communia vectigalia, & reliqua onera patriæ cū aliis persoluuerit, exceptis semper per-<sup>14</sup> sonis priuilegiatis, t quæ ratione priuilegij, nulla huiusmodi onera publica subeunt, quales sunt studentes in Aca-  
 demis siue vniuersitatibus publicorum studiorū causa, ab huiusmodi oneribus liberis & priuilegiatis, Authent. habita. C. ne filius pro patre. Idemq; exprimit d. Authent. de familiaribus & nuntiis eorum. Quod Doct. extendunt per identitatem rationis ad scriptores, & (vt vocāt) bedellos, qui ex officio suo, per appendetiam vniuersitatis partes sunt & membra, ipsi sūq; studentibus, atq; adeò studio forū studiis planè necessarij, arg. l. j. in fi. & l. scriniarios, ff. de testa. milita. Quocirca huiusmodi studentes cum sibi adhaerentibus, quantum ad personas suas, cum iis omnibus quæ secum conferunt, feruant, auferunt, & ducunt studiorum publicorum gratia, pro ciuibus habendi sunt, & à seculari onere immunes.<sup>16</sup> Prætereà, ipsi stipendiarij simili ratione immunes sunt, quantum ad stipendiū & militiam suam, in eo tamen loco vbi militiæ causa degunt & militant, l. municeps. §. si. ff. ad municipal. l. hæres ob sens. §. fin. & ibi glos. ff. de iudic. Ad hæc immunes sunt omnes Principis cōsiliarij, quū suo funguntur officio. Nam  
 ob

ob officij rationem, & in his  
 quæ officij causa gerunt, pro  
 veris ciuibus iudicandi sunt,  
 l. ciues, & ibi glo. notab. C. de  
 incolis. Qui omnes superiores à  
 dictis oneribus liberi  
 sunt, & tamen Principum  
 subditi. Qui omnes præno-  
 minati, etiam si non exoluât  
 huiusmodi onera, impositiones,  
 a sifias, caillotas, gabel-  
 las, vectigalia, tributa, peda-  
 gia, guidagia, aut onera simi-  
 lia, qualicūq; nomenclatura  
 dicantur: nihilominus tamen  
 veri sunt Principum subditi,  
 & habiles, & digni quibus li-  
 teræ repræfaliarum elargian-  
 tur, non secus, quàm quibus-  
 18 uis aliis dictis oneribus ob-  
 noxiis & subiectis. † Cæte-  
 rum Principum benignitas  
 non confertur quibusuis suis  
 subditis, sed tantum iis, qui  
 eo tempore, quo damnum  
 passi sunt, fuerunt subditi, &  
 hætenus in Principum sub-  
 19 iectione permanferunt: † Nō  
 enim conferunt Principes di-  
 ctas literas repræfaliarum  
 illis subditis, qui tempore  
 passi dispendij non fuerunt  
 subditi. Si enim quibusuis  
 subditis hanc clementiam  
 cōferrent, multi naufragium  
 passi, fisco animo ad alicuius  
 præpotentis Principis patro-  
 cinio confugerēt, & se sub-  
 ditos efficerent, donec impe-  
 tratis repræfaliarum literis,

damnum amissum recuperaf-  
 sent, quo recuperato, ad prio-  
 rem suum Principem forsan  
 ingrati redirent. Atque hac-  
 tenus explicatum satis fuit,  
 quibus Princeps suas literas  
 repræfaliarum indulget, &  
 contra quos, nempe contra  
 exteros, violentosque prædo-  
 nes alterius Principis. Restat  
 paucis animaduertas, contra  
 quos non expediuntur Prin-  
 cipum repræfaliarum literæ:  
 20 † Primò igitur nō concedun-  
 tur aduersus proprios subdi-  
 tos, hoc est, non conceduntur  
 vni Principis subdito, contra  
 alium quemlibet eiusdem  
 Principis subditum, quum  
 Principis sit, amborum sub-  
 ditorū causas cognoscere, &  
 cuique æquam iustitiam ad-  
 ministrare. Non conferuntur  
 21 etiā † dictæ literæ repræfalia-  
 rum contra mulieres, contra  
 clericos, contra studentes, cō-  
 tra Iudices, aut contra ipsorū  
 famulos, familiares, aut be-  
 dellos (vt vocant.) Item non  
 22 conferuntur † contra legatos  
 aut contra faciales, aut (vt vo-  
 cant) contra Ambasiatores,  
 qui ex mandato sui principis  
 ad alium Principem vel lo-  
 cum insignem emittuntur.  
 Tales enim nec in itinere, nec  
 in loco destinato, vllō mo-  
 do aut seruari possunt, aut  
 comprehendendi, quod vel iura  
 gentium aperte testantur, l.



fancitum, ff. de rerū diuis. & l. ij. §. legatis. ff. de iudi. & ibi notat glos. in verb. destinati. 26  
 atque idem etiam priuilegiū cōsent Doct. de famulis & seruatoribus suis, sicut etiā iam iam diximus de scholaribus. Quin & illud quod de legato rum priuilegio dictum est, & de suis famulis, idem quoque dicēdum fuerit de his, qui inuiri vel testimonij gratia, ali quō destinati sunt, vt notatur in d. l. ij. de iudic. Item fallit ius repræsaliarum, quod non 23  
 † concedatur contra eos, qui se cōferunt ad publicas, & priuilegiatas nūdinas: Hi enim in nūdinarum loco, nec capi, nec detineri possunt, l. j. C. de nūdi. Item fallit contra 24  
 eos, † qui religionis causa se recipiunt ad aliqua sancta, peregrinantium frequētia, & indulgentiarum largitate, aut miraculorū testimoniis celeberrima, vt in Authent. 28  
 Omnes peregrini, C. communia de successi. ibi, liberē hospitētur, & glos. in l. j. §. idem Claudio, ff. de iudic. Verū credo hunc casum rarō obseruari. Fallit etiam contra mer 25  
 catores, † nautas, & ipsorum seruitores, qui ventorum ac tempestatum vi, in aliquem portum turō appellare cogūtur: in eo enim portu ita impulsī, detineri non possunt, Authent. nauigia, C. de furt. quæ Authenti. hoc expressē voluit. ad idem l. j. C. de nauicula. lib. xj. Item fallit contra eos, qui personaliter citantur ad comparandum in iudicio. Omnes enim prafatæ personæ gaudent priuilegio iuris, quo omnibus & singulis conceditur libera eundi ac redeundi potestas. Atquæ isthæc hætenus de literis repræsaliarum, à quibus elargiantur, & quibus concedantur, & contra quos, & contra quos minimè. Post hæc, tribus † aut quatuor re. 27  
 gulis accipe istis literis impetratis vtendi rationem, & modū. Postquàm igitur quis piam à Principe literas repræsaliarum impetrauerit, necessum est, vt eas ad executionem tradat, & committat in ditione seu districto sui Principis, qui eas concessit, & nequaquàm extra ipsius ditionem. Deinde † opus est, 28  
 executionem hanc curet per sui Principis officarios, & nullo modo per seipsum, aut per proprios suos impetrantis officarios, nec per vllos alios, quàm ad Principem executiones destinatos, quia cuius est interdicta propria sui ipsius vindicatio. l. scientiam, §. qui cūm aliter, ff. ad leg. Aquiliam. facit l. extat, ff. quod metus causa, & l. meminerint, & l. si quis in tantam

tam, C. vnde vi. Antequam  
 29 hoc repræfaliarū caput ab-  
 soluerem, libuit quoque hic  
 adiciere, non omnibus Prin-  
 cipibus concessum esse repræ-  
 faliarum literas concedere.  
 Sunt enim multi in hac sen-  
 tentia, qui negant illi Princi-  
 pi ius esse concedendi repræ-  
 falias, qui maiori Principi  
 subesset, & maiorem Princi-  
 pem seseque superiorem vt  
 subditus agnosceret: sed con- 1  
 suetudine, & vsu diuersum  
 experimur, quod pauci sint  
 huiusmodi Principes, qui su-  
 periores velint agnoscere, se- 2  
 que superioribus, vt vassallos,  
 subiicere. Qui autem maio- 3  
 ribus Principibus ac superio-  
 ribus subnot, qui verò mini- 5  
 mē, non est hic nostri institu-  
 ti explicare velle, cū res sit 6  
 parum tuta, & fructus penē  
 nullius: quicquid enim de his  
 rebus statuitur, illi mordic- 8  
 cus per fas & nefas suā tuen-  
 tur sententiā. Nouissimē au-  
 tem adiciere volui pœnam 9  
 illam, quam lages statuunt  
 illis, qui perperā & sinistrē à  
 Principibus repræfaliarū lite 10  
 ras impetrarunt. Malē enim  
 repræfalias impetrantes, aut  
 etiam iis abutentes, puniun-  
 tur quadruplo. Deinde cau-  
 31 sam iuris sui perdunt: & po-  
 stremò ad omnium damna,  
 & dispendia recuperāda mul-  
 ctabūtur, l. ij. & ibi per laco.

de Areti. ff. de verb. obligat.  
 l. si te. C. de iure delibrandi.  
 Authē. & omnino, C. de actio.  
 & obliga. & l. nam & seruus,  
 ff. de nego. gest.

De teloniis, ac aliis  
exactioni-  
bus.

CAP. XCIX.

S V M M A E.

1 *Vs publica fit etiam in telonijs,  
vectigalibus, tributis, pedagijs,  
& similibus, vel male institu-  
dis, vel male exigendis.*

2 *Vs publica institutione fit bi-  
fariam.*

3 *Vs publica qua pena plectatur  
disting. nu. 4.*

4 *Vs publica rectè quando com-  
mittatur.*

5 *Pœna plus exigenti, quàm ve-  
ctigalis institutio ferat. Et  
quid, si vi & violentia plus exi-  
gat, & corradat. nu. 7.*

6 *Famuli crimina dominorum se-  
ctantes, pœnam quoque domi-  
norum imbibunt.*

7 *Vectigalia poscentes ab Eccle-  
siasticis excommunicantur.*

8 *An vectigalia nō soluere liceat.*



9 *S* t postremò  
 alia quædā spe-  
 cies violentiæ  
 publicæ, vsu qui-  
 dem externo &  
 forinsecus à superioribus nō  
 nihil diuersa, re tamen cum  
 vera illata, vi planè eadem,



eoque non minus execrabi-  
 1 lis, minusve punienda. Ista tamen species ferè contingit in  
 vectigalibus, teloniis, tribu-  
 tis, gabellis, pedagiis, guida-  
 giis, passagiis, datis, aliisque  
 exactionibus, qualicumq; vo-  
 cabulo nominantur: id dupli-  
 citer, apertè in institutione,  
 & tectè in exigentia. Primò,  
 quò quis priuatus dominus  
 vsquam noua instituit vecti-  
 galia, telonia, similiq; onera,  
 quibus repub. suam grauat: atq; ista omnia citra auctoritatem  
 sui Principis, l. vectigalia, & ibi Sali. in princ.  
 & Azo. C. vectigalia noua institui non posse. Porro isthæc  
 2 t noua onerù in repub. institutio, ferè sit bifarià: nempe  
 vi, aut coactè: Deinde cum gratia, aut beneplacito populi.  
 Harum autem institutionum punitio quoque erit  
 3 varia. Nam t si coactè & vi huiusmodi onera in republ. inferat,  
 tum is violentus illator (quia vim publicam  
 4 committit) plectendus est capitaliter. Sin huiusmodi gra-  
 uamina non vi, sed cum populi gratia inferat, tum non  
 censendus publicæ violentiæ reus, eoque nec capitaliter  
 5 damnandus, sed priuatæ violentiæ reus, atque multandus  
 pœna quinquaginta lib. auri, & pœna le. Iulianæ de ambitu, l. vnica, ff. ad legem Iu-

liam de ambitu. Aut alia pœna, arbitrio iudicis imponenda. Secundò, tectè t vis publica committitur, quum quis  
 telonarius, publicanus, seu tributorum collector; telonij iura vi requirit ab iis, qui ab  
 huiusmodi telonio sunt immunes & liberis: is enim (vt iura volunt, licet iis non  
 vramur) puniendus est, ceu publicæ violentiæ illator, capitaliter expressa ac notabili l.  
 vniuersi, in fin. C. de vectigalibus commiss. Porro t quis-  
 quis fraudulenter in teloniis aut vectigalibus amplius exigat, quàm telonij aut  
 vectigalis institutio poscit, is puniendus est duplo. Si t verò vi & violentia  
 amplius exposcat & capiat, tunc puniendus est quadruplo, l. j. §. dixerit, ff. de  
 publ. & vectigalibus. & quantum verò ad fiscum, puniendus est perpetuo exilio, l. fin. C. vectiga. no. instit. non  
 6 posse. Eadem t quoque pœna plectuntur omnes famuli teloniariorum, publicanorum,  
 ac similibum, qui in hoc dominorum suorum crimina imitantur, eadem crimina  
 committunt. De iure autem Canonico t seu Pontificio, exigentes vel extorquentes ab  
 Ecclesiis vel personis Ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negotiandi  
 causa deferunt, aut deferri  
 fact

faciunt, vel transmirtunt, vestigalia, telonia, tributa, gabellas, pedagia, vel guidagia, suo vel alieno nomine, excommunicantur & anathematis mucrone feriuntur, donec illi sic exacta restituerint, & de transgressione huiusmodi competenter satisfecerint, Clementina, Præfenti, De censibus, de exactio- nibus. Antequam hanc materiam omnino absolueremus, quæstionem non solum vtilem, sed etiam pernecessariam (propter fraudum frequentiam) sciscitari, & pauculis admodum examinare placuit: nempe, an temerè & in foro conscientie fraudare liceat, & non soluere Principibus vel institutoribus vestigalia, telonia, tributa, gabellas, pedagia, guidagia, passagia, datia, impositiones, assisas, caillotas, quocunq; etiã nomine appellentur? Deinde quando liceat huiusmodi vestigalia sine conscientie serupulo non soluere? De hac quæstione libuit plurima disserere, sed quoniam apud auctores abundè ista commentata sunt, breuitatis studio Lectorem ad ipsos fontes remittere libuit, & inter eos, vide Do. Ioan. Bertachinum in tract. suo singularissimo gabellarum, tributorum, atque vestigalium.

## De vi priuata.

CAP. C.

## SVM NAE.

- 1 *Vis priuata quid sit.*
- 2 *Vis priuata committitur, quando creditor debitore ad solutionem compellit.*
- 3 *Quando quis naufragantium bona eiecta eripit.*
- 4 *Quando quis in incendio quid spoliat.*
- 5 *Quando quis copijs aliquem è possessione pellit.*
- 6 *Quando quis pupilli sui bona vi occupat.*
- 7 *Quando quis alterius sponsam vel filiam detinet.*
- 8 *Vis priuata pena.*
- 9 *Iudex ad priuatam vim distimulans, redditur infamis, indignus omni officio, & obnoxius pena arbitraria, in praxi.*
- 10 *Vis priuata ex Iure Canonico punitur tertia parte bonorum.*



**N**TRIBVS proxime præcedentibus capitibus utcunq; peregrimus de vi priuata commemoramus. Est autem vis priuata, quando aliquis alicui vim infert absq; armis. S. itè lex Iulia, de vi publica seu priuata, institutio, de publicis iudiciis. Qualiter autem hoc crimen committatur, clarè aperit



- aperiunt leges. ff. ad l. Iul. de vi priua. veluti quū creditor
2. tex propria autoritate debitorum suum compellit ad solutionem : ita enim priuatæ vis crimen admittit. l. finali. ff. ad legem Iul. de vi priua.
  3. Similiter ꝑ priuata vi sese alligant, qui vim inferunt nautis in naufragiis, ipsorumque eiecta bona furtim auferunt, l. j. ff. eodem titu. Item qui ad
  4. incendium ꝑ simul cum aliis concurrunt, non quidem vt hunc malo sua opera suppetias afferant, sed vt in tali hominum strepitu, & animorū perplexitate incautus è domo incensa quid eripiant: illud enim si faciāt, vim priuatam committunt. Similiter
  5. priuatam vim ꝑ committunt, quicumque congregata multorum virorum multitudine, & coactis copiis siue armis, aliquē pellunt sua domo, fundo, vel possessione quapiā, & seipsos in possessionem eandem vi inferūt, & collocant. l. si quis. ff. eodem titu. Prætereā priuatam vim ꝑ committit tutor quiuis, qui sui pupilli bona, vi occupat. Facit l. tutoris. C. eodem titu. Simi
  1. liter ꝑ quicumque alterius filiam aut sponsam vi conclusam detinet, aut includi iussit, aut arctè constringit, aut
  8. occultat. Pœna autem ꝑ istorum criminum secundum iu-

ra, est confiscatio tertie partis bonorum suorum: supra quam declaratur infamis: & hinc omni officio de dignitate priuatur, & prætereā habetur inhabilis cuique administrando officio, dicta l. j. ff. eod. titu. l. hoc iure. ff. de regul. iuris. per iura ibidem allegata. Quin & ipse Iudex ꝑ in hoc crimine priuatæ violentiæ negligenter dissimulans, & æquam de eo punitionem non fumens, sit infamis, & omni munere publico indignus. Verū si hic punitionem consuetudinariam spectare velis, scito hoc crimen ex vsu & in praxi ferè puniri punitione Iudicis arbitraria, iuxta circumstantias rerum, & qualitates personarū. Et hæc est pœna ciuiliis. Pœna ꝑ autē canonica, est multatio tertie partis bonorum (vti supra cap. de vi publica meminimus) huic seruit cap. ij. de ordi. cognit.

## De rapina.

C A P. C I.

S V M M A E.

1. Rapina quid sit.
2. Rapina quibus & quot modis committatur.
3. Rapina varie punitur, & numero 4.
5. Raptorum fautores, raptorum penas degustent oportet.

Rep

6 Ra  
est  
7 R  
m  
8 R  
ed  
ua  
cit



1 v  
qu  
lia  
bl  
2 ci  
pe  
le  
fi  
ne  
na  
do  
pr  
3 C  
le  
li  
du  
su  
ui  
vi  
m  
d  
d  
a  
p  
tu  
l

- 6 *Rapiens rem propriam, repetitor est, non raptor.*  
 7 *Rapina rerum magnarum puniatur suspendio.*  
 8 *Rapina continet in se, aut vim eamque aut publicam, aut priuatam. Aut non vim, & sic dicitur furtum.*



CCREDIT superioribus alia quædam vis, aliâs publica, aliâs priuata, quam rapinâ vocamus. Est enim Rapina, quando quis alterius mobilia vel se mouentia bona publicè rapit, quod fieri conspiciamus † duobus modis, nempe vi, & sine vi, siue sine violentiæ illatione. Vis quoque fit bifariam: cum armis, & si ne armis. Postremò ipsa bona erepta duplicia sunt, quando & in paruis, & in magni pretij bonis rapina cõtingat.

3 Quisquis † igitur alteri pileum, tunicam, togam, pallium, gladium, thoracem, indusium lineum, peram, marsupium, anulum, & similia leuiora bona publicè & citra vim eripit, is rapinam committit, & puniendus est quadruplo intra annum, cui quadruplo inest simplum: Post annum verò damnandus est principalis rei ablata restituitio, hoc est, in simplum, l. ij. & iij. ff. vi bonorum ra-

pto, l. res. C. eodem. & § j. Instituti. eodem titu, † Qui verò superiora enarrata, vi & publicè eripuit, sine armorum tamen præsidio, is damnatur cõfiscatione partis bonorum suorum; Si cum vi quoque arma cõiunxerit, cum perpetuo exilio damnabitur, aut alia simili pœna criminaliter, sicut & supra de vi publicè meminimus. Similes pœnas oportet subeant omnes raptoris cooperarij, qui re, opera, & auxilio ad rapinam coadiuuerunt. l. si pignore. §. cum furti, vers. qui ferramenta. ff. de fur. facit l. qui domũ. ff. ad l. Iul. de adulter. Quisquis porrò sibi ipsi Iudex est, & propriæ rei executor, & raptor, vt rem suam † ablatam, propria autoritate raptori de nuò eripiat, is certè nullam rapinam committit, vt eius gratiam puniendus esset tanquam raptor (propriæ enim rei potius repetitor est, quam raptor) lus tamen suum perdit, quo licuisset raptorẽ suũ corã Iudice peragere. l. ij. §. hæc actio. ff. vi bonorum raptorum. & §. quia tamen. Instituti. eodem titu. hæctenus de leuioribus bonis singula intellige. Qui verò res † pretio maiores alteri vi eripuit, & publicè ad hoc adhibitis armis: is certè suspendio damnandus est, qua ipsius cri-

men

ia par  
 : supra  
 mis : &  
 dignita  
 eã habe  
 admini  
 a l. j. ff.  
 de re  
 dem al.  
 e Iudex  
 lata: vio  
 lenti  
 punicio  
 infamis,  
 lico in  
 punicio  
 am spe  
 crimen  
 e puniri  
 traria,  
 erum, &  
 . Et hæc  
 ia † aut  
 tio ter  
 ti suprà  
 nemini  
 ij. de or  
 ot modis  
 , & nu  
 aptorum  
 et.  
 Rap



men non multum ab ipso latro-  
 trocinio abest. Quin & leuio-  
 rum quoque bonorum raptorum  
 res, subinde suspendio dānan-  
 tur, iuxta qualitatem perso-  
 næ, & facti circumstantias &  
 enormitates, nō secus, quàm  
 clācularij fures. Plura de præ-  
 senti materia, quatenus cri-  
 men in sese continet, explica-  
 re libuit: sed quia de ea in su-  
 perioribus capitibus amplio-  
 ra peregrimus, & infrā quoq;  
 in sequētibz capitibus plura  
 explicare certum est, nempe  
 in capite, de furto, & alibi:  
 ideo his paucis ab hac mate-  
 ria hoc loco supersedendum  
 8 putauit: fit enim † rapina aut  
 vi, aut sine vi. Vis autem, aut  
 est publica, aut priuata, de  
 quibus abundè suprā. Si verò  
 sine vi committatur, furtum  
 censetur, de quo infrā suo  
 loco.

### De latrocinio simplici.

C A P. CII.

S V M M A E.

- 1 Latrocinium simplex quid sit?
- 2 Latrocinij simplicis punitio, in inferiori Germania, in Frācia, & in Alemania, ex olim priuilegio Gandensium. nu. 9. 10. 11.
- 3 Latrocinio non patrocinantur loca sacra.
- 4 Latrones cōprehendendi, cuius est ubique concessa potestas. 3



A P I N A E quo-  
 quæ species est  
 illud pernicio-  
 sum prædandi  
 genus, quod la-

trocinij vocant: non quidem  
 illud latrocinium quod cum  
 homicidio coniungitur, & de  
 quo multa superius memini-  
 mus, sed quod nudā spoliandi  
 vim continet, quod apud  
 Barthol. Cepolam dicitur la-  
 trocinium simplex, in Auth.  
 Sed nouo iure. C. de ser. fugi.  
 † Est enim latrocinium sim-  
 plex, de quo hic acturi sumus,  
 aliquem furtim & vi, suis ci-  
 tra mortem spoliare bonis:  
 quod plerunque fit in viis oc-  
 cultis, in locis desertis, & à  
 testimonio hominum semo-  
 tis, in syluis, in saltibus, aut  
 in alijs suspectis locis, & etiā  
 temporibus illicitis. Hoc lat-  
 rocinium puniendum est vl-  
 tore gladio, necnon confi-  
 scatione bonorum, vt corpus  
 decollatum imponatur rotæ,  
 cui ex more adpendunt ram-  
 ulos, latrocinij commissi  
 testes. Hoc † crimen tam est  
 deest

detestabile & exosum omnibus, vt ne Iudices quidem Ecclēsiastici huic patrocinari ve-  
 lint, nec loca sacra his latronibus præsidio esse sinant.

- 4 Eoque omnia ꝑ iura, omnibus & singulis istos latrones quouis loco comprehendendi & accusandi potestatem faciunt, cap. inter alia, extrā de immunitate Ecclēsi. Deinde volūt, vt is latro ꝑ captus morti adiudicetur & exequatur eodem loco, vbi captus fuit, absque vlla declinatione. Præterea ꝑ nullis latronibus iure permittitur, vt in hoc crimine sese ad expurgationem tradere possint: Verūm hoc duntaxat permittitur, vt in omnibus informationibus, habitis & habendis sese committere liceat. ꝑ Quisquis præterea sciens volēnsque, dictos latrunculos hospitio excipit, aut ope, vel fauore vllō succurrit: is certē non minus puniendus est capitaliter, quā principalis factor, l. prima. ff. de receptato. & l. prima. C. de his, qui latrones occultauer. Nisi enim in huiusmodi latrones sæpius & acrius aliquanto animaduertent leges, publicæ viæ passim obsiderentur latronibus, & spoliatoribus, nec cuiquam liberum esset, & tutū quōquam se recipere. Ideoque vt vel huic malo tempori occurre-

retur, per diversos Principes, atque etiam per Principem nostrum, & per suos maiores variæ constitutæ & promulgatæ sunt ordinationes, de puniendis latronibus. Et

- 8 ꝑ si in eorum punitione repperus esset Iudex plus æquo negligens, & ad iustitiam & punitionem ferendam dissimulans: is certē dānandus esset multa centum lib. auri, & exinde habendus infamis, omnique dignitate publica indignus: imō aliquando vel ipse capitaliter damnatur, iuxta dissimulationis magnitudinem. In Francia ꝑ verō, huiusmodi latrones vel spoliatores publici, primō puniuntur rapti ad calces equorum, deinde suffiguntur in malam crucem. In ꝑ Alemania verō, tales latrones, graffatores, & spoliatores publicè puniuntur cōfractioe membrorū, hoc est, in rotā subiguntur, vbi singula ipsorū membra magno cum cruciatu cōfringuntur: & ita viui in rota relinquuntur, sua spē animā expiraturi in magna pœna & calamitate. Priuilegia ꝑ Gandensium à comitē Guidone concessa, olim hoc crimen puniebant ciuilititer: nempe, multa 60. librarū. & restitutione rerum ablatarum intra tertium diem. Labet hic vnam ꝑ quæstionem in medium adferre



ferre: Latrocinium an sit casus fortuitus? Gl. in verb. etiã si sine culpa. in l. & ita. §. at hoc edicto. ff. nau. caupo. stabul. l. cum duobus. §. dãna. ff. pro socio. Gl. in verb. vel alio fortuito. in l. j. C. depositi. sustinet latrocinium esse casum fortuito, vtj per otium, & occasione emergente, videre potest.

### De incendiariis.

C A P. CIII.  
S V M M A E.

- 1 Vehemens in incendiarios inuectio.
- 2 Incendiariorum punitio varia. et n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 13. 14. 25. 16
- 10 Incendendi voluntas punitur pro effectu.
- 11 Ad incendium preparationes struens, punitur vt factor.
- 12 Post bella confecta, succrescunt incendiarij.



**C**RAVE crimẽ est, igne aliorũ tollere bona, & ad conjunctionẽ humane societatis tuẽda (quod iustitiæ pars est non infima) perniciosissimũ, imò ad eam prorsus tollendã, & subuertendam, scelus cũ primis accommodum: quis enim eos benignis intueretur oculis, imò quis æquo animo ferret nequissimos illos incendia-

rios, qui studio, datãque opera & captata deliberando occasione, aliorum igne accendunt domos? aut alia bona? vnde tam graue exoritur incendia passorum dispendiũ, & nulli vel tantillum cõpendium, ne ipsis quidem incendiariis, potissimum quum omnia citra vlius commodum per ignem redacta sunt in cinerem. Et mihi certẽ (vt ingenuẽ meam sententiam proferam) videntur hi ciues in republi. esse perniciosissimi, imò pestes planẽ lethales potius, qui in rep. nihil aliud agunt, quã vt noceant multis, profint nemini. Fures. spoliatores, latrones, raptores, prædones, ex scelere aliquid commodi aut consequuntur, aut saltẽ venantur: incendiariis, ex facinore nihil accrescit. In aliis multis sceleribus expletur vtcunque sceleratorum voluptas, sed in incẽdio, incendiarius nihil utilitatis, nil voluptatis cõsequitur. Ah quantula quæso est voluptas aliorũ incẽdere domos? quas natura sagaciter excogitauit ad tutandos homines ab imbribus, à ventis, tempestatibus, & reliquis cæli iniuriis, à feris, à lupis, idq; genus hominum hostibus. Quocirca cùm incendiarij hoc bonum & commodum confratribus in Christo nequissimẽ eripiant,

piant nullis voluptatis sti-  
 mulis excitati, nulla utilita-  
 tis ratione pellecti, sed solo  
 odio, inuidia, & nocendi libi-  
 dine agitati videntur mihi  
 (vt denuò repetam) in repub.  
 perniciosissimi, detestabiles,  
 & nullo modo ferendi diu-  
 tiùs, imò tanquam inimici  
 naturæ collèdi sunt è medio,  
 & ex omni societate huma-  
 na (cuius hostes se esse studèt)  
 eripiendi sunt. Quod etiam  
 2 cōsiderantes ipsæ leges, gra-  
 uissima variâsque incendia-  
 riis istis poenas indixerunt.  
 Nam quisquis alterius ca-  
 sam, villam, ædes, domum,  
 arcam, stabulum, horreum,  
 nauim, similiâque ædificia,  
 aut etiam aceruum frumenti  
 iuxta domum positum com-  
 busserit, ignéque incenderit,  
 aut ignem sciens volénsque  
 immiserit, tam in ciuitate,  
 quàm ruri, is incendiarius de  
 iure variè punitur. Primò 6  
 3 punitur capite, vt dicit gl. in  
 verb. potestis. in l. data opera,  
 C. qui accus. nō po. de quo ibi  
 latè per Bal. & Salic. post Cy-  
 num, & per Bart. in l. iij. cum  
 aliis per Alexã. ibi allegatis,  
 4 ff. de offic. præfecti vigil. † In  
 aliis verò textibus puniendus  
 est igne, vt in l. qui ædes. cum 7  
 5 naufrag. Est itè alijs textus,  
 qui incendiarios puniri velit  
 dilaceratione bestiarum, aut

capite, sed aliquanto distin-  
 ctius, vt habetur in l. si. ff. eo.  
 titulo. de incend. rui. naufra.  
 Quin & alibi textus asseruit,  
 huiusmodi comburèdos esse  
 viuos, si incendium factum  
 sit ob inimicitias, vel prædæ  
 causa in oppidis. Ratio est,  
 quòd is incendiarius, qui in  
 ciuitatibus domum vllâ in-  
 cendit, quàm plurimos peri-  
 culo exponit, vt incauti viu-  
 que in suis, aut in aliorum do-  
 mibus comburantur: & certè  
 talem viuorùm combustio-  
 nem, quantum in ipso est, ex  
 sua malitia multis præparat:  
 ideòque æquū est, vt hic ma-  
 leficus eadè absumatur præ-  
 parauit, argu. l. saccularij, in  
 ratione sui. ff. de extraordin.  
 crimin. Si verò in casa & vil-  
 la committatur incendium,  
 puniuntur capite, vt in l. ca-  
 pitalium. §. incendiarij. ff. de  
 pœnis. De incēdiariis quoq;  
 istis violentis abundè memi-  
 nit Ang. Are. in tract. malef. in  
 verb. Incendiario. & Anto.  
 Abb. Sicu. & Fel. in c. tua nos.  
 de sent. exc. bona gl. in c. cum  
 deuotissimã. xij. q. ij. in verb.  
 si verò incendiū. itè Doct. in  
 l. vendira in f. ff. de peri. &  
 cōmodo rei vend. Ex his nūc  
 suprã allegatis textibus, & ex  
 citatis Doctoribus, cernis cla-  
 rissimè pie Lector incendia-  
 rios (vt antè memini) variè



puniri. Quia (repetam denuò articulatius) puniuntur aliàs capite, aliàs furca, aliàs incendio, sed diuersimodè: aliàs bestiarù dilaceratione: quandoq; decollatione: interdù cōdēnatione in metallù, nouissimè deportatione, sed hæc vltima pœna ex misericordia potius infligitur, quàm ex rigore iustitię. Hactenus de pœnis incendiariorù ex iure. Restat vt consuetudinē † paucis attendas: qua scelerati, cōuictique incendiarij plectuntur apud quosdam gladio, apud alios verò igne absumuntur: Nam in Flandria moris ex inolita cōsuetudine tales perdere incendio ignis, deinde corpus infigere rotæ, cui appenditur olla testis puniti incendiarij in Brabantia † hos incendiarios plectunt multò acerbius. Nā eos viuos ad maiorē terrorem comburunt, & vt horù exēplo minuatür incendiariorum frequentia, & extinguatur extimulans illicitaq; peccandi libido. Atque isthæc habes candide Lector, quæ de incendiariis post opus, & post incendium patratum, statuuntur. Sunt tamen etiã incendiarij appellãdi, qui voluntate & minas, nō minus

leges puniunt quàm factum: Adeò vt si quis minitetur alterius incendere domù, dicendo (vt est in prouerbio) Rubrù gallù tuas transmittã ad ædes, aut simile tritù dictù: is puniendus sit nō secùs, quàm si minas opere cōpleisset. Sicut item is † qui ad actum, id est, incendiù futurù quicquã apparauerit, aut actus preparatorios ad hoc præmiserit: ver luti ignē immittendo, flãdo, pupas, aut lineas stuppas cum igne, pice, sulphure, aut puluere bombardico vsquam secreterè collocando: aut carbones, aut titiones secreto in loco suppeditando, aut aliis infinitis modis animi pròpitudine ostēdendo: etiã si actu & opere nō cōpleuisset, iuxta illud generale axioma iuridicum: Quòd in atrocissimis delictis (quale est hoc studiosum incendiù) punitur affectus, licet non sequatur effectus, l. si quis nō dicam rapere. C. de episc. & cleri. cū simili lib. & ibi scriben. Hos † autē modos omnes, & alios (quod dolendù est) quàm plurimos excogitant scelerati milites, qui post bellorum tragediã exautorati passim per agros otiosi vagantur, pertæsi relictis opificij, & domum ad relictas vxores & liberos redire nescij, nobiles bonosque agricolas opprimunt, nō cōtenti ali

aliquando rusticorū gratuita  
 magnificentia, qua ipsi cōfe-  
 rūt quicquid possunt, nisi eos  
 insuper ad maiora numeran-  
 da cogere, & plura pro suo  
 arbitrio ab ipsis vi & minis  
 (quibus domos incensuros se  
 minantur, nisi tantum nume-  
 14 rent) extorquerent. Atq; hu-  
 jusmodi impunita libidine  
 sic per aliquot annos grassan-  
 tes, sūt tandē ex militibus la-  
 trones, sūt sicarij, sūt spolia-  
 tores, sūt incendiarij, & omis-  
 sis spretisq; oībus bonis mo-  
 15 ribus, pessimis se coinquināt  
 sceleribus, excogitātes artes  
 mille, milleq; modos, quibus  
 per fas & nefas sibi pecuniam  
 cōstēt, & tanquā ex leges &  
 ratione cassi, ex solis viuant  
 affectibus. Hæc autē de iure  
 civili atq; consuetudine. Sed  
 13 quæ pœna imponatur † tali-  
 bus incendiariis volūtaris, ac  
 dolosis, & domos cōburenti-  
 bus, tam in ciuitate quā ru-  
 ri, de iure canonico, paucula  
 quæso obserua. Nam ex iure  
 canonico, incendiarij volun-  
 tarij, ac dolosi primò damnā-  
 tur restitutione omnium da-  
 minorū: deinde per tres annos  
 pœnitentiā agere iubētur, vt  
 in expresso c. si quis domum.  
 ext. de iniur. & dāno dato. quæ  
 quidē pœna procedit in occulto  
 incendiario: quia si esset ma-  
 nifestus ac infamia notatus,  
 tūc si incēderet Ecclesias, tā-

quā sacrilegus Romano Pon-  
 tifici esset pro absolutione  
 obtinenda remittendus, c. tua  
 nos. ext. de sentent. excomm.  
 & tales ipso facto sententiā  
 excommunicationis incurrūt.  
 Incendiarij verò aliorum lo-  
 14 corum † non sacrorum, non  
 sunt ipso facto excommuni-  
 cati, sed sunt excommunicā-  
 di: deinde perpetuo carce-  
 ri mancipandi. c. pessimam,  
 xxxij. q. viij. de quo in c. cū  
 deuotissimam. per glo. xij. q.  
 15 ij. Iniungitur † etiam eis ali-  
 quādo peregrinatio Hieroso-  
 lymitana, vel ad sanctum la-  
 cobum in Galissia, c. si quis  
 membrorum xxij. q. vlti. de  
 quo habetur in c. si quis. ext.  
 de iniur. & damno dato. quæ  
 quidē pœnæ sunt magis con-  
 sciētiosi, quā cōtentiōsi iudi-  
 16 cij. Nam si corā † officialibus  
 episcoporū vel archiepiscopo-  
 rū aliorūve p̄latorū, s̄isca-  
 li procuratore intercedēte, in  
 iudicio ageretur: tūc pro qua-  
 litate cōmissi punirentur, ita  
 vt si ingens sit & excessus in  
 incendio magnus, tū propter  
 ingēs scelus, & damnū tā gra-  
 ue poterūt degradari: vel sal-  
 tē si exiguus & modicus esset  
 excessus, & incendiū non vsq;  
 adeo magnum, tum deponi à  
 beneficio poterunt, aut certē  
 à diuinis suspendi: & dein-  
 de pro qualitate criminis &  
 personæ diuersimodē puniri,



per ea quæ traduntur in allegatis. c. pessimam. & c. si quis. & in c. cum non ab homine. extrâ de iudic. & in cap. tuæ, extrâ de pœnis.

### De spontaneo siue interno Incendio.

C A P. C I I I I.

S V M M A E.

- 1 Incendium spontaneum. patrem familias grauat crimine: immisum, nequaquam.
- 2 Incuria, per quam incendiū oritur, varie puniendâ.
- 3 Incuria incendiū punitur variè, nume. 4. 5. 6.
- 7 Incurie patris familias nihil præstruitur.
- 8 Incendium casu fortuito natum vel ex malitia immisū patrē familias ab omni crimine purgat.
- 9 Quando incendium censetur immisum.
- 10 Occasionem incendiū præbens, nõ vacat crimine.
- 11 Incendium committitur dolo malo, lata culpa, leui, leuissima, in ciuitatibus, & in pagis.



**D** I X I M V S superior capite de incendio ab aliis immisso, & incendiariorū punitione. Hic de incendio interno, & sponte per incuriã, imperitiã seu negligentiam, aut casum fortuitum proveniente tractadum: quod à su-

periori in hoc differt, quòd illud violentum sit, & immisum: hoc spontaneum & vltro per infortunium exoriens. Deinde illud prius, nempe ratione patris familias crimine vacat: hoc verò, quia ex alicuius incuria, imperitiã & negligentia cum alterius etiam detrimento nascitur, criminibus est adiungendum, non quidem directè quòd quisquam malum illud, & crimen intenderit, aut in votis habuerit: quia cum omnium ignorantia contigit: sed propter incuriam, imperitiã, & negligentiam, & imprudentiam commissam: vnde tot emergere mala, quorū omnium pater familias, aut sui domestici indiligenti cura causa fuerunt. Ideòque ipsorū imprudentia, incuria, imperitiã seu negligentia (cum sit in crimine) non est impunita relinquenda. l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad legem Aquil. & l. videamus. in prin. ff. locati. & §. penult. Instit. de oblig. quæ ex quasi delic. nascuntur. Quoties igitur vllum cõtingit incendium vltro neū oriri, cum graui vicinorū detrimento: ille per cuius incuriã ortum est, variè puniri potest. Primò enim si dissimulat Iudices, & coniuuent, vt is vicinus, qui ex vicini incendio passus sit grauem rerū suarū iactur

facturam, ob iustum dolorē,  
 in ipsa ani. ni cōmōtione pos-  
 set alterum vicinum suum,  
 vnde ortum est incendiū, im-  
 punē in ignē conicere: si qui- 8  
 dem in eo ipso animi com-  
 moto furore comprehēdi po-  
 terit. Siō post illatū † sua cul-  
 4 pa a lteri incendium, compre-  
 hendi nequiverit, sed callidē  
 elapsus aliquō aufugerit, aut  
 delitescat: tum damnatur ob  
 sua incuria illatum dispen-  
 diūperpetuo exilio. Verū si  
 5 damnum † incendiij exiguum  
 & leue fuerit, tū is, cuius incu-  
 ria exortum est incendium,  
 6 damnandus est, aut † sustiga-  
 tione, aut pœna metalli, l. ca-  
 pitalium. §. incendiarij. ff. de  
 pœnis. cuius loco in his parti-  
 bus successit exilium perpe-  
 tuum, aut alia pœna ludicis  
 arbitraria. Neque ab his pœ-  
 7 nis † incuriam, imperitiam,  
 & fōcōdem negligentia ex-  
 eufare vllō modo potest, aut  
 ebrietas, aut famulorum ne-  
 gligentia. Nam in incendio-  
 rum casu, omnium incuria,  
 imperitia seu negligentia in  
 suum recidit caput, atq; adeō  
 in suā negligentia, quæ alio- 9  
 rum omnium incurias & mo-  
 ram vicia in se recipit, vt pro  
 omnibus in ea re respondere  
 debeat, & per suū incendium  
 omnibus damnū passis, eius-  
 dem dāni restitutione teneat-  
 tur, d. l. capitalium. §. incēdia

rij, versic. nam fortuita incen-  
 dia. d. l. si seruus seruum. §. for-  
 nicarius. & d. l. videamus. in  
 exordio, & d. §. pen. Si verō ta-  
 let incendium primum ortū  
 esset ex casu naturali, ex ful-  
 gure, vel aliis impressiōibus  
 ignitis, aut casu fortuito, aut  
 per alicuius immisiōnem &  
 operam: tunc nullo modo is,  
 ē cuius domo primū ma-  
 nasset incendium, obligatus  
 esset ad dictas pœnas. l. si for-  
 tuito. ff. de incend. rui. naufr.  
 neq; tenebitur refarcire da-  
 mnum, cū nulla fuerit ne-  
 gligentia, quæ tamē requiri-  
 tur ad hoc, vt refarcire tenea-  
 tur. l. qui ædes. ver. si verō. ff.  
 de incēd. rui. naufr. & ita in-  
 telligit glo. in d. l. si fortuito.  
 Nam rem, quæ culpa caret, in  
 damnum vocari nō cōuenit.  
 c. cognoscētes. in prin. ext. de  
 cōstitutionib. pœna enim no-  
 xiā præsupponit. l. sancimus.  
 in exordio. C. de pœn. argu-  
 mentum optimum in c. si. de  
 iniu. & dam. dato. In summa,  
 de incendiis vel casu, vel per  
 negligentiam factis, videre l.  
 j. ij. iij. & iij. ff. de offic. præ-  
 secti vigil. Et tum † præsumi-  
 tur incendiū immisissum, quā-  
 do ipsum primum oritur ex  
 horreo, aut ex stabulo aliquo  
 vel simili loco, vbi nō est con-  
 suetus construi & excitari  
 ignis, aut deferri lumen: vel  
 quādo ipū hospiti. vel patrifa



miliās prius interminatū fue-  
rat ab alio, quōd is in domū  
suā ignē immitteret, idq; fide  
dignis cōstitere testibus. Itē  
simili ratione, si nefarius quis  
piam in alicuius horreum, vel  
domum immitteret ignē, ex  
quō nasceretur eiusdē domus  
incendium: & ex hoc incēdio  
deinceps alterius vicini incē-  
dium, tum prior violentū in-  
cendium passus, nō tenebitur  
damnum restituere alteri vi-  
cino, secundum incendiū pas-  
so. d. l. si fortuito. nisi certō  
constaret illum priorem de-  
disse occasionem & causā  
vel inimicitia, vel ob quam  
alius ipsius domum incendit  
set: tum enim omni iure tene-  
retur ad restitutionem dāni  
alterius. Ex hoc atque ex præ-  
cedenti † capite summam  
colligendum est, incendium  
quandoque committi dolo  
malo, nonnunquam lata cul-  
pa quandoque leui. quandoq;  
etiam (secundum aliquos) le-  
uissima. Item quandoq; con-  
mitti in ciuitate vel oppido,  
quandoq; in casa & villa, quā-  
doq; casu fortuito, uti copio-  
se deducūt & declarāt acutif-  
simē ac distinctissimē Ange.  
Areti. in suo singularissimo  
tractatu maleficiorū. in Glo.  
in verb. incēdiario. Iacob. de  
Bellouisu in sua practica iudi-  
ciaria, sub Rubrica de Pœna  
ignis & concremationis. Ioā.

Berber. in suo Iuris viatorio,  
in Rubri. de Incendiariis. Bal.  
& Salic. post Cynum in l. da-  
ta opera. C. qui accusare non  
possuot. Bar. in l. iij. cum aliis  
per Alex. ibi allegatis, ff. de  
offic. præfec. vigili.

### De aggerum rupto- ribus.

CAP. CV.

SVMMAE.

- 1 Aggerum infractio malitiosa.
- 2 Aggerum infractores multis nocent.
- 3 Infractores littorum, riparū & aggerum, pratorum quomodo puniantur.
- 4 Cooperarij ad infractiones plectuntur pœna factorum.
- 5 Arbitrium Iudicis in maleficijs etiam ad mortem se extendit.



**M**VMANA ma-  
litia aliud à su-  
perioribus ex-  
cogitauit, & ma-  
lum haud du-  
biē non leuissimum, quo so-  
la inuidia homines perciti, &  
vindicandi libidine, aut alte-  
rum lædendi † fore inui-  
dioſo exagitati. omnem occa-  
ſionem quamlibet pernicio-  
ſam captant, qua alijs detri-  
mentum quocunq; modo  
inferant: potiſſimum autem  
& pernicioſum hoc malum,  
& de quo hic ſumus acturi,  
eſt alicuius aggerū irruptio,  
&

& contractio: hoc est, Quum aliquis ita lædendi rabie corripitur, vt nullam non sui hostis (aut cui ex inuidia malè cupit) aut lædendi, aut extinguendi occasionem excogitet, adeò vt si commodior nõ detur occasio, præsumat alterius malè sanus effringere aggeres, vt iis effractis, coniunctos agros, & cãpos, diluuiò & inundatione corrumpat. Hoc malum quàm sit perniciosum, nemo non vel cæcutiens facilè perspicit, quum tali irruptione non solum lædat suum aduersarium, & cui paruum fauet, sed etiã vicinos omnes agros vitiet, & ita sibi ignotissimis subinde, & etiam de ipso aliquando bene meritis, ob odium alterius, graue dispendium inferat: quocirca hoc crimen leges non leuiter etiam puniri volunt. Nam huiusmodi omnes infractores aut littorum maris, aut aggerum, aut riparum fluminum, puniri iubent igne eodẽ loco, vbi huiusmodi effractio facta est. l. vnica. C. de Nili aggeribus non rumpendis, & ibi Cynus & Baldus. Atq; † ob eiusdem criminis indignitatẽ & perniciosam malitiam, volunt eandem quoque pœnam subire omnes istius criminis cooperatoros, consultores, & hoc denique, qui omnes ad

hoc factum, vllum adiuuentum, opem, aut fauorem subsidiarium cõtulerunt. Cynus & Baldus in dicta l. vnica. certè propterea, quòd ex dicta irruptione, tot tantãq; consequantur mala, damna, & incommoda. Si enim leue inde enasceretur dispendium, leuius quoque crimen esset puniendũ: veluti si quispiam infringeret aggeres pratorũ, ita vt ob talem infractionem prata inundatione obducerentur aquarum, & ita corrumpentur, is infractor non esset ob particulare malũ damnandus igne, sed tantũ secundum iura in metallum cuius loco in his regionibus, successit exiliũ perpetuum. Secundum cõsuetudinem vero damnantur primò ad restitutionem damni, deinde alia quauis pœna iudicis arbitraria, pro qualitate personæ, facti, & dispendij, hoc est, aliquid quando capitaliter, vt no. singulariter Mat. Mathe. suis in singularibus, singulari 102. incip. Nota † vnũ, quod solent vulgares dicere & c. arbitrium enim iudicis à lege datum in maleficiis, etiam ad mortem se extendit, si sit factum nimis graue, per Bart. in l. finali. ff. de rerum diuisi. Nam si furunculos iudices ob leuia aliquãdo furta subripiãt in cruce, certè nõ vident



tur à cruce excusandi, qui tā enorme crimen, & furtum damnosum cōmittunt. Porro (vri ex quorūdam relatu didici) in quibusdam locis maritimis, hi vltimi infractores pugni abscissione plectuntur.

## De violatione templorum.

CAP. CVI.

SVMMAE.

- 1 Templorū violatio, diuinæ Maiestatis est offensio.
- 2 Tempia quando violantur?
- 3 Templorum violator qua pœna plectendus. & nu. 4.
- 5 Non quilibet tuti sunt in locis sacris. & nu. 6.
- 7 Loca sacra non tutantur publicos latrones, insidiosos homicidas, ob confidentiā loci sacri vicini audacius occidētes: apostatas, clericū occidentes: infideles, hereticos, schismaticos, templorū incendiarios; mācipia fugitiua: banerotas vltos: de bonis, bona fisco debita: cetera in loco sacro tota erunt per discursum. nu. 8. 9. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
- 10 Ex Iure Canonico loca sacra tantū excludunt eos, qui suo scelerē, eadem loca contaminant.
- 11 Loca sacra tuentur omnes maleficos, vique ad decisionem officialis, de immunitate, secundum nonnullos. & nu. 12.
- 12 Generalis Canonistarum de im-

munitate Ecclesiastica cōclusio  
 20 Canones ex communi consensu, ecclesiasticam libertatem negant depopulatoribus a grotrum, insidiatoribus viarum, & homicidis insidiosis.  
 21 Iuris Canonici laxitas non seruat̄ur à Iudice seculari.  
 22 De immunitate Ecclesiastica, variè discordantia.



AMETS I longè superius de duplici meminimus Maiestatis, diuina

scilicet & humana, & de earū læsione cum pœnarum varietate: Non tamen vtranq; ibidem ita expressimus, vt quicquid alterutrius læsionē conerneret, hoc illic totum accuratè commonstraretur. Ibi enim animus erat, ipsas Maiestati læsiones tantū apertas explicare cum earum pœnis ordinariis: volens alibi quoque ea crimina suo ordine proferre latius, quæque vtcunque ad læsiones Maiestatum referenda viderentur, aliquanto amplius explicare.

Ad earum igitur numerum sese præterea adiungit, & hic sese primò offert templorum violatio, quæ profecto ad crimen diuinæ Maiestatis iure applicanda fuerit. Est enim templa violare, aliquā vim ac violentiam in templis, aut cœmeteriis committere, aut  
 inde

indè aliquem confugien-  
tem auellere, qui eò liberatis aut  
patrocinijs gratia cõfugiffet.  
Et huiusmodi vis, nõnne tibi  
videtur Maiestatis diuinæ  
gravis offensio? & libertatis  
Ecclesiasticæ enormis, & vio-  
lenta turbatio? Quod iura  
5 dum considerant, variè hoc  
crimen puniendum statuunt,  
sicut & ipsum variè quoque  
interpretantur, & intelligūt.  
3 † Nam quisquis sacras ædes,  
tẽpla, delubra, aut sacra mo-  
nasteria, eorũque fines, cõ-  
finia, sepra, atria, vel porti-  
cus, per vim, aut vllam illatã  
violentiã violat, is secundum  
iura ciuilia (quoniam crimen  
læse Maiestatis committit, l.  
fidei, C. de his, qui ad Ecclef.  
confug.) plestendus est capi-  
tali & vltimĩ supplicij ani-  
maduersione, & honorũ con-  
6 ficatione, l. fin. primo respon-  
so, C. de his qui ad Ecclesiam  
cõfugi. & ibi Cy. & alij scrib.  
4 Ex iure verò † Canonico da-  
mnãdus est restitutione per-  
sonæ auulsæ, & reparatione  
omnium detrimẽtorum: de-  
indè alia quoq; pœna arbitra-  
ria iuxta qualitates & circun-  
stantias rerum, per ea quæ le-  
guntur & notantur in c. non  
7 minus, & in c. aduersus, extr.  
de immun. Ecclef. Et potest  
violator pecuniaria pœna pu-  
niri: nempe multa nongen-  
torum solidorũ, c. si quis con-

tumax, xvij. q.õ. iiii. deinde vt  
violatores, & vt publici latro-  
nes habendi sunt, & excõmu-  
nicandi, donec resipiscentes  
damnum omne refarciant, &  
ablata per pœnitentiam resti-  
tuant, c. sicut antiquitus. eadẽ  
causa & quaestione. † Verũm  
non est, quòd quãlibet perso-  
narum abstractionem à locis  
sacris hoc crimine notes, &  
violationem templorum nõ-  
mines: quia ne ipsæ leges qui-  
dem Canonice seu Canones,  
quasuis personas libertate  
Ecclesiastica donant, sed mul-  
tas (potissimũ triplices) ab  
ea arcet, quibus priuilegia sa-  
cra, & sacra loca patrocinari  
nolunt: sed eas à seculari iudi-  
ce, è templis, & aliis locis sa-  
cris eripi sinunt, ac omnibus  
easdem eripiendi potestatem  
6 faciunt. † Primò enim è tem-  
plis (citra templorũ violatio-  
nẽ) eripi sinūt latrones quo-  
uis publicos, vel agrorũ depo-  
pultores, sicarios in memori-  
bus, aut viis publicis grassan-  
tes, c. inter alia, ext. de immu.  
Eccle. & ibi Pan. & alij scrib.  
c. sicut antiquitus, iuncta glo.  
in verb. Nisi publicus, xvij. q.  
iii. & l. j. & ij. C. quãdo liceat  
7 vni. sine iudi. se vindi. Itẽ † ho-  
micidas furtim & ex captatis  
insidiis homicidiũ perpetrantes,  
& non aperto Marte, per  
text. in c. j. ibi, per industriã,  
& ibi, per insidias, & ibi doct.



8 ext. de homicid. Deinde eos arcant, qui sub titulo Ecclesiastica libertatis, & sub ea confidentia homicidium committunt, vt à patrato crimine sese mox in locum sacrum proximum recipiant, tanquam ibidem per locum sacrum tutandi: non commissuri aliàs crimē tale, nisi protectionem Ecclesiasticam illicò à facto sperarent: aut nisi cœmeterio proximi, illicò certum subterfugium, post factū homicidium, conspicerent ad templum vel locum sacrum. Nam quum hac spe licentiosius peccent, non sunt per talem iniquam spem à libertate Ecclesiastica defendendi: sed iudici seculari potius relinquendi, c. vlt. & ibi Panor. aliiq̄ scribē. ext. de immu. Ecclesi. Nemo enim sub spe veniæ peccare debet, c. illud, extrà de cler. excommunic. ministran. & c. quando quis. de consecra. distio iij. quia facilitas veniæ, incētiū tribuit delinquēdi, c. est iniusta, xxij. q. iij. c. vt clericorum, extr. de vita & honest. cleri. Item per

9 † Ecclesiasticam libertatē nō defenduntur illi latrones, milites, & potatores illi, qui in tabernulis, & fornicibus iuxta loca periculosa, & ad spoliandum accommoda potitant, qui que conspectis mercatoribus aut aliis viatori-

bus illinc euolant, & bonos quosuis ibi trucidant, aut spoliant: nusquam enim locorum sacrorum tales liberi esse possunt. Plures alios prætereà à dicta Ecclesiastica libertate iura Ciuilia excludunt: neque homicidas, virginum ac mulierum raptores, vel violentiæ illatores, & adulteros, per §. quod si delinquentes, in Authen. de manda. Princi. colla. iij. de quibus

10 supra, iura tantum Canonica in his non per omnia ciuilibus legibus consentiunt, sed sese iis opponunt. Volunt enim tum solis homicidis, raptoribus, & adulteris ademptam esse libertatem Ecclesiasticam, quando crimen in loco sacro commissum est, c. fin. ext. de immu. Ecclesi. Angel. in §. vlti. in fin. in Authen. vt liceat matri & auix. & Alberi. de rosa. in rub. C. de iis, qui ad Eccles. confug. dicens in hac materia, iura ciuilia se qui debere iura Canonica, & Io. Berber. in suo iuris viatorio, tit. de violatorib. immunita. Imò ne in illis quidem criminibus volunt Ecclesiasticam libertatem negadam esse malefactoribus, sed iis debere esse præsidio: & neminē quamlibet enormem maleficum seu malefactorē volunt à loco sacro eripiendū esse, donec officario spiri-

tuali

12

13

tuali prius significatum fuerit quis fuerit malefactor, & quòd nã crimẽ cõmisset. Et si tale tandem cognosceretur esse crimẽ, quod Ecclesiastico 14  
 priuilegio indignũ esset: tum demum ex permissu Iudicis spiritualis volunt ciuiles Iudices dictos maleficos seu 15  
 malefactores, è locis sacris detrahere posse, & nõ aliter. §. neque autem, in Authẽ. de manda. Principum. Colla. iij. & cap. inter alia, & ibi omnes Doct. ext. de immu. Ecclẽ. & 16  
 D. Boerius in suis decisionib. aureis, quæstiones cix. ad principiu, in prima parte. Verum 17  
 Ecclesiastica † & nimis lata voluntas, plus æquò maleficis ac malefactoribus fauẽs, & elabendi occasionem præbens, & impunitatẽ tribuens, magnam sæpe iustitiæ remoram, & dilationẽ gignit: ob quam non ratò criminossissimi, & punitione dignissimi, cum graui detrimento reipub. & iustitiæ, & cum maiori malo agricolarum, mercatorum, & bonorum ciuium, elapsi sunt: Ideoque talia iura Ecclesiastica nõ seruantur de facto: sed per Iudicem secularem extrahuntur, vt inquit Ioan. Fab. in §. fina. Instir. de iis, qui sunt sui vel alie. iur. 13  
 Ecclesia † quoque (vt ad intermissas personas redeamus) non tutatur monachos, apo-

statas: hos enim ipsorum præfectis monasticis siue prælatis citra loci sacri violationem eripere omni iure concessum est. Neque etiam † libertatem iam sæpe dictum confert iis, qui clericum vllum occidunt. Item nec patrocinator † Iudæis, Saracenis, Infidelibus, Hæreticis, Schismaticis, Incẽdiariis temporum, & similibus, l. j. C. de iis, qui ad Eccles. cõfug. Ioan. Berber. in suo iuris viatorio, titu. de violatorib. immunita. Neque † etiam mancipiis seu seruis à Dominis suis aufugientibus, l. si seruus, C. de iis, qui ad Eccles. confug. turra † quoque & edicta Imperatoria, ab Ecclesiastica libertate reiciendos volunt nefandissimos illos fures ac raptores (clanculariõsne, an violentos dicere malim, nescio) qui quibusuis optimis mercatoribus, patriæ quasi parentibus, alumnis, calida nocturnaque fuga aliquo profugientes, omne debitum ipsis creditũ eripiunt, auferunt, & nequiter furantur: vulgus Bancrotas vocat: optarim ego illos (caue, me ex stomacho loqui putes) omnes illicò citra vllum Principis indultum in ostio suo laqueo strãgulatos. Meaque sententiæ ad stipulatũ varia Principis nostri Caroli Ro. Impe. v. diplo



diplomata, quibus huiusmodi raptoribus omnem libertatem adimit, & seuerissime vbiuis locorum comprehendendos & puniendos mādāt: veluti in diplomatis suis euulgatis, annis 31. & 40. In quibus tales fraudulosos Bancrotas declarat. esse publicos larrones & reipub. pestiferos hostes. Ideoque citra omnem dissimulationem, sine vllō fauore, & sine strēpitu, & figura iudicij, & absque vllius priuilegij consideratione, laqueo statim puniendos mandat. Quæ quidem edita, diplomata tam optatim seuerissime citra vllam cōniuentiam passim exequi & seruari, quæ sunt prudenter & vtiliter edita & promulgata. Sed quæri hic nequaquã absurdè potest: An quemadmodum personæ gaudēt immunitate, gaudeāt similiter & bona in locis sacris deposita vel allata? Respondet paucis, nō omnia bona tuta esse in locis sacris. Quæadmodū bona Principū, hoc est, bona debitorum fisci, Principis aut reipub. quæ non gaudent immunitate, & è locis sacris efferrī possunt, citra illius loci violationem: Princeps enim ex iure suo consuevit quæuis bona è rēplis citra templorum violationem eripere. arg. l. diuus. ff. ad le. lul. pecul. Quod fieri tamen non

posset de bonis alicuius priuatæ personæ, hoc est, debitorum priuati: quia tunc immunitate gaudent: & ita intelligatur. c. sicut antiquus. i. 8. q. 4. sepe numero præallegatū, cum concordantiis: Nisi certè hoc fieret ex causa & cum consensu Episcopi, quem quidem consensum reculare non deberet: quia Ecclesia nequam constructa, & ædificata est ad faciendum alicui iniuriam ad damnū. Atq; ita hæc tenus de Ecclesiastica libertate, quibus ea patrocinetur, quibus verò minimè, in genere dictum sufficiat. Strictum tamen hic iterum cōmunè cōclusionem seorsum posuero, quæ omnes simul consentiunt de Ecclesiastico patrocinio tribuēdo. In hoc enim omnes Canonistæ cōueniunt, vt Ecclesiastica libertas tribuatur omninò maleficis seu malefactoribus, exceptis tribus, scilicet, depopulatoribus agrorū, insidiatoribus itinerū, ac homicidis insidiosis, d. c. inter alia, & d. c. j. ext. de homicid. Ioā. Fab. in §. fin. Infi. de iis, qui sunt sui vel alicuius. Verū hanc laxam Canonum & immodicè licentiosam protectionē ridet Petrus de Ferrariis in sua practica, titul. forma inquisitionis, versic. Ex iis potest nō improbabiler quæri. Dicit enim  
iura

iura Canonica fuisse ad placitū, & sine ratione facta: imò contra ius diuinum, quo cautum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum. c. decet, de immu. Ecclef. lib. vj. Si enim Deus noluit tolerare emētes & videntes in ecclesia, sed eos eiecit: quantò magis nō vult receptari in Ecclesiā latrones, homicidas, & similes, vt ibi latius, & eundem citat D. Nicolaus Boërius in suis decisionibus aureis, q. cix. nonnulla etiam addens: quos tempore & loco opportunis videre licebit. † Vbi idē D. Nicolaus abundē tractat discordantias Legistarum & Canonistarū inter sese, & rursus discrepantiam Legistarum à Canonistis, & contrā; quas omnes breuitatis studio omitimus, tamen si non nihil earū suprā attigimus. Cætera enim apud eundem Boërium loco prædicto latius tibi perlegenda committimus.

De publicæ fidei, Salueguardiæ, siue securitatis violatione.

C A P. CVII.  
S V M M A E.

- 1 Salueguardia violata punitur capitaliter. Securitas publica punitur poena infractori constitu-

ta. nume. 3.

2 Salueguardia quando dicenda est violari.

4 Securitas publ. non verbo, sed facto violatur.

5 In dubio violata securitatis inherendum est verbis.

6 Amplior de securitate videnda insinuatio.



publicam fidem vel publicam Principis indictam pacem, Salueguardiam, aut securitatem infringere, violare quoque est iustitiæ leges, ideoque nec impunibile tale crimen relinquitur. Quisquis enim † vllam Principis publicæ fidem (vulgò Salueguardiam) siue securitatem, volens sciensque violauerit, is puniendus est capitaliter, vltimòque supplicio subiiciendus, vulgata l. denuntiamus, ad fi. & ibi scrib. C. de iis qui ad Ecclef. confug. Tum † autē intelligitur publica violari Principis fides, quando quis directè & ex aduerso, quippiã contra talem prohibitionem committitur: ita vt is, qui ad sui defensionem talē Salueguardiam ac securitatem à Principe impetrauit, per alterius violentiam, aut vllū dedecus patiat, aut detrimentum. Quisquis † autē violat & infringit eam publicā pacē siue secur



securitatem, quam Magistra  
 6 tus inter quosdā ciues sub cer  
 ta pœna cōstituit seruandā, is  
 primus infractor puniendus  
 est ea pœna, ad quā utq; ob  
 strictus fuerat, quæ aliquādo  
 ciuiliſ, aliquādo capitalis fer  
 tur: iuxta consuetudinē loco  
 rū, vbi ea publica pax aut se  
 curitas aliis indicitur. Quæ  
 4 † quidē pax siue securitas mi  
 nimē verbis infringitur, sed  
 facto tantū: ad ipsius enim  
 violationē nō minus factum  
 requiritur, quā in actuali fur  
 to, l. si quis vxori. §. neque ver  
 bo. ff. de furt. Sicut ad veram  
 quoque quæſtionē probandā  
 nō sufficit quæſtionis terror,  
 ac commonstratio: sed ipsum  
 factum, ipsaq; pœnaria quæ  
 stio requiritur, l. item apud  
 Labeonem. §. quæſtionem. &  
 §. quæſtionis. ff. de iniuriis.  
 Quum enim securitas aper  
 tē pugnet contra ius commu  
 ne, ideō ipsius violatio nulla  
 verbali iniuria dicenda est  
 committi, sed facto, vt dixi  
 mus, argumen. l. constitutio  
 nibus. ff. de iniuriis. Cate  
 5 rōrum † ad conuincendam se  
 curitatis violationem, opor  
 tet verba ipsa in securitate  
 prolata, accuratē ( potissimū  
 quando dubitatur de  
 facto ) expendere, & vltra ea  
 non progredi: sed iuxta eo  
 rum formam, sententiam  
 proferre, lege, non aliter. ff.

de legat. iij. Qui † amplio  
 ra de hac securitate deside  
 rat, is tractatum securitati  
 Domini Gulhelmi de Cu  
 neo consular, Item decisio  
 nis Capelle Tolosanæ, quæſt.  
 4089. & in additionibus ibi  
 dem.

### De pacis ac induciarum violatione.

CAP. CVIII.

S V M M A E.

1 Non miles violans inducias fur  
 to, punitur quadruplo, & infam  
 ia. & nume. 5. Miles vero ca  
 pitaliter. & nu. 4.

2 Inducias violans, hostem leden  
 do, vel cedendo, punitur pugna:  
 occidendo vero, capite. & m.  
 me. 3. 6. 7.

8 Clericorum inducias violatum  
 punitio, erit excommunicatio.



EQVE inter  
 leuia crimina  
 cōputāda erit  
 Principum pu  
 blicæ pacis  
 violatio, siue induciarū in bel  
 lis pactarum infractio. Quis  
 7 quist igitur priuatus nō mi  
 les, post publicam indictam  
 pacē, aut post proclamatas in  
 ducias ( quæ pactæ fuerant,  
 aut à Principibus, aut à ciuita  
 tibus ) præsumit vterius in  
 aduersarios grassari, ac mer  
 catoribus, aut agricolis sua  
 per vim eripere: is puniendus  
 restit

restitutione quadrupli, deinde ut perfidus damnatus est publica infamia, qua omni publico munere indignus efficitur. † Qui verò vnum ex hostibus, tempore induciarum durante, aut cædit, aut lædit, is plectendus est amputatione pugnæ, aut certè punitur alia pœna arbitraria, iuxta qualitatem & circumstantiam facti & personæ. Qui autem eodem durante tempore hostem occidit, is punitus est capitaliter animaduersione gladio. Sic ipsi † auctorati milites & quicumque alij militiæ sacramento adstricti, qui hanc pacem atque hæc publicatas inducias malitiosè infringunt & violant, puniendi sunt quoque capitaliter, ob publicæ pacis violationem, l. final. ad fin. ff. de re milita. Cæteri † verò ab omni militiæ sacramento liberi, qui tales publicas inducias frangunt, puniendi sunt pœna ludici arbitraria.

6 Alium † verò lædentes, plectuntur amputatione pugnæ.

7 Alium autè † occidentes, puniuntur capitaliter, uti antè quoq; diximus. Porrò si alio quocūque obliquo modo pacem publicā, aut inducias publicas violāt, extraordinariè puniendi sunt. Personæ † verò Ecclesiasticæ has publicas inducias violātes, plectendæ sunt

Ecclesiastica excommunicatio-  
ne, c. illi qui. xxiii. q. iij. & priuatione. c. j. in fi. ext. de treug, & pace. Atq; ipse quidè Episcopus hæc violationem non puniens, priuatione damnatur: multò magis igitur ipse inferior presbyter aut clericus violationem committēs, cuius dolus cōmittētis haud dubiè æquius puniendus foret, quàm Episcopi non punientis negligentia: hanc tamen Ecclesiasticarum personarum punitionem cernes non admodum obseruari, quare de ea quoque ne verbum vllum posthac.

### De violatione sepulchrorum.

CAP. CIX.

SYMMARIE.

- 1 Sepulchri violati punitio varia. & nume. 2.
- 3 Domus direpta sepulchra continens, confiscanda erit.
- 4 Sepulchralia diripiens, quasi sacrilegus est.
- 5 Index violationem sepulchri non puniens, damnatur viginti lib. auri.
- 6 Cadaver sepulchro auferens: punitur, plebeius quidem capitaliter, nobilis verò perpetuo exilio.
- 7 Violati sepulchri punitio apud Canones nulla.

EST





**L** S T alia insu-  
 per violatio, 4  
 qua nō solū vi-  
 uētibus, sed &  
 mortuis quoq;  
 iniuriā inferimus: nēpe quī  
 sepulcorum saxa, epitaphia,  
 colūnas, statuas, aut aliquas 5  
 sepulchrales imagines effe-  
 rimus: quod facientes, crimē  
 violati sepulchri committere  
 dicuntur, quod sua punitione  
 quoque omnino non vacat. 6  
 qui sepulchra, C. de sepulchr.  
 1 viola. Quisquis tigitur alicuius  
 frangit aut aufert saxum,  
 aut lapidem sepulchralem,  
 imaginē, columnam, aut alia  
 sepulchralia ornamenta, is  
 cōdemnandus est restitutio-  
 ne rerum earundem ablata-  
 rum, contra illius sepulti ve-  
 ros posteros & heredes: & de-  
 inde multa centum aureo-  
 rum. l. prator ait. ff. de sepul-  
 chro violat. imò iure C. decē  
 pondo auri, l. qui sepulchra.  
 2 C. eo. tit. Eadem † pœna quo  
 que damnandus nefarius ille  
 ablator, & sepulchri violator  
 contra omnes, qui de harum  
 rerum ablacione ipsum apud  
 Iudicem urgebunt, etiam si  
 eorum nihil omnino posteri-  
 3 tatis causa interesset. † Quin  
 ipse locus siue ipsa domus in  
 quam huiusmodi saxa, mar-  
 mora, lapides, sculpturas, &c.  
 ipsi raptores deportarunt, ea  
 per sententiam adiudicanda  
 erit fisco. l. si seruus. C. eo. tit.  
 de sepulchr. viola. Nā † quic-  
 quis hoc crimen committit,  
 sacrilegus habendus est, & de  
 sacrilegio iuxta iura punien-  
 dus in decem libras auri, d. l.  
 qui sepulchra. & l. pergit. C.  
 de sepul. viola. Iudex † verò  
 qui dissimulanter hoc crimē  
 non punit damnandus pœna  
 xx. li. auri. l. si quis sepulchrū,  
 C. eod. tit. Qui verò temera-  
 rius † præsūmit ē sepulchris  
 eximere ipsum cadauer exa-  
 nime, aut ipsius ossa vlla, aut  
 reliquias quasuis, is certē gra-  
 uius, nempe capitaliter pun-  
 niendus est, summōque sup-  
 plicio afficiendus: potissimū  
 si plebeius fuerit, aut infimæ  
 conditionis seu fortunæ ho-  
 mo. Si verò nobilitatis fuerit, da-  
 mnandus est perpetuo exilio,  
 l. si. ff. de sepulchr. viola. quod  
 vocant iura, deportationem.  
 l. relegatorum. §. hæc est dif-  
 ferentia. ff. de interdic. & re-  
 lega. nisi vi & armata manu  
 id fecisset & aggressus fuisset  
 more latronis; quo casu ca-  
 pitaliter plectendus esset. Si  
 autem sine armis, vsque ad  
 pœnam metalli, l. prator ait.  
 §. aduersus eos. ff. de sepulch.  
 viola. Quæ autem pœna vio-  
 lati sepulchri esse soleat, ru-  
 minabitur per gl. super verb.  
 crimen. l. j. & in l. si quis. in  
 verb. violatores, C. eod. titu.  
 Necnon in l. prator ait. super  
 verb.

- verbo, Centum aureorum. & iori partis culpam puniendum.
- In l. fin. ff. eo. tit. de sepulchro 23 Furti simplex pana, varie statuitur. & nu. 24. 25. 26. 27.
- 7 remitto. De iure autem † Canonico nullam pœnam statutam reperio, nisi quòd gesta irritantur. c. fraternitatem, ext. de sepultur. Et vt paucis 32 Furti vocatur primò fur simplex: secundò fur cõsuetus: tertio fur famosus. & nu. 29. 30.
- 31 Cur fur morte mulctetur.
- 32 Furti simplex Longobardi puniunt primò, extincliene alterius oculi: secundò, nasi præcisione: tertio, corporaliter.
- 33 Remanè nullam punitionem admittunt in facie.
- 34 In furto lura Ciuilia nec agnoscunt magnitudinem, nec aetatem.
- 35 Furti grauatur potius frequentia, quam magnitudine vel aetate.
- 36 In furto simplici obseruanda sunt furum necessitas, incepta, fames, consuetudo, volũtas, calliditas, & simplicitas. & nu. 37.
- 38 Item, res furto ablata.
- 39 Item tempus furti,
- 40 Item locus, & qualitas furis,
- 41 Pro primo furto quæ pana statuitur.
- 42 Lura non puniunt furtum liberorum in parentes, nec vxorum in maritos.
- 43 Patri & marito conceditur bona furata à liberis, vel vxore, vbi que posse referre,
- 44 Abducens alienã vxorem marito fur autem, punitur capitaliter.
- 45 Vxor marito furans, & eũ macho fugitã. punitur exilio, vel arbitrariè.

## De furto.

C A P. C X.

## S V M M A E.

- 1 Furtum criminum omnium generalissimum.
- 2 Furtum prohibetur iure ciuili, naturali, consuetudinario, canonico, diuino. nu. 3. 4. 5. 6.
- 7 Furti definitio duplex. & nu. 8.
- 9 Furtum quomodo fiat & committatur. & n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
- 18 Furtum est bisariũ, simplex, id est, non compositum, nõ simplex, id est, compositum, & qualificatum.
- 19 Furti cũ violatione sacrorum, violentia armorum, homicidio, vel vulnere, punitio qualis. & nu. 20. 21.
- 22 Furtum compositum iuxta ma-



- 46 *Fures in iure sunt quadrifarij improbi & simplices: improbiores, improbiſſimi, vel graſſatores plusquam improbiſſimi, id eſt, latrones famoſi. & n. 47. 48. 49.*
- 50 *Furū item alij ſunt manifeſti, ſ alij non manifeſti.*
- 51 *Amara reprehenſio pratorum, bona furum ſibi uſurpantium.*
- 52 *Furta licita ſunt, quæ ſiūt, Deo iubente, aut iure permittente.*



**P** L I C A T I S variis criminū generibus, quæ non uſquequaque frequenter occurrunt, enarrandum quoque tandem fuerit criminum penè omnium generaliffimum furtum, quod † ubique gentium tam eſt familiare, ut vix vllum inter mortales reperiatur, aut frequētius aut notius, eoque non minūſ ad ſocietatem humanam tuendam pernicioſum & deteſtabile: ideoque † quouis iure prohibendum, primò, Ciuili, ut ff. & C. de furtis. clarè & aperte conſtare haud dubium eſt.

3 Deinde iure † naturali, quod oſtenditur aperta l. j. ad fin. ff. de furt. & §. furtum. Inſtitutio, de obligatio. quæ ex de lic. naſcun. Ius enim naturale dictat, ut quod tibi fieri nolis, alteri nec feceris: hinc eſt, quòd Scythæ, qui iure ſcripto carent, nullum delictum

graviùs puniunt, quàm furtum, ut apud Iuſtinum. Adhæc iure prohibetur † Conſuetudinario, uti ipſa quoque communis experientia docet. Præterea iure † Canonico, ut extrà, de furtis. Poſtremo, iure † prohibetur Diuino, ſicuti in Decalogo aperte monſtratur, cùm dicitur: Nō furtum facies. Eſt autem † furtū, alicui clam, occultè, & ſine armis, ſua eripere: vel furtum eſt alterius bona mobilia, vel uſum eorum contra poſſeſſoris cōſenſum animo furandi frauduloſè auferre: Aut (ſi mauiſ Iuriſperitorū definitionem) furtum † eſt contrectatio frauduloſa rei alienæ mobilis, corporalis, vel etiam uſus eius, poſſeſſionisve, quæ fit animo lucrificiendi, inuito domino, l. j. ad fin. ff. de fur. & §. furtū. Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcun. Hic autem furti definitionem ipſam ad verbum exprimere libuit, quod tamen in aliis criminibus non uſque obſeruatam comperies. Dicitur autè in † definitione (contrectatio) non ex rigore grammatico, pro quouis cōtactu rei alienæ, quæ nullum obligat vllò crimine: ſed cōtrectationem Iuriſperiti omnes hîc intelligunt actualem rei alienæ ablationem, hoc eſt, furtū, quod ſine fraudulo

dolosa contrectatione fieri  
 nequit, licet voluntas furandi  
 & auferendi adfuerit, aut li-  
 cet id ipsum conceptis ver-  
 bis, aut scriptis vllis quis mi-  
 natus fuerit: Sola enim &  
 nuda cogitatio, & furandi  
 voluntas, aut scriptura, aut  
 contractus, furem facere non  
 possunt, nisi actualis sequatur  
 rei ablatio, d. l. j. versicul.  
 sola cogitatio. ff. de furt. Di-  
 10 ximus autem † in definitio-  
 ne fraudulosa. quia si quis  
 credat aliquem facile per-  
 missurum contrectare, hoc  
 est, auferre res suas, is abla-  
 tius contrectator nullum  
 13 furtum committeret. Simili-  
 ter, si quis clanculū res alie-  
 nas auferret, putans easdem  
 esse suas, omnique iure sibi  
 proprias, & ob hoc nihil in-  
 concessi se patrare credens,  
 sed omni iure licita, is certè  
 ablator propter errorē nullo  
 modo furtum committit,  
 quòd nec is error, nec ea abla-  
 15 tio fraudulosa fuerit. §. quia  
 tamen. Instit. de vi bo. rapti.  
 11 Dixi † item in definitione,  
 rei alienæ, quòd rei propriæ  
 nemo furtum cōmittere pos-  
 sit, nisi eandem rem forsan  
 haberet eū alio communem:  
 Tum enim non tam suarum  
 rerum, quàm alienarum fur-  
 habendus esset, l. si socius. ff.  
 12 de furt. Dictū † est præterea,  
 rei mobilis, immobilia enim

(vt ipsa vox sonat) propter  
 summam suam grauitatem  
 & onus, moueri & contrecta-  
 ri, vel auferri non possunt, §.  
 quod autem. Instit. de vsu cap.  
 Si tamen quis cretam ex fun-  
 do alieno abstulerit, furtum  
 committit: non quòd cretam  
 effoderit, sed quòd eam scili-  
 cet mobilem effectam ab-  
 stulerit. l. si cretæ. ff. de furt.  
 Dixi insuper, rei corporalis.  
 13 Quia † res incorporales, sicuti  
 nec tradi nec possideri pos-  
 sunt, ita nec contrectari nec  
 auferri. l. seruus. §. incorpo-  
 rales. ff. de acq. re. domi. Dixi  
 14 item in definitione, vsus,  
 possessionisve. Quia si cre-  
 ditor vtatur debitoris pigno-  
 re, vel si depositarius vtatur  
 deponentis re deposita, vter-  
 que furtum committeret, l.  
 si pignore. ff. de furt. & §. fur-  
 tum autem. Instit. de oblig.  
 quæ ex delic. nascun. Dictum  
 etiam fuit, animo lucrifi-  
 15 ciendi. † Propter eos, qui res  
 alienas interdum cōtrectant  
 & secum auferunt, non ta-  
 men animo furandi auido. &  
 ex ea re lucri quippiam parā  
 di cupido: ideòq; etiam nul-  
 lum furtum tales commit-  
 tunt: quia nullum furtum si-  
 ne affectu furandi, & sine lu-  
 cri amore inde parandi, com-  
 mittitur, §. item si is, Instit.  
 de vsu cap. & §. placuit. Instit.  
 de obligat. quæ ex delic. nasc.



- Dictum est denique in defini-  
 tione, Inuito domino . quia  
 16 † quando sit domino permit-  
 tente, etiam si surripjens pu-  
 team ablationē inuito do-  
 mino fieri, furtum non est. §.  
 placuit, cum §. seq. Institu. de  
 oblig. que ex deli. nascū. Post  
 furti definitionem, ad ipsius  
 diuisionem procedēdum est.  
 17 Furtū igitur est duplex: † Al-  
 terū simplex: Alterū nō sim-  
 plex. Simplex furtum & non  
 compositū, id est, sine aliqua  
 alterius criminis compositio-  
 ne est, cui nullū aliud crimen  
 aggrauās vnā coniunctū est.  
 Non simplex furtum, id est,  
 compositum cum alio crimi-  
 18 ne est, † quod aliquo addita-  
 mento, vel circumstantia ali-  
 qua grauāte, conduplicatum  
 aut aggrauatum est: veluti sa-  
 crilegium, quod furtum est  
 non simplex, sed qualificatū:  
 duplex, vel compositum. Præ-  
 19 ter enim † rerum violentam  
 ablationem, adiunctam quo-  
 que habet vel loci sacri viola-  
 tionem, vel rei sacræ illicitā  
 cōtrectationē: Ideo is ablator  
 non vt simplex fur puniēdus  
 est, sed acrius, & enormius:  
 quod is fur non simplex ha-  
 beatur, sed fur cum adiuncto,  
 nempe fur sacrilegus. Sic etiā  
 20 qui † quis iam furatur adhi-  
 bita violentiā publica vel pri-  
 uata, effringendo seras aut  
 alia repagula vel obices, is  
 (quia nō simplex furtum ad-  
 misit, sed furtū alio præter-  
 eā scelere auxit) non simpli-  
 citer etiam puniendus esset,  
 sed lege Iulia de vi publica  
 vel priuata: vel quia furando  
 occidit vel vulnerauit; & te-  
 netur l. Cornel. de sicar. vel l.  
 21 Aquilia de vulnerato. † Et sic,  
 quotiescunque furtum com-  
 ponitur cum alio crimine, si  
 illud cum quo componitur  
 22 insignius fuerit & † notabi-  
 lius crimen, tunc punitur pe-  
 na criminis notabilioris, vt  
 claret ex iam iam allegatis &  
 productis exemplis. Iuxta  
 hos enarratos modos dicen-  
 dum quoque fuerit in omni-  
 bus alijs modis similibus, in  
 quibus cum furto aliud cri-  
 men coniunctum adheret,  
 quod multis exemplis tibi  
 commonstrare possem, nisi  
 id plus molestiæ conferret &  
 laboris, quàm subtilitatis.  
 Quocirca pergamus ad reli-  
 qua furti simplicis, cuius defi-  
 nitionē supra tibi aperte ex-  
 plicauimus: nunc verò furti  
 simplicis varias punitiones  
 accipe, Sed furtorum simpli-  
 cium variam distinctionem  
 prius dignoscas oportet: Quā-  
 doquidem iuxta iura vetera  
 simplex furtum puniebatur  
 pro qualitate personarū, ad  
 23 hunc modum: Si † furtum sim-  
 plex commissum fuisset à ser-  
 uo, is seruus puniebatur *fusti-  
 gat*

gatione, virgis, loris, aut alia simili punitione corporali citra mortem. l. in seruorū. ff. de pœnis. Si verò à libero homine commissum erat, tunc is liber, aut erat in dignitate constitutus, aut certè nobilis. Si in dignitate fuerat, aut nobilis, tum puniebatur pœna aliqua pecuniaria, sicut habet l. capitaliū. §. nō omnes ff. de pœ. Si verò ignobilis & ab omni dignitate pub. alienus: tum considerabatur, an homo erat probatæ vitæ, an culpata. Nam si is ignobilis, 25 † & idiōta plebeius fuisset bonæ vitæ, & qui ex consuetudine non consueuerat talia committere mala, tunc is puniebatur multa pecuniaria: quā si soluere non potuisset, conuertebatur ea multa in pœnam corporalem. In argumētum adducebant l. j. §. generaliter. ff. de pœ. & l. quicunq; 26 §. quod si. C. de ser. fug. Si autem talis persona ignobilis contaminatæ fuisset vitæ, & quæ aliās similia perpetrasset mala, aut alia quæuis, tūc ea puniebatur corporaliter, d. l. capitaliū, in fine, ibi: Maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos, quā liberos: 28 † famosos, quā integre famę homines punierunt. Atq; ita de iure veteri, quod in puniēdo furto personarum distinctionem perpēderat. Posthac

de iure nouo, quod talem distinctionem non recipit, sed omnes ex æquo de furto puniunt, vti habetur Authent. sed nouo iure. C. de ser. fugiti. & text. vnde d. Auth. deprompta est, in Authent. vt nulli iudicem. §. quia verò nos oportet, colla. ix. constitu. ix. Sunt tamen nonnulli, qui iuxta cōmunem cūriarūm praxim, iura vetera, iuxta distinctionē præfatam obseruari velint, sed his non est summā auctoritas. Secundum iura noua igitur in d. Authent. sed nouo iure, C. de ser. fugi. & iuxta ino- 27 litam † diūque receptam consuetudinem, simplex furtum, in furē primūm deprehensio, punitur flagellatione seu fustigatione: Si secundò commiserit, punitur auris alterius, aut manus abscissione vel alia nota corporali. Si autem ita bis correptus, non resipuerit, sed tertium furtum audet aggredi, tum ita tertio deprehensus puniendus erit suspensio: nempe quod furtum toties iteratum, factum sit auctius & grauius: ideòq; pœnam meretur maiorem. † Sed hoc suspensio, furti simplicis nascitur potius ex legū interpretatione, & ex consuetudine publicæ tranquillitatis gratia obseruata, quā ex vlla certa & constituta in iure, lege, teste D. Ioā. Berbe in



suo iuris viatorio. sub Rubri  
 29 ca. de fur. Fur † autē ille, qui  
 secundo furti reus deprehen  
 ditur, vocatur in iure fur con  
 suetus seu consuetudinarius,  
 quod bini actus consuetudi  
 nem efficiant, l. iij. in fi. & ibi  
 gloss. in verb. Consuetudini,  
 C. de episc. audien. Bartol. in 32  
 l. consuetudinis. versic. Dein  
 de quæro, quot requiruntur  
 ad consuetudinem inducen  
 dam. C. quæ sit long. consue.  
 l. capitalium. §. solēt. iuxta fi.  
 30 ff. de pœ. Qui verò † tertio fur  
 tum cōmisit, is fur famosus  
 vocatur, vel grassator: & pro  
 pterea vir reſte, mulier puteo 33  
 aut aliās ex more cuiusque  
 regionis, ad mortē punitur:  
 31 nisi enim † tales iterantes fu  
 res iustitia morte cōdemnet,  
 parum profectō ad resipiscen  
 tiam furum profuerit: imō  
 ne pilo quidem eos correctio  
 res reddiderit, quālibet etiā  
 atrocissimis pœnis eos citra  
 mortem affecerit. Adeō tales  
 fures omnes pœnas iustitiæ  
 ridet, & flocci faciunt, vt ea  
 rum gratia à furto rarissimē  
 supersedeant, nisi præmatu  
 rius è viuīs (ne amplius ob  
 sint) suspendio tollantur.  
 Quod quum cordati iudices 34  
 & oculata iustitia cernerent,  
 statuit tandem tertio in fur  
 to deprehenſos, laqueo esse  
 tollendos, licet in iure (quan  
 do seculum erat nostro æuo

non parum melius) hoc non  
 sit expressē notatum: nempe  
 vt vel hoc modo communi  
 consulatur bono potius, quā  
 vt immodica laxitate alios  
 in furandi assiduo scelere fou  
 ueat: atque hanc nostram  
 constitutam legem consuetu  
 dinariam imitantur † Longo  
 bardi: sed ad hunc modum  
 aliquanto à nostro differenti  
 orem. Nam pro primo fur  
 to, simplicem furem puniunt  
 alterius oculi exoculatione:  
 pro secundo, nasi præcisione:  
 pro tertio, corporaliter ac  
 morte. Iura verò Romana  
 † nihil læsionis, nihil iniuriæ  
 humanæ faciei inferri sinunt,  
 sed omnem faciei maculam,  
 imō quæuis humanæ faciei de  
 decora prorsum aspernātur,  
 & abominabilia esse volunt.  
 Quocirca nec vllam punitio  
 nē in facie statuunt, quam ad  
 diuinā effigiem effectā esse  
 cognoscunt. l. si quis in metal  
 lum, C. de pœ. ibi, quō facies,  
 quæ ad similitudinem pul  
 chritudinis est cœlestis figu  
 rata, minimē maculetur, & c.  
 glo. in verb. Seu furtum, in c.  
 vnico, in §. iniuria. de pace te  
 nenda inter subd. in vsib. seu.  
 34 Ceterū iura Ciuiat nullū  
 discrimen ponunt inter fures  
 ratione magnitudinis furti,  
 vel ætatis: vt puta si aliquis fur  
 abscindat marsupium cuius  
 dam scholaris, quod ( vt ple  
 run

tunc; non est munitū multis  
 pecuniis, putans illū esse opu  
 lentum mercatorem, animo  
 auferēdi quicquid in eo inue  
 nerit, & ibi non inueniat nisi  
 grossulū: alius abscindat mar  
 supium mercatoris, in quo in  
 ueniat aureū: tales profecto  
 37 aequali pœna puniendi sunt,  
 quia aequali cupiditate furā  
 tur. Omnes enim fures, & iu  
 uenes & senes, & magni &  
 parui furti, iura ex æquo pu  
 niunt capitaliter, quando fre  
 35 quenter contigit: quia plus  
 delictum aggrauatur ex fre  
 quentia, quā ex magnitudi  
 ne rei subtractæ. Iason in §. ex  
 maleficiis, col. ij. Instit. vi bo.  
 rapt. & iteratio criminis indi  
 get grādiōri supplicio, c. j. de  
 pœnitent. distinct. v. l. ij. §. si  
 plures, & l. nō omnes. §. deser  
 tor. ff. de re milita. Vnde eli  
 citur: Iura furti frequentia de  
 bere potius obseruare, quā  
 40 furum qualitatē. Hoc tamen  
 36 notandum est, Iudices t non  
 paruam debere obseruatio  
 nem adhibere circa furū ne  
 cessitatem & inopiā: an ex ne  
 cessitate famis, an ex animo  
 furandi cupido, furtum com  
 miserint. Si enim necessitate  
 famis, nō verō animo fraudu  
 41 lenter lucrandi, furtum factū  
 sit, excusari certē potest, c. si  
 quis, & ibi scrib. ext. de furt. si  
 non sit insigne & magnū, iux  
 ta l. j. ff. de furt. Non enim fa

ctum quæritur, sed causa fa  
 ciendi, l. verū est. ff. eod. Et ne  
 cessitas sanē non habet legē:  
 quum etiam ob extremā ne  
 cessitatem aut alimenterum  
 gratiā, filios suos vēdiderint  
 parentes, autore Paulo lib. v.  
 37 Sētēt. Deinde obseruēt opor  
 tet circa calliditatē aut sim  
 plicitatem furum, hoc est, an  
 furatus sit ex destinata mali  
 tia, vel ex consuetudine, vel  
 ex simplicitate, & impruden  
 tia, qua nō putabat se tātū cri  
 mē cōmittere: vel certē an ex  
 paupertate, & rerum egestate  
 ad furtum penē coactus & im  
 38 pulsus fuerit. Deinde tres ob  
 seruent, an panes aut potum  
 furatus fuerit, aut similes res  
 edibiles & portabiles. Adhæc  
 39 t obseruent tempora cōmissi  
 furti: an fuerint ea rerum o  
 mniū penuria differta & ob  
 noxia, an vbērtate omni abun  
 40 dātia. Postremò, furti t com  
 missi locū diligēter obseruēt  
 oportet, & furis qualitates o  
 mnes: huiusmodi enim circū  
 stantiæ, furtum aut grauant  
 aut eleuant, adeò vt non vi  
 deam quam æquam de furto  
 sententiam sit laturus Iudex,  
 qui ista non accuratē expen  
 41 derit. Sunt tamen t quædam  
 furta, ob quæ primò deprehē  
 si fures morte afficiātur, velu  
 ti in Francia, & in aliis quoq;  
 regionibus vītatū est, ob  
 primum etiā furtū simplices



fures in crucem adigere. Primò enim ad patibulum rapiunt dominorum seruos seu famulos, & domesticos omnes conuictores, qui suo domino aliquid clam (licet primum fuerit) eripiunt. Tamet si iura velint seruos seu famulos ob furtum dominis suis factum, nunquam publicè exequendos & puniendos esse: imò nullum seruum siue famulum morte puniendum ob furtum, in domo domini sui commissum, l. serui & filij, ff. de furt. In Francia præterea visitatum est, primos etiam fures suspendere, qui primò ex aratris furantur vomeres, aut equos, aut boues. Deinde qui Principum monetas defalca<sup>42</sup> toria concisione diminuunt. Ad hæc qui suo hospiti in diuersoriis quid auferunt, vbi hospitati sunt. Item, qui aliquid è templis, aut cœmeteriis, aut ex alio loco sacro furantur. Postremò plagarios omnes & mangones, qui aliorum liberos seu filios pignora charissima surripiunt, vt aliis diuendant, vt etiam in l. si. C. ad l. Flauj. de plagia. Huiusmodi enim fures omnes licet simplices, licetq; primo<sup>43</sup> commiserint, Franci tamen aliiq; permulti in crucem surripiendos volunt. Iura porrò Cæsarea in c. i. §. si quis quinque solidos, de pace tenenda,

& eius viola. in vsib. feudo. furunculum etiam puniunt capitaliter & laqueo, qui tantum quinque solidos furatus esset. Verum hoc intelligas oportet, quando tale furtum simul contingit cum violatione pacis, aut induciarum, aut similibus fœderum. Nam in talibus furtis aiunt nonnulli Doctores, singulos solidos indicare & efficere vnum nummum aureum, è quibus lxxij. constituerent vnam lib. auri, glos. in §. & iudicare. in verbi. ad trecentos, in Authenti. de defen. ciuita. colla. ij. glos. in l. fin. & ibi Alexã. ff. de in ius vocan. glo. in §. si. in fi. Instit. de pœnis teme. litigan. cum pluribus aliis. Porro filij aut filia, qui suis furantur parentibus, l. ne cum filiofamil. ff. de furt. & vxores, quæ suis furantur maritis, furtum quidem committunt: sed vt fures non sunt punibiles: subsunt tamen iudicis censuræ arbitrariæ, vt ex consideratis circumstantiis & personarum, & rerum, aliquam punitionem instituat pro suo arbitrio, l. si quis vxori, ff. de furt. l. vxor, ff. de crimi. expilat. hęredit. Ideoque etiam iura patri & marito concedunt, dicta ablata bona posse referre, suoque priori vsui attribuere posse sicubi ea conseruari aut latere cognouerint d. l. si

d. l. si quis vxori. idque etiam  
 citra vllius pretij numeratio  
 nem, aut pecuniæ pro iis solu  
 tionem. l. si mancipium, C. de  
 rei vëdica. & l. inciuilē. C. de  
 furtis. & vtrobiq; scriben-

44 tes. Si verò vxor marito fu  
 rata, se extra mariti confor  
 tium subtraxisset, & cum ali  
 quo adultero aufugeret, cui  
 mariti crepta bona tradidif  
 set: aut certè si is adulter ipse  
 per operã vxoris marito quip  
 piam abstulisset, aut pecu  
 niam, aut anulos, aut argen  
 tea, aliãve bona ad maritum  
 vel mariti domum pertinen  
 tia, tum is abductor alienæ  
 vxoris & furator puniendus  
 esset capitaliter, ob geminũ  
 furtũ, nempe alienæ vxoris,  
 & rei mobilis contra volun  
 tatem mariti: Fur enim is est  
 geminus & adulter nefarius.

45 Porro vxor † ipsa mœcha &  
 fur punienda esset exilio, aut  
 alia pœna arbitraria ludicis.  
 Hactenus de furtorum di  
 uersitate, & de diuersis ipso  
 rum pœnis. Ex quibus collig  
 as nunc licet, tam varios ef  
 se fures, quàm sunt varia fur  
 torum genera. In iure tamen  
 enumerãtur principaliter fu

46 res quadruplices. Sunt enim  
 furum alij improbi & sim  
 plices fures ( quorum suprã  
 meminimus ) quique clam,  
 interdium, nocteque furantur,  
 & de his loquitur text. in di-

cto §. furtum. Institu. de obli  
 ga. quæ ex delic. nascun. & in  
 dicta l. j. ff. de furt. Alij fures  
 † vocantur improbiores, quo  
 rum quidam effractores di  
 cuntur, qui cum effractura &  
 ascensu in domum alicuius,  
 furantur: & circumstantiæ fur  
 ti pœnam augment, furesque  
 maximè grauant, vti & su  
 præ. Quidam expilatores.  
 Quidam sacularij, qui verita  
 tas in seculis artes exercent.  
 Quidam verò directarij, qui  
 se in aliena cœnacula infe  
 runt & dirigunt: de quibus  
 in l. j. ff. de effracto. & in l. sac  
 ularij. ff. de extraordina. cri

48 minibus. Tertij † verò, fures  
 vocantur improbissimi, qui  
 instratis viisque furantur pu  
 blicis, sine hominis occisione.  
 & de his est tex. in §. graf  
 satores, dicta l. capitalium,  
 qui dicuntur propriè grassa  
 tores, & sunt proximi latro  
 49 nibus. Quartij autem ac no  
 uissimi, fures vocantur plus  
 quàm improbissimi, hoc est,  
 qui in stratis viisque regijs  
 & publicis, aut in domibus  
 rapiunt cum hominis occi  
 sione, aut occidendi inten  
 tione: & ij latrones famosi  
 propriè dicuntur, ob maio  
 ris sceleris denominationē.  
 & de his loquitur text. in di  
 cta l. capitalium. §. famosos,  
 ff. de pœnis. Rursus, furum  
 † ij vocantur fures manife-



sti, alij non manifesti: fures manifesti sunt, qui in furto atque adeo cum ipsa re ablata deprehensi sunt. Non manifesti fures sunt, qui furtim & clam aliorum bona aut auferunt, aut contra non consentientium voluntatem seruant & contrectant, §. furtum, & §. seq. Institu. de oblig. quæ ex delict. nascuntur. Hæc tamen diuisio non magni est ponderis, quod eadē ratio sit de furto quocunque modo contracto & commisso. De homicidio autem & furto, pulchram & doctam repetitionem habes in §. famosos. constituto in l. capitalium, ff. de pœn. editam ac publicè disputatam per Dom. Iacobum Boullenc Ebroidensem, iuris vtriusque Prolytam in almo Aurelianensium gymnasio. In qua repetitione homicidij furtique pœnas appetere disputat, & explanat, cui annectuntur xlv. casus, in quibus homicida à pœna mortis releuatur. Huc non nihil facit, quod scribit D. Bartholomæus Chassaneus humanorum turium Doctor nequaquam incelebris, in consuetudine Ducatus Burgundicæ, Rub. *Des Iustices, & droictz d'icelles* §. quinto, per  
 51 plures columnas. Quum tamen hæctenus de furto in genere & de furū pœnis abunde

satis explicatū sit, antequam hoc absoluerē capitulum, imò prudentem iudicem prius ad monitum volui, vt cum fures ipsos seuerè puniat, ne ipsos etiam officarios furti absoluat, aut pareat, qui in captura furum sibi reseruant, & bono iure ascribunt ea bona, quæ cum furibus captis reperiunt, aut quæ furēs ipsis commonstrant. Sunt enim permulti huiusmodi officarij exitiali avaritia rapti & prætores & supprætores, & questores paricidarij, latrūculatores, idēque genus officarij permulti: qui captos fures illico omnibus bonis exuunt, & spoliāt, rogantes etiam, nuncubi plura furtiua bona recondiderunt, aut abstruserunt. Atque hæc omnia sibi, nescio quo iure (nisi iure prædario) vendicant. & pro iustissima possessione ea omnia ad proprios vsus attribuunt, quum tamen certò sciant, cuiusnam ea fuerint, & à quo per fures ablata. (Nam secus est de bonis incognitis, & ad fiscū deuoluendis, de quibus non agimus.) Certè tales nefarij Prætores (penè dixerim prædones) quum paruos furunculos in crucem adigant, quo mune re quæso donandi sunt, qui iidem furunculis, imò ipsis veris furriuarum rerum dominis, triplo sæpe maiora scien  
 tes

tes furantur? Scio quid pre-  
mam. Fures suos in furcā ra-  
piunt, & ipsi furū fures liberi  
dimittantur, imò ipforū fur-  
tum tandem iustū haberi vo-  
lunt. Horum tantū imperi-  
tos iudices admonitos volue-  
rim, si tales officarios (bonos  
cordatos & iustos non notos)  
punire noliot, saltem ex furi-  
bus erepta bona, ab ipsis de-  
nuo eripiant, & proprio ve-  
rōque domino suo restituāt,  
& reddant: nullo enim iure,  
ea bona sua sunt, quanquam  
in hoc sibi mire blandientes,  
sibi admodum persuadeant: 1  
sed falso, & stultē. Cæterū  
† velim pie Lector (vt hæc 2  
quoque huic subnectā capiti) 3  
subeat tibi, quædam esse fur- 4  
ta licita, eoque etiā nullo mo- 5  
do puniēda. Veluti primò 6  
fuit furtum Israëlitarum in  
Aegypto: qui Deo iubēte Ae-  
gyptū spoliarūt suis opibus, 6  
vti habetur Exod. xij. & in de-  
cretis. c. dixit Dominus, xiiii.  
q. v. ibi, nec Israëlitæ furtū fe-  
cerunt, sed Deo iubente mini-  
steriū præbuerūt. Sic Abrahā 7  
& Samson & alij permulti  
fuerunt excusati autoritate 8  
Domini, vt c. si nō licet, xiiij. 9  
q. v. itē excusatur, si quis fura  
retur res Turcarū, siue aliorū 10  
Barbarorū. I. nō solūm. C. de  
cōmer. & merca. Item excusa-  
tur & impunitus habetur, qui  
adstans abripit res depositas

aleatorū, l. j. ff. de aleæ lusu &  
aleato. hæc & similia puniri  
non possunt. Qui enim facit  
aliquid aut Deo iubente, aut  
lege permittēte, nō peccat, l.  
Gracchus. C. de adulter. & c.  
qui peccat, xxij. q. iij. vbi in-  
quit, qui secundū leges facit,  
pœnam nō meretur. d. c. dixit  
Dominus, iuncta glossa ibi-  
dem, in verb. furtum, nonnul-  
las concordantias allegante.

## De sacrilegio.

C A P. CXI.

S V M M A E.

1 *Sacrilegium furtorum execratis  
distinguitur.*

2 *Sacrilegium est triplex.*

3 *Sacrilegiū propriū definitio.*

4 *In sacrilegio quam rem dica-  
mus sacram.*

5 *Sacrilegium proprium punitur,  
vel laqueo, vel gladio, vel igne,  
vel bestiarum deuoratione.*

6 *Sacrilegium improprium puni-  
tur, vel præcissione pugni, vel  
perpetuo exilio, idque ex iure:  
vel laqueo, vel gladio, ex consue-  
tudinaria lege.*

7 *Sacrilegiū maximè impropriū  
punitur, vel laqueo, vel gladio.*

8 *Generalis sacrilegis punitio.*

9 *Sacrilegus nullam meretur ven-  
niam.*

10 *Quid sacrilegium excuset.*

11 *Sacrilegiū punitio apud Ethio-  
cos, & m. 12.*

12 *Carolus Imper. de capitalibus  
iudicijs.*

Sacril



14 *Sacrilegium apud Canonistas est quadruplex.*

15 *Pœna canonum in sacrilegos nimis laxa.*

16 *Sacrilegus non fruitur loci sacri praesidio.*

17 *Sacrilegus semel, Ecclesia tutela indignus perpetuo.*

1



**I**NTER  $\dagger$  furta materialia (Spiritualia præcipue puniunt Deus, aut

Iudex ecclesiasticus, nempe confessor) execrandissimum est Sacrilegium. Quodque fit

2 tripliciter,  $\dagger$  nempe quod sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur, seu furto tollitur, cap. si quis contumax.

& cap. quisquis, versus medium, xvij. quæst. iiii. & gloss. in cap. sacrilegiu, eadem causa & quæstione. & in l. sacrilegij pœnam. & l. sacrilegi capite, & ibi gloss. & in l. diui.

3 & ibi Barto. ff. ad l. luli. pecula. & Abb. Sicul. in cap. cæterum. colum. v. de Iudic. Hæc

autem triplicia  $\dagger$  sacrilegia nõ æquè enormia, sed verum siue proprium sacrilegiu de iure civili est quod primum

posuimus: hoc est, quando aufertur res sacra de loco sacro, ut notatur in dicta l. sacrilegij pœnam. & l. sacrilegi capite, & l. diui. præ citatis, & ibi Dynus, Bar. Alberi. de Ro

sa, quanuis de iure Canonico sufficiat alterum (& si minus propriè) dicto cap. quisquis. & gloss. & doct. in capit. conqueest. de senten. excõmunicacionis. Porro rem sacram

hîc  $\dagger$  intellige, non tantum ipsa Sacramenta, sed ipsa Sacramentorum vascula, vel aurea, vel argentea, seu monstrantias, in quibus est sanctum & venerabile Sacramentum altaris, seu Eucharistiæ, aut in quibus solet quiescere, & quæcunque alia ad sacroru usum potissimum dedicata, veluti ciboria, phialas, capsulas aureas vel argenteas, calices, patinas, feretra, libros, ornamenta, mappas, linteamina altarium, mantilia, cortinas, cerâ, candelabra eburnea, ærea, aut crystallina, gazophylacium, aut arculâ, in quam sacrae elemosynæ coniiiciuntur. Hoc sacrilegium leges feuerissimè puniunt. Nam  $\dagger$  quisquis vllam dictaru rerum ecclesiasticarum furatur è templis, is puniendus est aut igne, aut gladio, aut suspendio, aut bestiaru deuoratione, ad arbitrium Iudicis, d. l. sacrilegij pœnam. Quisquis  $\dagger$  verò sacrilegiu impropiu committit, hoc est, qui vlla bona ecclesiastica furatur extra templa aut extra sacroru locorum septa, is iuxta iuriu constitutiones plectendus est

absc

ab  
an  
ex  
les  
Iu  
(q  
pr  
da  
ibi  
fuc  
la  
7 re  
na  
fac  
m  
di  
bo  
lo  
fa  
co  
m  
ir  
eti  
vt  
Si  
lo  
ch  
au  
li  
qu  
cr  
(  
d  
Et  
8  $\dagger$   
de  
ra  
pu  
ig  
ra

sa, quanuis de iure Canonico sufficiat alterum (& si minus propriè) dicto cap. quisquis. & gloss. & doct. in capit. conqueest. de senten. excõmunicacionis. Porro rem sacram

hîc  $\dagger$  intellige, non tantum ipsa Sacramenta, sed ipsa Sacramentorum vascula, vel aurea, vel argentea, seu monstrantias, in quibus est sanctum & venerabile Sacramentum altaris, seu Eucharistiæ, aut in quibus solet quiescere, & quæcunque alia ad sacroru usum potissimum dedicata, veluti ciboria, phialas, capsulas aureas vel argenteas, calices, patinas, feretra, libros, ornamenta, mappas, linteamina altarium, mantilia, cortinas, cerâ, candelabra eburnea, ærea, aut crystallina, gazophylacium, aut arculâ, in quam sacrae elemosynæ coniiiciuntur. Hoc sacrilegium leges feuerissimè puniunt. Nam  $\dagger$  quisquis vllam dictaru rerum ecclesiasticarum furatur è templis, is puniendus est aut igne, aut gladio, aut suspendio, aut bestiaru deuoratione, ad arbitrium Iudicis, d. l. sacrilegij pœnam. Quisquis  $\dagger$  verò sacrilegiu impropiu committit, hoc est, qui vlla bona ecclesiastica furatur extra templa aut extra sacroru locorum septa, is iuxta iuriu constitutiones plectendus est

absc

absc

absc

absc

absc

absc

absc

absc

absc

abscissione pugni, seu manus amputatione, aut perpetuo exilio, arbitrio iudicantis, l. lege Julia. §. mādatis. ff. ad l. Jul. pecul. Consuetudo tamē (quæ optima legum interpretat, necnon pro lege habenda est. l. j. & per totum tit. & ibi scrib. C. quæ sit longa consuetudo.) eosdem pariter dānat laqueo, aut gladio, vt superio-  
 7 res. Porrò quisquis vlla bona non sacra furatur, è loco sacro, is quoque patibuli damnatur suspendio, aut gladio consumitur. Nā etsi ipsa bona ablata sacra nō fuerint, locus tamen vnde sustulerat, sacer est, quē furto violat & contaminat; ob quam contaminationem & violationem irreuerentē (licet improprie) etiam sacrilegus vocatur, & vt verus sacrilegus punitur. Sic qui è templis aut ex aliis locis sacris furatur, vt è sepulchris mortuorum cadauera, aut cistam mortuariam, vel linteamina & similia, is quoque sacrilegus censetur, & crucis suspendio, aut gladio (vt cæteri) damnatur. l. fin. ff. de sepulchro viola. cū distinctione tamē, vt ibi. Cæterum  
 8 † in genere sacrilegium (vt denuo repetam) secundum iura vario modo punitur: nempe, aut gladio, aut laqueo, aut igni, aut projectione ante feras, vt ab iis deuorentur, sicut

videre est in l. sacrilegij. ff. ad l. Jul. peculat. Et quia præsumitur crimen sacrilegij furto maius ac grauius est, dicta l. sacrilegij post princi. & l. aut facta. §. locus. ff. de pœn. ideo omnis pœna, quæ in furto per legem municipalem statuitur, multo magis locum habet in sacrilegio: quia quod pluris est, vti que tanti est, l. cum furti. ff. de in lit. iuran. tenet Bald. in l. si nondum. versic. sed nunquid sacrilegium. C. de furtis. Quocirca etiam huiusmodi sacrilegia minus indulgentiæ, minus veniæ, seu misericordiæ merentur, quàm furta rerum profanarum. Furta tamen in † sacris locis facta, hoc est, sacrilegia, excusantur etiam famis necessitate, iuuentute, & ætatis vel simplicitatis imperitia, si modo legitime ac verè de istorum aliquo cōstet. In his enim agendum est per omnia excusantia, sicut in profanis furtis prædictū est. Nec obliuiscendum † hoc capite censuimus, in sacrilegos etiam apud Ethnicos seuerè animaduersum fuisse: sicut de Phaleco Phocensium doctore legimus: qui quum furti insimularetur, & quoddam multas è sacris pecuniis sibi vendicasse traduceretur, ex Imperatoria dignitate, quam gerebat, prorsus excidit. Nam postq



postquã sacrilegij fama prauatior fieret, tribus delictis ducibus, Dinocrate, Callia, & Sophane, sacrarum pecuniarum questio est habita, qui cū ab iis, qui eas administauerant, rationem reposcerent, & ij reddere eam nequissent, eos maximo cruciatu adfectos, restitutisque quæ ex furto supererant, morte acerba tandem multarunt. Habentur autem passim multo plura apud autores exempla de sacrilegorum pœnis, atque adeo à diis ipsis etiam quos depeculati fuerant, inflictis.

Hinc Menelaus apud Libanum: Vides (inquit) impune non esse sacrilegis, res Deorum sustulisse? vti eleganter commemorat D. Iustinus. Goblerys Goarinius Iureconsultus nequaquam incelebris & variæ multæque lectionis, in suis Commentariis (quæ summa cum laude edidit) super constitutione Augustissimi Imperatoris Caroli quinti,

de Capitalibus iudiciis. De iure autem Canonico, sacrilegium dicitur committi in omnibus casibus predictis, quibus etiã addunt quantum, quoties quis manus impias mittit in clericū vel monachum, cap. si quis contumax. c. quisquis inuentus, & c. si quis suadente. xvij. q. iij.

Pœna t̄ autem Iure Canonico

imponitur, scilicet quod post trinam admonitionem excommunicandus est, vt vult gl. in d. c. quisquis inuentus. §. si quis domum. xvij. quæst. iij. In quo miranda est immo dica Canonum laxitas, qui in tanto scelere, tam mitem pœnam imponant, qua malum foueant potius & excusent, quàm corrigant aut puniant, sicut etiam sentit dicta gl. Antequam hæc sacrilegij materiam deseramus, explicanda sunt nobis duo dubia satis familiaria: Quorum prius est: t̄ An sacrilegus gaudere possit immunitate Ecclesiæ aut cœmeterij? huic dubiè omissis variis argumentis in vtranq; partē, respondendum est, Sacrilegū nusquã sacrorum locorum tutum esse, nec vspiã debere gaudere Ecclesiæ, aut cœmeterij immunitate, c. frater. xvij. q. iij. Propter quod dicit text. ibi in c. sicut. Quod sicut maius peccatum est, quod in Deū cōmittitur, quàm quod in hominem: sic grauius est sacrilegū agere, quàm fornicari, vt ibi. Huc facit c. fin. iuncta glo. in verb. Quo faciūt se indignos. ext. de immu. Ecc. & ibi Panor. l. si quis in hoc genus. C. de ep̄o. & cler. Alterū t̄ dubiū fuerit: An sacrilegiū semel committēs, postea in aliis delictis vti possit Ecclesiæ aut cœmeterij

terij immunitate? vel sic: An  
 qui semel sacri legum cōmi-  
 serit in Ecclesia vel cōmete-  
 rio, de quo non fuerat puni-  
 tus, si ob illud prius, vel poste-  
 rius delictum per eum cōmis-  
 sum, fugiat ad Ecclesiam aut  
 cōmeteriū, gaudere debeat  
 illius immunitate, vel locū  
 habere debeat cap. inter alia,  
 ext. de immu. eccl. f. Quam  
 quidem quæstionē vtrinque  
 examinavit & affirmatiuē &  
 negatiuē D. Nicolaus Boë-  
 rius in suis decisionibus au-  
 reis, q. cx. Et tandem negati-  
 uam partem probat magis, 1  
 dicens ita determinasse deci-  
 sio. Capel. Tolos. ccccxxij. in  
 prin. talem non debere gau-  
 dere, per tex. in cap. ad episco-  
 pos, cum seq. xvij. q. iij. & d.  
 cap. fin. ext. de immunita. ec-  
 cles. & ibi tenere videtur Ab-  
 bas Siculus, quia puniri de-  
 bet in eo, in quo deliquit: fru-  
 stra enim legis auxilium im-  
 plorat, qui committit in le-  
 gem, & per consequens cōtra 2  
 Ecclesiam. Fridericus Schëck  
 primo Tomo vitidarij cōclu-  
 sionum luridicarum, Conclu-  
 sione viij. & c. reliqua videre  
 locis citatis.

De crimine expilatæ  
 hæreditatis.

CAP. CXII.  
 SVMMAE.

1 Crimen expilatæ hæreditatis,

quid?

2 Expilator hæreditatis punitur  
 perpetuo exilio, aut pœna ar-  
 bitraria.

3 Expilatorem non excusat igno-  
 rantia veri domini.

4 Expilator scit bona expilandæ  
 non esse sua.

5 Bona expilatæ sunt hæreditibus  
 omnibus communia.

6 Pessidens hæredes fraudās, per-  
 ditius bonorum suppressorum.



LIVD quoq; furti  
 genus est, & peculia-  
 rij nomine à reli-  
 quis distinctū: nem-  
 pet furtū luctuariū, sic vtrique  
 dictum, quòd in domibus lu-  
 ctuarum, siue in ædibus mor-  
 tariis, seu in hæreditatibus fe-  
 rè contingat: ideò que iura vo-  
 cant crimen expilatæ hære-  
 ditatis, vt ff. & C. eisd. tit. De  
 crimine expilatæ hæredita-  
 tis. Id igitur crimen vt nefari-  
 um est, & iuri naturæ repu-  
 gnans, ita sua punitione non  
 caret. Quisquis enim furtum  
 luctuarium, hoc est, crimen  
 expilatæ hæreditatis cōmit-  
 tit, id est, qui domibus mor-  
 tuariis aliqua bona necdū di-  
 uisione hæreditaria partita,  
 aut clam, aut vi sustulit, is pu-  
 niendus est & coercendus ex-  
 tra ordinem perpetuo exilio,  
 aut alia iudicis pœna arbitra-  
 ria, iuxta qualitatem perso-  
 næ, & circumstantias facti, l.  
 j. ff. eodem tit. Nec expilato-  
 ri



- 3 ritpatrocinatur, si dicat bona hereditaria seu luctuaria domus adhuc fuisse hereditibus communia, & ex æquo adhuc esse omnium, vtpote nulla partitione seu diuisione facta singulis esse distributa: eoque nondum constare, cuius bona abstulerit, aut cuius partem eripuerit: licet enim de certitudine domini necdum constiterit, à quo abstulisset: de certitudine tamē & expilationis commissæ, & expilatoris committētis, certissimē constitit.
- 4 Atque ipsi expilanti certò constabat, eadem ablata bona non esse sua: sed alterius, licet hic ipsi non innotuit. Neque hoc ipsi etiam sciendum fuerat, quum non tantum sit prohibita expilatio domini cogniti, sed omnis expilatio, atque adeò omne furtum rerum alienarum, hoc est, quæ nostræ non sunt. Atque hic si quis mordicus vrgeret, & certitudinē certæ personæ adstruere vellet, vnde talia indistributa bona sint ablata, non video quid hac ignorantiaë causatione suæ expilationi præstruere vellet: certò defendi posset, certoque constare de quo ablata sint, nempe † ab hereditate siue è domo mortuaria, & à communitate indiuisa: quæ simul coniuncta, mortui personam vsque ad

tempus partitionis siue diuisionis eatenus representat. Caterùm possessor aut possidens mulier, si alter ipsorū ab obitu illius, cuius possessionem reseruat, iuxta cōsuetudinem regionis deprehensus fuerit parum fideliter bona omnia in apertum protulisse, & non omnia certo scripto, hoc est, repertorio redigisse, sed quædam aut studio expilandi subticuisse, aut suppressisse, is iuxta Brugesium ac aliorum nonnullorum cōsuetudinem aut priuilegium, eadem tacita & suppressa bona perdit.

### De abigeatu.

C A P. C X I I I.

S V M M A E.

*Furātes decē aut quatuor oves, aut porcos, aut equum vnum, aut bouem vel vaccam vnā, puniuntur in matallum, &c.*

*Dicta cum violentia furantes, puniuntur deuoratione bestiarum.*

*Abactores siue abigeos hospitio recipientes, puniuntur, vel relegatione x. annorum de iure: vel ex consuetudine, etiam exilio x. annorum.*

*Furantes aut anates, aut anseres, aut pauones, aut gallinas, puniuntur arbitrariē.*

*Alia*



LI A item occurrit furandi species, eaque admodum etiam frequens, nempe abigeatus: id est, de bestiis aliorum furto adducendis: atque hoc furtum etiam suam in iure constitutam habet punitionem. Nam si quisquis alicui pecora subtrahit, furatur, & quodammodo depredatur gregem & numerum x. ovium, aut iij. vel v. porcorum, aut equum unum, aut bovem, aut vaccam etiam nam ex pascuis, vel armentis, aut gregibus, is pro unico istarum rerum furto, iuxta iura puniendus est in metallum, & in perpetuum exilium. l. j. & iij. ff. de abigeis. secundum consuetudinem vero patrie & iam diu inolitam, punitur laqueo & suspensio. Si autem si dicta pecora, vi & adhibitis armis abduxerit, secundum iura puniendus est projectione ante bestias, siue bestiarum deuoratione, hoc est, datur bestias, l. abigeatus, ff. e. ti. de abigeis. Quin & ipsi qui si tales abigeos, hoc est, equorum, aut ovium, aut porcorum substractores, & quodammodo de praedatores scientes volentesque hospicio excipiunt, id est, receptores abigeorum seu abactorum, & ita abscondunt, & quantum in ipsis est, tuen-

tur & fauent, ij puniendi sunt relegatione x. annorum, l. si. ff. de abigeis. Secundum vero patrie consuetudinem & iam diu etiam obseruatam, puniuntur exilio decem annorum. Ceterum si quisquis subtrahit aut furatur alioiui anates, anseres, pavones, apes, gallinas, capos, pullos, cuniculos, idque genus alias domesticas bestias, is ob furri indignitatem puniendus est multa Iudicis arbitraria, iuxta qualitatem & circumstantiam facti & personae.

## De furto incendiario.

CAP. CXIII.

SVMMAE.

- 1 Furtum incendiarium vel in naufragio commissum, quid?  
2 Pena furti incendiarii.



D haec aliud quoque speciale furtum nobis occurrit, quod peculiari loco & tempore committitur: scilicet illud furtum quod in incendiis committitur: quod certe detestandum est, vt quod maligno animo destinatumque malitia & captata occasione peragitur. Dum enim si alios incendio turbatos norunt, & rebus suis seruandis inuigilare sciunt: atque ob eam curam ad aliarum rerum dili-

B



gentiorem curam præpedi-  
tos esse, maligni quidam fu-  
runculi suis quoq; inuigilant  
commodis (vt putant) & in ea  
turbatione incendij, tum au-  
daciùs, tum etiã liberius, tum  
inconsideratiùs, bona domus  
incensæ clam subripiunt &  
furantur: quod crimẽ sua pu-  
nitione etiã non vacat. Quã-  
doquidẽ ij, † qui ita in incen-  
diis aliorũ bona furtim eri-  
piunt, intra eundem annum  
puniẽdi sunt restitutione qua-  
drupli: Post annum restituti-  
one simpli, l. in eum, & ibi  
Bald. & Sali. C. de furt. & ser.  
corrup. iuxta consuetudinem  
verò puniendi sunt laqueo:  
nempe quòd tantò sit crimen  
enormius factũ, quòd simu-  
lando amicum, & adiutoriũ  
velle adferre alteri, factus sit  
callidus hostis, & fur nefari-  
us. Idem quoq; censendum  
est de iis, qui simili modo bo-  
na naufragorum eripiunt, d.  
l. in eum.

## De peculatu.

CAP. CXV.

SVMMAE.

- 1 Peculatus est furtum Principis  
vel reipublicæ.
- 2 Peculator puniendus est qua-  
druplo, et exilio, vel capitaliter
- 3 Peculator extra officium rece-  
ptoratus, punitur laqueo.
- 4 Bonam Principis pecuniã com-

mutans vitiosa, punitur vt de-  
peculator.

Publicum censum seruans, conij-  
ciendus est in carcerem, vsque  
ad restitutionem eiusdem.

6 Publicus thesaurarius studio  
quædam in ratione subticens,  
punitur quadruplo & exilio.

7 Quæstores erarũ, qui militibus,  
pro bonis pecunijs acceptis, de-  
pendunt malas, quomodo pu-  
niendi sint.



8 QVÆ hoc lo-  
co subticendũ  
crimen illud,  
quod peculatũ  
† appellat, hoc

est, furtum aut Principis, aut  
reipublicæ. Quisquis igitur  
in administrandis, aut dispẽ-  
sands Principum bonis ita  
infideliter se gerit, vt eas pe-  
cunias faretur, aut clanculari-  
is technis eripiat, aut ad  
proprium commodum abu-  
tatur, aut ad alios certè vsus,  
quàm ad vsus Principis, is  
puniendus quadruplo, & exi-  
lio. Imò iuxta multorũ sen-  
tentiam, puniendus est capi-  
taliter, l. vnica, C. de crimine  
peculat. Alius verò, cui † nul-  
la commissa est Principis pe-  
cunia, qui audet tamen Prin-  
cipis aut bona aut pecuniam  
furto subducere, is pusiẽdus  
est laqueo & suspẽdio, vti fur  
alius. Porrò cui cõmissa est si-  
des & administratio alicuius  
ciuita

ciuitatis aut regionis, aut reipub. si is eiusdem pecuniã secum auferat, & ad alios vsus impendat, quã ad id, ad quod ipsi delegatã sunt, traditã & commisit, sine auctoritate & consensu magistratus: is (inquam) puniendus est restitutione quadrupli & perpetuo exilio. Simili quoque modo damnandus est, qui talem pecuniam cambit & commutat, eiusque loco pecuniam deteriore, aut bona magis vitiosa restituit.

- 5 Qui t̄ autem quippiam annue Principi debet aut rei. pub. aut saltem reipub. bona apud se referuat, nec ea apud alias Principis pecunias & thesauros deponit in ciuitatibus & locis iis, quæ ad huiusmodi thesauros recipiendos sunt commissa, is comprehendi potest, & in carcere detineri, donec diu illam seruata pecuniam, suo loco deposuerit. † Thesaurarius seu receptor verò, qui reperi- tus est parum fideliter suum subdixisse calculum, sed certis demonstrationibus constat eum non omnia scripsisse quæ receperat, sed eorum quædam subtrixisse, is puniendus est quadruplo, & exilio. His seruiūt l. ij. & iij. & l. qui tabulam. ff. ad leg. Juli. pecula. Item philargyri
- 7 † illi, quos quotidie conspici-

mus, plenis velis tendere ad receptiones publicas, & ad Thesauriatum Principum, vel alicuius reipub. aliã per sese, aliã intercessione amicorum, aliã opibus & pecunia, aliã verò utroque modo, ea tantum causa, vt sibi quid lucri inde comparent, nempe vendendo bonas pecunias receptas. & pro iis emendo aut adulterinas, aut iniusti ponderis, quas misellis laboratoribus, Principum aut Ciuitatum nomine persoluant: quique in bellis quæstores ærarios agunt, vbi pro optima pecunia miseris militibus stipendia soluunt militaria pecunia pessima, iniqua & pondere & auro, (boni receptores à nobis non taxantur) quam pecuniam milites ipsi pro necessariis exponere nequeunt: tales (inquam) omnes iniusti receptores. (quales ipse in bellis partim vidi, partim ex ore aliorum didici) puniendi essent, vti superiores omnes, & de quibus antè multa diximus. In summa, quisquis alterius bona, quæ liqualia ea sunt, contra voluntatem veri domini auferat, quocumque modo id fiat, is certe furtum committit, diuersum tamen, eoque diuersimode etiam puniendum, nempe aliud restitutione quadrupli vel dupli: aliud exilio, aliud



laqueo aut alio modo diuer-  
fo (vt dictum est) iuxta quali-  
tatem facti, & personæ.

De receptoribus fur-  
torum.

C A P. CXVI.  
S V M M A E.

- 1 Receptores furum, furibus nihilo meliores.
- 2 Receptores furum, vt fures plectendi sunt.
- 3 Consilium furti non semper criminofum scilicet in foro furi.
- 4 Cognatio & affinitas eleuant re-  
ceptionis crimina.
- 5 Amicus non cogitur amicū fu-  
rem officiaro prodere.
- 6 Officiario inquisturo omnia re-  
cludenda sunt.



VNT multi, quos aut pudet aut qui metuunt maleficiū committere, attamen quātum in se est maleficiū animo conceptum, & peccandi libidinem opere cōsummant, aut per se, aut per alium, quem in furto alunt, defendunt, iuuant, & ope succurrunt. Hi t̄ quoniam ipsi furibus nihilo sunt meliores, imò aliqua in parte sceleratiores, quòd eos ( vt dixi ) in furto alunt, & post t̄ furtum domo recipiunt, aut tuentur: idèd tales quoque furum aut

furtorum receptores non se-  
cūs, quàm ipi fures commif-  
sarij plectendi sunt: imò om-  
nes qui furibus vllum sola-  
tium, subsidium, consilium,  
aut iuuatorum famulatum  
præbent, aut furti fuere par-  
ticipes, aut furtiua bona in  
domum receperūt, aut ex iis  
cum furibus comessati sunt,  
sciētes eos esse fures, & bona  
ea illata alijs furto esse abla-  
ta: Tales (inquam) omnes si-  
mili pœna cum veris furibus  
plectēdi sunt, arg. l. j. ff. de re-  
ceptorib. De consilio autē  
sic intellige: Neminem ob  
consilium furti sic criminaliter  
esse puniendum, nisi certò  
constet, tale furtum ob alicuius  
consilium tantum esse cō-  
missum, adeò vt fur illud nū  
quàm commisisset, nisi talis  
viri consilio fretus fuisset. c.  
sicut dignū, §. qui verò. ext.  
de homicid. l. non solum, §. si  
mandata, versic. Attilicinus.  
ff. de iniur. ita notat Bart. in  
l. cæpe, ff. de verbor. & rer. si-  
gnif. Bald. in l. ob hæc, colū.  
ij. ff. de his qui notant. in fā.  
Idem Bald. in l. data opera, in  
xvij. colum. C. de his qui ac-  
cusa. non possunt. & in c. que-  
relam, in fi. de elect. in antiq.  
latē & pulchrè discutitur per  
D. Iacob. Boullenc. Ebroicem  
sem Iuris vtriusque prolytā,  
in sua excellētissima repetit.  
§. famolos, constituti in l. ca-  
pital

4 pitium, ff. de pœnis. Paren-  
 tes vero, mariti, vxores, libe-  
 ri, fratres, sorores, atque id ge-  
 nus reliqui consanguinei &  
 affines, si alterius sui consan-  
 guinei, & affinis bona recepe-  
 rint hospitio, ij non sunt tam  
 acriter ac seuerè puniendi ac  
 alij ignoti, & extranei, vel  
 ipsis nulla affinitatis, aut con-  
 sanguinitatis societate con-  
 iuncti, l. ij. ff. de receptatorib. 6  
 nisi certè ipsi bonorum furti-  
 uorum fuissent participes: lex  
 enim naturæ (cui positiva  
 omnia ancillantur) hoc sua-  
 det & dicit, vt amicus ami-  
 cum, vt consanguineus con-  
 sanguineum iuuet, liberet, &  
 defendat, sicubi potest. Hinc  
 nota aliquid fieri ratione san-  
 guinis, quòd aliàs non fieret,  
 l. si. §. penult. C. de codicill. l.  
 quamuis. ij. C. de adulter. l. j.  
 ff. ad l. e. tul. repetun. l. e. iij. §.  
 si. ff. de re milit. cum sine nu-  
 mero similib. iurib. Atque ex  
 hoc hic alia nascitur quæstio:  
 5 † An si quispiam post commis-  
 sum furtum, ad amicum sese  
 præsidij aut patrocinij caussa  
 reciperet, ibique latitare vel-  
 let: an is (inquam) amicus de-  
 beret fugitiuum furem domi  
 suæ latitantem siue latentem  
 prodere officario? Sed hic, si  
 iura naturæ, imò iura etià po-  
 sitiva respiciamus, dicemus  
 neminem debere hoc dicere, 1  
 nec posse compelli, vt furem

clam domi suæ latitantem pro-  
 deret, nisi is velit ipse ( licet  
 contrarium videatur de iure  
 Canonico censendum in cap.  
 qui cù fure, iuncta ibi gloss.  
 ext. de furt. vt ibidem videre  
 nec obscurum erit) Sed si offi-  
 ciarius in eadē domo vellet  
 inquisitionem facere, nullo  
 modo is amicus eam inqui-  
 sitionem officario denegare  
 poterit. Imò officario † per-  
 missum est quibusuis in locis  
 & domibus furtiua bona re-  
 quirere, vbicunque vlla duca-  
 tur suspicione, ac vlla ei ap-  
 pareant indicia, & apud pa-  
 rētes, filios, filias, nepotes, af-  
 fines, & apud omnes denique  
 ea bona seruati putabit, nec  
 vllus eorum est, qui officia-  
 rio domus apertionem dene-  
 gare poterit, sed cogetur  
 illi aperire omnes seras, ca-  
 mēras, cistas, omniāque secre-  
 ta. Sine enim suspicione aut  
 indicis, hodie nō potest quis  
 cogi, vt permittat quem scru-  
 tari in domo sua, vtum ibi  
 sint res furtiue, siue furto sub-  
 tractæ. Expedi enim patrisfa-  
 milias, ne secreta patrimonij  
 sui pandantur.

#### Defurtiuorum em- ptoribus.

C A P. CXVII.

S V M M A E.

Furtiuorum emptores, fures alius  
in furto.



- 2 In furtiuorum mercatores exclamatiuncula.
- 3 Furtiuorum emptores, vt fures ipsi puniendi.
- 4 Furtiuo insciens emens, culpa vacat.
- 5 Furtiuorū emptione infamis citò labitur in priorem suspitionem. 3
- 6 Consiliū ne furtiuorum emptione suspecti in periculū incidāt.
- 7 Feneratorum priuilegia, ratione esse irrita.



**A**LIQD prætereà furti crimen est, quo multi fures subsidiarij, suos fures in furto tortiter coadiuuant & alunt, & quo furibus fouendis comoditatem sanè præbent non inefficacè: non t̄ quo fures, aut hospirio suscipiūt, aut bona eorū domi conseruant: sed quo bona eadem furto subducta à furibus illicò emunt, & prompta pecunia soluunt, non iuxta rerum dignū pretiū, sed longè infra dimidiā pretij dignitatem, ac valorem, vt iidem fures suis sarcinis, & prædis liberi ad noua furta sese accingant.

Quæ ipsi rursus coëmūt, & vili quibusuis t̄ distrahunt & diuendunt. O sceleratos mercatores, dignos vos ceseo, qui eū vestris autoribus, & prætoribus inter cœlū & terrā semisaltum spectanti populo

peragatis, vt tali spectaculo perterriti cæteri caueant ab huiusmodi furibus ablata furta coëmere, & ipsis liberiorē furandi ansam suppeditare. Huic meæ sententiæ suffragantur iura, & leges consuetudinaria: quæ tiubent furtiuorum bonorum emptores, quiq̄ue certò sciunt ea bona esse furata, pari pœna cum ipsis furibus esse plectendos.

Verùm si ipsis non t̄constitisset de furtiuis bonis, putantibus se iustas mercari merces, quum verè furtiua fuerint: tunc non puniendi erunt vt principales fures, sed tantūm restitutione rerum, citra vllū pretium aut solutionem eorum, l. si mancipium. C. de rei vendi. & l. inciuilem, & quæ ibi tractantur, & l. eos. C. de furt. & ser. corrup. sed hoc notandum t̄est, si quando reperia fuerint in alicuius viri domo vlla bona furtiua, qui ali quando talia bona furtiua emere consueuerit, aut hoc nomine malè audierit, aut semel per iustitiam conuictus, & damnatus fuerit: tum suspicio est, & iura censent eadem furtiua bona, apud ipsum reperia, empta esse ab eo cum conscientia, & certa notitia furti, etiam si ita res se non haberet, nec ipse iuxta veritatem de furto cognouisset. Quocirca vt fur etiam puni

puniretur, licet innocenter: nempe ob priorem suspitionem mali, dicta l. si mancipium, & dicta l. inciuilem, cū ibi notatis per glossam & Doctor. Hinc ꝑ suaferim omnibus huiusmodi criminis nigrore semel commaculatis, vt in emendis bonis diligenter inquirent, & certō sciant, vnde allata sint: aut certē ( si aliundē viuere possint ) vt planē ab eo exercitio sese abstineant, ne incauti & imprudentes in vllum periculum vitæ incurrant: nisi forsā ab eo singularis priuilegij gratia planē immunes sint & liberi. Sunt enim nonnullæ ciuitates, quibus à Principibus ea legata sunt priuilegia, vt nemo à taliū ciuitatum ciuibus & mercatoribus repossidere possit vlla bona ( quamuis etiam furtiua ) quæ ipsi propalam & in publicis foris emerunt, aut quæ tribus continuis diebus ante ædes suas expenderunt venalia. Quin ipsi Lōbardis seu fœneratoribus priuilegio concessum est, nulla bona furto ablata reddere dominis, aut possessoribus citra resolutionem prænumerati pretij. Atque hi omnes à dictis periculis sunt tutiores. Hoc tamen vltimum, non omnium sed paucorum tantum

sententiis comprobatur: quare ego quoque his minimè adstipulor. Non enim ꝑ aliquo modo fundatum reperitur in Iure, vt fœneratores & vsurarij ( qui sunt reipub. pestes ) deberent esse melioris conditionis, quàm alij boni ciues, aut etiam extranei probatæ aliōqui vitæ. Atque ob hoc, cū ciuitati Brugenſi eram à consiliis, atque hic casus de vsurariis nobis occurreret, cōsului magistratibus, tales fœneratores in suo priuilegio audiendos non esse, sed contrarium esse iudicandum, quōdque rationi magis esset consentaneum.

## De repertis.

CAP. CXVIII.  
S V M M A E.

- 1 Reperta eadque cognita sibi vsurarius, furtum committit.
- 2 Reperta nota sibi seruans, puniatur arbitrariē.
- 3 Reperta reddenda sunt suo domino.
- 4 Repertori pro fida custodia debetur domini benignitas.
- 5 Reperta incognita reddenda Episcopo.
- 6 Reperta incognita seruari possunt à repertore paupere.



LIID quoque est furti genus, nō quo animo furādī aliorū res fura



tum abis, aut quo cum furibus fias particeps, aut eos recipias, sed quo aliena tibi fortuito oblata, pro tuis vsurpas, hoc est, quando quis inuenit utitur vt suis. Quit quis

- 1 † igitur alterius casu reperit togam, tunicam, vestem, zonam, crumenam, aut aliud quid alterius, quod suum non esse cognoscit, nec id profert in proparulum, & notitiam,
- 2 is † furtum committit, & puniendus est arbitrariè, l. falsus, §. qui alienum, ff. de furtis. Chassa. in tit. *Des iustices & droictz d'icelles*, §. iij. in fi. super Consuetudinibus Burgundia, c. si quid inuenisti, & c. multi, xiiij. qō. v. Verum
- 3 † si rem reperitam debito modo per indicia, & proclamationem ad notitiam peruenerit, atque exinde venerit, is dominus & possessor, qui ea perdit, tum inuentor vero possessori tradere cogitur, si is bonis iudiciis demonstrare poterit sarcinam, vel rem amissam esse suam. Attamen
- 4 à possessore † reposcere & iurè petere potest numum honestum pro fidelitate sua & pro cura rei seruatae, & benecustoditæ. Sin autem repertori nullo modo cōstiterit, nec post debitam inquisitionem factam constare potest cuiusnam dicta bona reperta fuerint, in eo casu forsan mouē-

da esset quæstio, ad quæ vsu m is repertor talia bona impendere debeat, & cui redere debeat? An sibi seruare possit, an alteri tradere? quum certū sit ea non esse sua: ideoque sibi etiam non esse seruanda videtur. Sed huius dubij apertam solutionem tradit Bald. in l. j. ff. de rerū diuisi. Vbi vult ea incognita bona in foro conscientia tradenda esse in manus Episcopi, vt ea per ipsum distribuantur pauperibus, vt in Authen. omnes peregrini, C. communita de suc. Si autē is repertor † verè pauper esset, cōsuerim eo in casu talem repertorem citra conscientie scrupulum sibi ad proprios vsus & eleemosynarū loco ea incognita bona posse seruare. Interim tamē obligaretur ad perpetuas preces fundendas pro salute amittentis.

De falsis.

C A P. CXIX.

S V M M A E.

- 1 Rem falsitate corrumpert, furti genus est.
- 2 Rem adulterans, committit crimen falsi.
- 3 Falsi crimen committitur consensu, verbis scriptis, abusu, et silentio.

VBDOLVM & tocultum furā di genus est, rē aliquā falso, malitioso, & excogitato



- tato animo corrumpere, atq;  
ita simplices falsitatis fucio  
2 decipere. tquisquis igitur ta-  
les res externo quodā & appa-  
rente amictu adulterat & ad  
deceptionē corrumpit, is dici-  
tur committere crimē falsi,  
vt colligitur ex l. quid sit falsi-  
sum, ff. eo. ad l. e. Corn. de falsi.  
& ex c. tua nobis, ext. de offi.  
vica. faciunt quæ habentur in  
c. super literis, ext. de rescrip.
- 3 Quod ferè ¶ quinque modis  
committi conspiciamus, nem-  
pe consensu, verbis, scriptis,  
abusu, & silentio.

De falsitate per con-  
sensum.CAP. CXX.  
S V M M A E.

- 1 Falsitas per consensum fit in  
contractibus.
- 2 Falsitas per consensum punitur  
criminaliter, multa pecunia-  
ria & restitutione damni.
- 1 **F**ALSITAS au-  
tem per cōsen-  
sum fit, quoties  
aliquem circum-  
uenimus, & fal-  
simus per contractus, aut con-  
pacta fradera. Veluti, quādo  
rem vnā bis diuendimus,  
iūctque diuersis: aut quando  
rem aut fundum vendimus  
vni, & eundem rursū alteri  
in solutionē damus, aut hy-  
pothecamus, l. qui duobus, ff.  
ad l. e. Corn. de falsi. glos. in l.

stellionatus, ff. de cri. stellio. l.  
si quis in pignore, §. sed & si  
quis, ff. de pign. act. Istiusmo-  
di autem falsitas, quæ cōtra  
sibus committitur, aut con-  
sensu, puniēda est criminali-  
ter, cum multa, & cum resti-  
tutione damni, & interesse  
ex eo orti, ad arbitrium iudi-  
cis, per lecta & notata in l.  
stellionatus, §. pœna, ff. de cri-  
mi. stelliona.

De falsitate in  
verbis.CAP. CXXI.  
S V M M A E.

- 1 Falsitas verborum committitur  
quinque modis.
- 2 Falsa impetratio subreptitia est,  
& nulla.
- 3 Falsō accusans, tenetur restitū-  
tione damni.
- 4 Falsus testis punitur ciuilitē,  
vel criminaliter.
- 5 Falsus testis ad mortem alte-  
rius, punitur capitaliter.
- 6 Falsus testis coram commissario  
punitur arbitrariē.
- 7 Falsus testis offendit Deum,  
Iudicem, & proximum: variē-  
que punitur.
- 8 Falsō iudicans, declaratur fal-  
sarius pub. & punitur pœna ar-  
bitraria.



**A**LTERA falsitatis  
species est, quæ ver-  
bis seu dictis comit-  
titur dolosis, & ad  
fraudem & circumuentionē



- 1 alterius. Cōmittitur autem huiusmodi verborum falsitas ferè quinque modis: nempe falsa suggestione: falsa denūtiatione: falsa accusatione: falsa depositione seu falso testimonio: & falsa iudicatione, 4  
 2 vel condemnatione. † Quisquis à Principe, aut Iudice impetrat quippiam falsa suggestione, aut declaratione, illius impetratio & subreptitia, & obreptitia est, dolosa, falsa, atque ob id nulla, impetratumque ipsius sit irritum: siue id sit remissio criminis, siue alterius cuiuspiam beneficij, aut officij impetratio: po- 5  
 3 eod. rit. Quisquis † item falsò aliquè accusat crimine, quod 6  
 certa probatione stabilire nō potest: is quoque à sua cadit accusatione, quæ tam sit irrita, vt ob eam non probatam, damnandus sit ad reparationem & restitutionem detrimendorum, non solum parti accusatæ, sed etiam fisco ad discretionem & arbitriū iudicis. Similiter à sua falsa denūtiatione cadit, qui falsa denūtiat: veluti executor, aut commissarius, qui falsa exe- 7  
 quitur, aut falsa renuntiat, vt in l. lege Cornelia cauetur. §. fin. ff. eod. ad l. e. Corne. de falsis. Huc faciunt, quæ traduntur per Doct. in l. j. §. incidit, ff. ad S. C. Turpilianū. Testis tverò, qui falsa testatur seu dicit, vel tacet veritatem, vel aliquid accepit, ne ferat testimonium, punitur aut criminaliter aut civiliter, iuxta qualitatem facti, l. j. in princip. & §. j. & l. falsi pœna, ff. ad l. Cornel. de fals. Etiam si falsum suum depositum nullum fortiatum effectum, per lecta & notata in c. j. extr. de cri. fals. Sin † ob falsum ipsius testimonium, res producat ad actū, adeò vt ob fidē ipsius quis cōdemnetur ad mortem, is tūc falsarius testis non solum puniendus est, vt denūtiator, vel testis falsus, sed vt proditor, & vt homicida, vt supra memoratum est cap. de homicidio. Pari † ratione testis, qui coram commissario aliter deponit, quàm res contigit, & quàm publicè in plateis notū est, imò seors, & cōtrario modo, quàm prius in plateis, & coram se producturo locutus, & professus ac testatus est, is non solum puniendus est vt testis falsus, sed etiam vt deceptor, & vt mentitor noxius, ad discretionem & arbitrium iudicis, pro qualitate facti. Præterea, signa † ex his,

his, quæ diximus pœnam fal-  
 si testis esse triplicẽ, quia tres  
 lædit: primò Deum, pro quo  
 imponitur pœnitentia: secun-  
 dò Iudicem, propter eà sit in-  
 famis tertio proximum, con-  
 tra quem testificatur, & puni-  
 tur pro modo lætionis. d. c. j.  
 8 Postremò, quisquis falsò iu-  
 dicat, & ex malitia, vel mune-  
 re corruptus falsam fert sen-  
 tentiam, is puniendus est de  
 crimine falsi, & falsarius de-  
 clarandus, atque ampliori pœ-  
 na insuper mulctandus, iuxta  
 qualitatem & circũstantiam  
 personæ iudicis offendentis,  
 & personæ offensæ, atq; etiã  
 magnitudinem damni ex ea  
 falsi sententia consecuti, l. j.  
 §. sed et si quis, versicu. & qui  
 iudicem. ff. eod. ritu. de falsis.  
 tenereturque homicidij, si ho-  
 micidium sequatur, quemad-  
 modum suprã meminimus  
 in cap. de homicidio.

### De falsitate scri- ptorum.

CAP. CXXII.

S V M M A E.

- 1 Falsitas in scriptis committitur  
 multi & varijs modis.
- 2 Quando falsitas in scripto di-  
 cenda est.
- 3 Falsarius scriptor, sigillator, fal-  
 sarius chirographi effector pu-  
 nuntur exilio & infamia, &  
 nume. 4.
- 4 Scripta vitians in principem ec-  
 clesiam, puniuntur perpetuo exilio.
- 5 Scriba ad Principẽ scribere ius-  
 sus & non faciens, puniuntur am-  
 putatione manus, aut exilio per-  
 petuo.
- 6 Pœna falsa scribentis, ex mali-  
 tia, ignorantia, & instantia, vel  
 inertia. nu. 8. 9.
- 7 In omni falsitate plectenda re-  
 quiritur offensio, & damnum  
 proximi.
- 8 Falsarius licet non nocens, puni-  
 tur aliquando arbitrariẽ.
- 9 Falsè sigillum effingens, puni-  
 tur amputatione manus.
- 10 Rasura falsitatis crimen est.
- 11 Rasura maxime ledit in dati,  
 summi, numeris, locis, nominibus  
 commutandis.
- 12 Rasura, illatinitas, lingua pere-  
 grina, innoxia, nullum falsitatis  
 crimen agnoscit.
- 13 Rasura, illatinitas, lingua alia,  
 veritatem corrumpens, aut sen-  
 sum mutans, aut substantialia,  
 falsitatem habet. nu. 17.
- 14 Falsificans literas principis ex  
 Cancellaria, vel ex alio Consilio,  
 puniuntur per magnum Consilium.
- 15 Aliorum aperiens literas, puni-  
 tur arbitrariẽ.
- 16 Assumptas literas nõ deferens,  
 falsitatem committit.



LITIA præterea  
 falsitatis spe-  
 cies est, quæ ad  
 scripta adule-  
 randa & cor-  
 rumpenda progreditur. In  
 scriptis



- 1 † Scriptis enim falsitatis crimen committitur variis modis: veluti falsa componēdo, minutando, in mūdum (vt loquuntur) redigendo. Itē, instrumenta, registra, rationes, acta, libellos, contestationes, cautiones, chirographa, epistolas, scienter & dolo malo in fraudē alterius lædendo, corrumpendo, mutādo, adiiciendo, demendo, radendo, delendo, abolendo, falsē subscribendo, falsa sigilla appēdendo, aut dolosē aliorū chirographa effictē imitando, aut certē scripto commissa falsē enarrando: quæ omnia puniuntur l. Cor. de fals. vt in l. j. l. qui testamentum. l. Paulus, & l. quid sit falsum, cum aliis. ff. ad le. Corn. de fals.
- 2 quibus omnibus † tum rem scriptam dicimus falso vitiatam esse, quando ea contra veritatem est confecta, aut quando aliter se scriptum vel sigillatum habet, quā veritas requirit, ita vt ob talē falsitatem aliquis detrimentum
- 3 patiat. Hoc crimen grauius puniunt. Nam quisquis notarius, tabellarius, secretarius, scriba, grapharius, commissarius, aliqua instrumenta edicta, pronūciata, sentētiā, aut scripta perperam, & malē falsoque scribit, excipit, aut mutat, aut adiicit aliquid, aut aliquid demit, id-

que studio & ex industria, ita vt ob eam falsitatem aliquis detrimentum patiat, is falsarius quisquis fuerit. plectendus est exilio, & declarandus infamis, & indignus postea omni publico munere, & dignitate publica fungi, cum publicatione bonorum, si liber est: si seruus, vltimo supplicio, l. j. §. fin. & ibi Bart. & Hippo. ff. ad l. Corn. de fals. & §. item lex Cornelia. Institut. de pub. iudic. Eadē quoque pœna multādus est, quisquis suo chirographo aut sigillo aliquid falsi cōfirmasse probatur, l. Lege Cor. testamentaria. ff. ad l. Cor. de fals. Nec vllum est constituendū discrimen, an ea scripta sic adulterata publica sint, an priuata: quū de vtrisque dicta falsificatio eque intelligatur, per lecta & notata in l. damus licentiam. C. ad le. Corn. de fals. Quisquis autem Scriba, † aut Notarius vlla scripta falsitate vitiat in perniciem & damnū Ecclesiæ, is dānandus est exilio perpetuo, vt supra.

6 Quisquis porro † notarius, Secretarius, Scriba, aut similis, data opera & ex malicia cessat ad Principē scribere, quæ à Magistratu, aut Superiori suo in mandatis habebat scribenda, ita vt ob eam malitiosam obliuionem & negligentiam, Princeps damnus aut

inter

interesse patiatur, aut iacturā aliquam faciat, is neglector seu potius contemptor suæ cōmissionis, puniendus est amputatione pugni seu manus, ut multi autumant. Alij verò sunt, qui eundem puniri volunt generali punitione falsitatis, nempe perpetuo exilio, seu pœna irrevocabilis exilij, cum confiscatione omnium bonorum, dicta l. j. §. fin. & l. iubemus. ij. §. his tabellonibus. in fin. C. de sacrosanct. eccl. ¶ Si verò falsa quædā cō-

7 scripserit, è quibus Princeps aliquid cōsequeretur incommodi, & præiudicis: is (si talis falsitatis, & incommodi primam occasionem dederit, & autor fuerit) puniendus est amputatione manus, per cap. Imperialem. §. scriba. de prohib. alie. seu. per Feder, quod sic habet: Scriba verò, qui hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officij cum infamie periculo, manum amittat: aut (ut multi

8 censent) incendio. Sin † falsa iam dicta quis conscripserit ignoratè, illius falsitatis nullam causam præbēs, nec eam primò aut inveniens, excogitās, aut primam occasionem præbens, sed ob instantiam & gratiam alicuius tantū cōscribens, quasi prece, aut præmio, aut favore conductus & permotus, is tum non puni-

tur modis suprā memoratis, sed tantum confiscatione bonorum. Sic Notarius, Scriba, aut Grapharius, qui ex imprudentia, negligentia, aut inertia (non ex malitia) falsitate scripturæ suæ vllum in damnum aliquod deducit, cuius negligentia sua in culpa est, is non punitur criminaliter, sed tantum civiliter, hoc est tanti damni restitutione, & reparatione omnium detrimetorum inde orientium, Adde† si ex sua autoritate tantum literas aut instrumenta conficiat, quæ nihili nulliusque sunt valoris, quæq; in formulis aut substantialibus peccant & deficiunt: is (quoniam culpavacat) indēnis est, & nullo modo puniendus: nulli enim tales literæ obesse possunt, gl. ordinaria & ibi Doctoro. in l. damus, C. ad le. Cor. de fals. Bartol. in l. j. §. qui in rationibus. eo. tit. quibus servit quod voluit Bal. in l. voica. in viij. colum. C. de cōfess.

10 Quocirca hic notanda est in maternis falsitatis regula certissima, quod nunquam vita punitur falsitas (in quacunque etiam specie committatur) nisi inde aliquod conflagret damnum, præiudicium, iniuria, aut dedecus alterius. Bald. in consilio suo xij. incipit. Filius. in iij. vol. Potest tamē ipse † peccator & autor falsi-



sitatis extraordinariè puni-  
 ri, ob suam malitiam & fal-  
 sitatem commissam, quæ natu-  
 ra talis est, vt ex ea detri-  
 menti, infamiz, aut iniuriæ  
 quid oriri potuisset, tamen si  
 non euenerit: id enim nõ sibi  
 suæque prudentiæ aut boni-  
 tati ascribendum fuerit, sed  
 fortunæ, imò Deo omnia suo  
 arbitrato disponenti. **Qui-**  
**12** **quis** † porro alienum chiro-  
 graphum aut sigillum calli-  
 dè & dolosè effingit, ita vt  
 hinc aliquis vllum patiatu-  
 r incommodum, ac detrimen-  
 tum, vel corporis vel vite, aut  
 bonorum, is multorum iudi-  
 cio puniendus est amputa-  
 tione manus seu pugni. Se-  
 cundum consuetudinem ve-  
 rò, palàm ac publicè instal-  
 landus est, & subrigendus in  
 pelorinum seu in meastrum:  
 ac inde extra ditionè seu ter-  
 ritorium, aut etiam prouin-  
 ciam eiiciendus, id est, exilio  
 damnandus, aut aliàs iuxta  
 conditionem prælatamque  
**13** delicti plectendus. **Qui** † &  
 rasura præiudicat, ac falsita-  
 tis crimen in se complecti-  
 tur, potissimum quoties ob-  
 eam subuertitur aut confun-  
 ditur veritas, quod facile fit  
**14** in datis, in summis, in nu-  
 meris, in locis, in nominibus  
 cõmutatis, unde viciat detri-  
 menti aliquod cõfurgit. Ve-  
**15** rum tẽa rasura, aut literarum

syllabarumve in literis, aut li-  
 bris omisio (idè censendum  
 est de illatinitate, & alia  
 uis barbara lingua) nullam  
 efficit falsitatem, nisi tẽcum ta-  
 li rasura, omisione, aut illa-  
 tinitate, aut cum accita alia  
 lingua, veritas prior, hoc est,  
 substantia prioris orationis  
 & sensus ipse prior corrup-  
 peretur, & in malum vertere-  
 tur. Sic etiam rasura illa quæ  
 cõmissa est in narratione fa-  
 ctorũ, reddit instrumentũ &  
 literas falsitatis suspectas,  
 quod nõ efficit ea rasura, quæ  
 fit in narratione Iuris. **Qui-**  
**17** **quis** rasuram admittit in lite-  
 ris Principũ, easque † corripit  
 aut falsificat, quæ ex ipsius  
 promanant Cancellaria, is  
 puniendus est per magnũ suum  
 Cõsiliũ, & multat: omnes in-  
 de manãtes ipsius sunt Can-  
**18** cellarij. Si verò illat Principũ  
 literæ proueniãt rasuris adul-  
 teratæ, aut aliàs falsificata ex  
 aliis suis Cõsiliis, idem hoc  
 Cõsiliũ talis falsitatis ac  
 rasuræ noticiam, inquisitio-  
 nem, & punishmentem sibi assu-  
 meret, & multet: ipsius essent  
**19** Principis. **Qui** quisque præter-  
 eã alterius resignat aut reclu-  
 dit improbè literas, eas legit,  
 aut legendas tradit, conten-  
 tãque aliis prodit, ob quod  
 vel scriptor, vel is ad quẽ scri-  
 buntur literæ, aliquid detri-  
 menti, damni, aut verecõdiæ  
 patit

pa  
 mi  
 20 tr  
 cu  
 e  
 red  
 cõ  
 cip  
 de

I

1 Fa  
 me  
 nom  
 pec  
 teis  
 nib  
 2 Fa  
 me  
 du  
 rus  
 3 Ce  
 4 Ce  
 5 Ex  
 mer  
 crep  
 hic  
 7 Sc  
 qu  
 pos  
 tie  
 8 Cõ  
 pã  
 9 In  
 cien  
 des

- patitur, is certè falsitatè com-  
mittit, & puniendus est arbi-  
trariè. † Qui itè tabellas ali-  
cui deferendas assumpsit, nec  
eas fideliter reddit, aut non  
reddidit falsum, indubiè etiam  
cõmittit. l. Titio. ff. ad muni-  
cipal. & l. j. ff. ad legem Corn.  
de fals. & ibi Bartol.

De falsitate per abu-  
sum.

CAP. CXXIII.  
S V M M A E.

- 1 Falsitas per abusum fit in falsis  
mensuris, ponderibus, mercibus,  
nominibus, Titulis, dignitatibus,  
pecuniis, monetis aureis, argen-  
teis, literis, syngraphis, reuelatio-  
nibus, puerorũ suppositiõibus.
- 2 Falsitas mensurarum, ponderũ,  
mercium, puniatur restitutiõne  
dupli, exilio, & ieiunio 30. die-  
rum, Canonice.
- 3 Cereales cur apud Rom. creati.
- 4 Cerealiũ officium & utilitas.
- 5 Ex falsis propolis, ponderibus,  
mensuris, mercibus magnum ac-  
crescit reip. dispendiũ. Et pena  
hic statuta, n. 6.
- 7 Scienter emens aut vendens quic-  
quam iniustum mensura aut  
ponderis, puniatur dupli restitu-  
tione, & relegatione.
- 8 Commodans iniquas mēsuras vel  
pōdera, tenetur restitutiõne dāni.
- 9 Iniquas mēsuras aut pōdera fa-  
ciens, locans, conducēs, aut ven-  
dēs, tenetur restitutiõne damni.
- 10 Assumpto, falsoque dignitatis  
titulo fallens, puniatur vt falsari-  
us arbitrariè.
- 11 Nomen suum mutans loco, vt se  
liberet, aut vt amicũ defendat,  
aut hestè fallat, extra crimē est.
- 12 Argentarius argentea sua rē-  
tians, meueudus est suo opifício.
- 13 Vendens aurichalcũ pro auro,  
electrum pro argento, falsifica-  
tos pannos, mouendus est suo opi-  
fício, & merce priuandus. n. 14.
- 15 Principũ monetam falsificans,  
puniatur vt falsarius, & vt tra-  
ditor. n. 17.
- 16 Falsi monetarij puniuntur ex-  
tremo supplicio.
- 18 Moneta, Principũ est, & reip.
- 19 Secreta iuridicè commissã reu-  
lans, puniatur pena falsi.
- 20 Falsis se defendens literis, puni-  
tur pena falsi.
- 21 Suspectũ se defendēs literis, nau-  
tizare debet.
- 22 Falsos supponens pueros, puni-  
tur pena falsi, pelorino, vel sen-  
tentia arbitraria.
- 23 Falsitas sepe iterata, puniatur  
grauius.



**FALSITAS**  
per abusum  
† ferè fit in mō-  
surando, pōde-  
rando, & mer-  
cando. Quisquis igitur falsi-  
tatem cõmittit, malitiõsè &  
fraudenter abutendo falsis  
mēsuris, libris, pōderibus, sta-  
teris, bilancibus adulterinis,  
spec



speciebus, aut aliis mercibus deprauatis seu corruptis, eaque ceu iusta vsurpado, & exponendo, is iuxta leges ciuiles † puniendus est duplo, ac relegatione siue exilio, l. penul. ff. ad le. Corn. de fals. vbi Modestinus l. C. ait, Si venditor mensuras publicè probatas frumenti, viui, vel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, dolove malo fraudem fecerit, quanti ea res est, eius duplo cõdemnatur: Decretõque Diui Adriani præceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera & mensuras falsificassent, & in l. annonam, §. si. ff. de extraord. criminib. Salomon in Prouerbijs inquit: Pondus & statèra, iudicia Domini sunt. Aduersus igitur Dei ordinationem, ac iuxta ciuilem Magistratum delinquit, qui pòdere & statèra abutitur. Quocirca † ne hac in re faciliùs peccaretur, duo olim Aediles apud pop. Rom. à Iulio Cæsare creati sunt, qui Cereales appellabàtur. Hi cibariorum & mensurarum habebàt rationem, auctorib. Feneffella & Halicarnasseo. Deinde officium ipsorum erat (vt scribit Satyrus) De mensura ius dicere, vasa minora frangere, &c.

4 Considerabant enim † hanc curam politicam (& certè res ita se habet) & istarù rerum

diligentem obseruantia, plurimum vtilitatis ad tempus, augendam & conseruandam cõferre. Eam verò curam neglectã, reipublicæ bono plurimum officere, & detrimento esse. Quocirca optarim hanc curam (Romanorum exẽplo) omnibus nostris Magistratibus in primis esse cordi, & curã: vt in his ponderibus, ac mēsuris, paulo omnes essent oculatiores. † Nã quã in his æquo plus videamus eorum torpore diligentiam, passim etiam cõspicimus in nundinis publicis, apud cauponas, & myropòlas grandè ponderum & menturarum abusum sine fronte & metu legum, callidum talibus abusibus committentes furtum. Atque hinc præterea popularè suum quæstum venantur, aliisque mille similibus technis & excogitatis modis temp. opprimunt, & rerum omnium carissimam annonam per Magistratum somnolentiam inferunt, sicut l. C. Paulus ait in Dardanarios, propter falsum mensurarum modù, ob vtilitatem popularis annonæ, pro modo admissi, extra ordinem vindicari, l. in Dardanarios. ff. de pœnis. & facit l. annonam attentare, per totum, ff. de extraord. criminib. l. si mensor. in si. ff. si mens. fals. mod. dix.

Secun

Secundum Iura verè Canonica, <sup>6</sup> <sup>ca.</sup> <sup>†</sup> punitur inedia & ieiunio, <sup>spatio</sup> triginta dierum in pane & aqua, c. vt mensuræ. ext. de empt. & vendit. Ex cōsuetudine verò punitur ea multa, quam leges municipales ad hoc crimen statuerunt. <sup>7</sup> Quisquis <sup>†</sup> autem emit aut vendit quicquam sciens volensq; iniqua mensura, aut iniusto pōdere: is crimen furti committit, & punitur restitutione dupli, necnō relegatione, seu exilio, l. penul. & l. annonam, §. si. prætatis. Sic <sup>8</sup> qui <sup>†</sup> sciens velensque cōmodatō alteri dat iniquam mēsurā, aut pondera iniqua, siue adulterina, ad aliquem fraudandam, tenetur & obligatur ad reparationem damni personæ fraudatæ. Ideoque damnandus est restitutione omnium damnorū ex iis factorum. Simili <sup>†</sup> quoq; reparatione tenetur quisquis iniquas mensuras, itatēras, bilances, aut pondera conficit, vendit, aut locat, siue ipsi de iniquitate constiterit, siue nō. De mensurarum enim suarum & equitate & iniquitate prius cognoscere debet, antequam eas aliis tribuat. Paria enim sunt in Iure, scire, & scire debere, vel scire posse, l. qd̄ te. ff. si cert. peta. notatur per gl. in l. qui cū alio contrahit. ff. de regu. iur. in fin. in verb.

eius. dum dicit parē esse culpam scire, & scire debere. & ibi Phil. Decius. Quin etiam puniendus est de falsitate, suprā citatis iuribus. Falsa enim mensura non est mensura, ac falsum pondus, nullū censendum est pondus, sicut adulterinus numus, aut falsus, nullus est numus. Paria enim sunt, nō soluere, & soluere reprobos numos. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. quemadmodum paria sunt, non satisfdare, vel non idoneē satisfdare, l. quotiens. ff. qui satisfda. cogan, & paria sunt, non facere, & non debitē facere. Pro his videbis tractatum eximij Doctoris Ioannis Regnandi, de mensuris, & cuius autoritate possint fieri. Alium quoque hīc falsitatis abusum attēde, qui ferè in officiis vsu venit. Quis <sup>10</sup> quis <sup>†</sup> enim sese abutitur in falsis ac mentitis officiis, aut sibi ipsi alios titulos dignitatum, & officiorum assumit, quā habet: aut qui se gerit pro alio commissario: aut se certa quādam in mandatis habere iaciāt à Principe: atque hæc omnia falsè & cōtra veritatem, vt hac mentira fide, imò falsitate excogitata alios facilius fallat: is crimen falsi committit, & puniendus est, vt mentitor extraordinariē, cum reparatione damni,



eos. §. fin. ff. ad leg. Corn. de  
 falsi. Si autem hæc fecisset mu-  
 nere, pecunia aut precio cor-  
 ruptus, puniendus esset, vt  
 falsarius poena falsi. l. j. §. sed  
 & si quis ob renuntiandum.  
 ff. ad leg. Corn. de falsi. Si quis  
 præterea falso abutatur, &  
 arroget sibi falso titulū mili-  
 tis, aut equestris ordinis, aut  
 Doctoris, aut notarij, is falsi-  
 tatis crimen committit, d. l.  
 eos. §. fin. Sicut itē ij, qui alio  
 rum insignia, arma, aut titu-  
 los pro suis vsurpant: qui om-  
 nnes plectendi sunt poena  
 falsi, d. l. eos. §. fin. Quisquis  
 nomen, cognomen, aut præ-  
 nomē suum mentitur, aliud-  
 que falso sibi vsurpat, vt hoc  
 mentito nomine, cognomi-  
 ne, vel prænomine alium cir-  
 cunueniat & fallat, atque ex  
 eo sequatur proximi detri-  
 mentum vel impedimen-  
 tum: is puniendus est poena  
 falsi, aut arbitrariē, iuxta  
 qualitatem & circūstantiam  
 facti, & ad prudentiam & dis-  
 cretionem Iudicis, l. falsi no-  
 minis. ff. ad legē Cornel. de  
 falsi. & l. vnica. C. de muta. no-  
 minis. † Sed hanc censuram  
 non meretur, quoties nomen  
 suum commutat, aut ioco,  
 aut vt sese ita tutius ex ali-  
 quo periculo liberet, aut sibi  
 citra alterius detrimentum  
 profit, non autem ex mali-  
 tia, & lædendi libidine. vni

cuique enim permissum est  
 suum nomē commutare pro  
 suo arbitratu, sine fraude,  
 hoc est, si hinc nemo vllum  
 detrimentum patiat, d. l.  
 vnica, C. de mutat. nominis.  
 Quandoquidem (vt dictum  
 est) aut pro defensione pro-  
 pria, aut pro defensione ami-  
 corum, aut ad fallendos ho-  
 stes, aut certo ioco aliud no-  
 men falso assumere licet, ci-  
 tra vllum crimen, aut cul-  
 pam. Sicut qui in theatris  
 stultorum, morionum, aut  
 aliarum personarum nomi-  
 na sibi assument. Argētarius  
 † autem, qui aurea seu argen-  
 tea sua peiori valore & pre-  
 tio & substantia viciat, & non  
 æquat iuxta statuta seu ordi-  
 nationes Principis sui, vel ci-  
 uitatis suæ, is puniendus est  
 vt falsarius, & suo mouen-  
 dus opificio, veluti eo tra-  
 ctando & exercendo indi-  
 gnus. Similem quoque † pœ-  
 nam subeat, necesse est, quis-  
 quis aurichalcum vendit pro  
 auro, aut electrum pro argē-  
 to. Simili ratione textor † aut  
 mercator pannarius, qui fal-  
 sa sigilla suis appēdit pannis,  
 aut falsam panni tincturā vō-  
 dit pro bona, aut aliam quā-  
 uis falsitatem in panno dolo  
 se immittit contra iuramen-  
 tum suum, cōtra leges, regu-  
 las, & statuta sui opificij &  
 ciuitatis, in qua suam artem  
 exerc

exercet: is puniendus est vt  
 fallarius, & sua priuandus  
 negotiatione ac opificio: &  
 ipsi panni præfati ita falsifi-  
 caci nonnunquam igni con-  
 sumuntur: aliquando in va-  
 rias diuersasque partes disse-  
 cantur, & scinduntur. Nu-  
 15 mularij seu † monetarij ac  
 monetales, aut quicumque  
 etiam argentarij, Principis  
 monetâ falsificantes & adul-  
 terantes, non solum vt falsa-  
 rij, sed etiam vt traditores 18  
 puniendi sunt: vt sunt illi quo-  
 que, qui numos aut rasura,  
 aut circuncisione, aut tinctu-  
 ra, vel aqua forti vitiant &  
 leuiore reddunt. Hi si liberi  
 sunt, bestiiis subiiciuntur: & si  
 serui, vltimo supplicio da-  
 16 mntur. Idemque de iis † qui  
 falsam monetam percusse-  
 rint, l. qui falsam. ff. ad leg.  
 Cornel. de fals. vel adulteri-  
 nos numos confluauerint &  
 fecerint, puta plumbeos vel  
 stanneos, d. l. qui falsam, & l.  
 quicumque. & l. lege Cornel.  
 testamentaria. ff. eod. titu. ad  
 legē Cornel. de falsis. Huius  
 criminis pœna abundantius  
 etiam à nobis explicata est  
 superius, in cap. de monetæ  
 adulteratoribus. Nec absi-  
 17 mili † ratione censendum  
 etiam est de iis numularijs,  
 atque etiam de illis pestife-  
 ris mercatoribus (verius hac  
 nostra tempestate vsurariis)

quos nunc cōmuni vocabulo  
 finâriarios vocât: qui studio,  
 & ex auaritia iusti ponderis  
 numos seponūt: eos clam cir-  
 cuncidunt, radunt, tingūt vel  
 effingunt: & postea eos leuio-  
 res seu falsos effectos, in vul-  
 gus emittunt, crimen falsi  
 etiam committunt, & puniē-  
 di sunt admodum graui-  
 ter, quoniam rempub. depredan-  
 tur, ac furantur. Impossibile  
 enim est numos omnes cu-  
 18 dere eiusdem ponderis. † Et  
 moneta spectat ad populum  
 generaliter, & ad nullos par-  
 ticulariter, id est, numi le-  
 uiores applicandi sunt prælo  
 aurario siue argentario,  
 quod est vulgi & totius est  
 reipub. aut Principis: non au-  
 tem numulariorum, aut ali-  
 cuius particularis personæ.  
 19 Itē † Aduocati, Procuratores,  
 Tutores, Curatores, Orato-  
 res, Secretarij, Scribæ, Gra-  
 pharij, atque id genus simi-  
 les, qui secreta dominorum,  
 pupillorum, adulatorum, ma-  
 gistrorum suorum pandunt  
 & propalant: Aut qui instru-  
 menta, literas, aut informa-  
 tiones ostēdunt partibus ad-  
 uersariis, ij puniēdi sunt (quia  
 falsarij) pœna falsi, l. j. §. is,  
 qui deposita. & ibi Bartol. &  
 scribentes. ff. ad leg. Cornel.  
 de fals. l. si quis aliquid. §. in-  
 strumenta. ff. de pœnis. Præ-  
 20 terea, † quisquis C. de & volēs



uitur, & se defendit falsis literis, & instrumentis in iudicio, is quoque puniendus est <sup>23</sup> pœna falsi: sed non tam enormiter, atque is, qui eas literas confecit ac falsificauit, argu. l. falsi. §. ordine, ff. ad l. Cornel. de fals. D. Hippoly. de Marfil. in l. eiusdem. in principio. & in l. fin. ff. ad l. Cornel.

<sup>21</sup> de sicar. Nota, Si quis † Reus à creditore pertractus in iudicium sese defenderet, & expurgare niteretur syngraphis, vel obligationibus falsificatis suspectis, iudex eundem Reum, eo casu constingeret consignare seu (vulgò) nantizare: atque tum de falsitate cognosceret, & inquisitione faceret, idque iuxta stylum quarundam curiarum; atque omnes literas & omnia instrumenta, quæ ipse certò comperit esse falsa, sibi assumit &

<sup>22</sup> seruat, ignique tradit. † Prætereà, mulier quæ falsitatem comittit in suppositione vel commutatione partuum, siue puerorum, vnum partum aut puerum supponendo alterius partus seu pueri loco, ea punienda est pœna falsi, & statuenda in pelorino siue maestro, hoc est, in loco aliquo editiori, vbi infamiae & dedecoris gratia, omnibus deridenda proponatur: deinde alia pœna iudicis arbitraria. l. qui falsam. & l. lege Cor

nelia testamentaria, ff. ad l. Cornel. de falsi. Postremò, vbi frequens huiusmodi deprauatio & falsitas increveret, augeturque, vel morte etià multari posset, frequentatio enim delictum auget, iuxta vulgatissimam ac tritissimam l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœ. vbi Claudianus dicit, nonnunquam euenire, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus sit. Quod quidem etiam idè faciendū est, autore Vlpiano I. C. l. si quis fortè. §. si quos, ad ff. de pœ. vt ex èplo deterriti, minus delinquant ceteri, l. si quis seruo. in ff. C. de furt. & l. j. C. ad l. Iul. repetun. vbi sic text. habet, vt vnus pœna, metus posset esse multorum.

### De falsitate per silentium.

C A P. CXXIII.

§ V M M A E.

- 1 Non obstitentes malo, crimen incurunt.
- 2 Testamenta vel Codicillos combures. suppressens, occultans, puniuntur pœna falsi, exilio, & restitutione damnorum.
- 3 Aliorum literas suppressens, puniuntur reparatione danorum omnium.
- 4 Libros mercatorum falsificans, comburens, radens, lacerans puniuntur

- nitur pena falsi, & restitutio-  
ne damnorum.
- 5 Testis veritatem rogatam sub-  
ticens, punitur pena falsi.
- 6 Actio falsi nulli intenditur post  
viginti annos.
- 7 Omnis falsitas ex Iure olim pu-  
niebatur exilio, & confiscatione  
honorū, hodie verò punitur tan-  
tū exilio.
- 8 Falsitatis punitio ex quorūdam  
consuetudine.
- 9 Punitio in facie, detestabilis.
- 10 Principis generalis remissio, o-  
mnem excludit falsitatem.
- 11 Falsarius negatur remissio cum 3  
ingressu Principis.
- 12 In falsitatis crimine iudicādo,  
magna habenda est observatio.
- 13 In falsitate, tā reo, quā actō-  
ri permittenda est probatio.



**S** I C V T in foro  
conscientiæ nō  
solum peccāt,  
qui actu rē ve-  
ritatē & illicitam  
perficiunt, sed etiam ij,  
qui aut factoribus consen-  
tiunt, aut vllum subsidium 4  
præbent: Imò qui iniquis fa-  
ctoribus non omnibus mo-  
dis, quibus debent, obstitunt:  
& nefarium ausum, quātum  
in se est, non voce, ac delatio-  
ne impediūt: Ita in foro quo-  
que civili criminis Reus est,  
qui falsitatem celat, premit,  
abscondit, ac tacet, & crimini  
fit obnoxius. Quisquis igitur  
1 a falsicius testamentum aut

codicillos, aliāsque literas si-  
miles testamentarias com-  
burit, supprimit & occultat,  
ita vt ob hoc veritas testamē-  
ti ac codicillorum vim paria-  
tur, & in apertum non veniāt  
cuius causa aliquis detrimen-  
tum patiatur, is falsum com-  
mittit, puniendusq; est poena  
falsi, & exilio, & restitutione  
interesse in conscientia. l. eū  
qui. C. ad l. Cor. de fals. l. qui  
testamentum. l. Paulus, & l.  
impuberem. §. qui codicillos.  
ff. eod. tit. Id autem non est in-  
telligendum de iis, qui falsas  
qualis literas, aut instrumē-  
ta referunt, & occultant: hi  
enim tantum ad restitutionē  
damni puniendi sunt, non au-  
tem criminaliter: nisi certē  
ex destinata malitia huiusmo-  
di literas occultarent, ne scili-  
cet veritas vnquā emergeret;  
in hoc enim casu falsitatem  
cōmitteret, & puniendus esset  
poena falsi, l. eum qui. l. qui te-  
stamentum, & l. Paulus. præ-  
narratis. † Quisquis itē viciat,  
corrūpit, & falsificat liberos  
mercatorū, aut eos cōburit,  
aut ex iis paginas vel quater-  
niones excipit, aut quēdā sub-  
stantialia litura quadam vel  
rasura tollit, & veritatem ob-  
scurat, ne fides mercatoris, &  
veritas alijs innotesceret, is  
crimē falsi committit, & ple-  
ctendus est & falsi poena, &  
restitutione omnium damnō



rum, argu. d. l. Paulus. Testis  
 5 item in iudicium aut † apud  
 Commissarium accitus, ibiq;  
 veritatem quaesitum nō clarē  
 & plenē iuxta interrogatio-  
 nem factam deponens & con-  
 restans, aut eam tacens, is quo  
 8 que crimen falsū committit:  
 ob quod similiter pœna falsi  
 puniendus est, l. j. §. sed & si  
 quis ob renuntiandū, ff. ad l.  
 Cor. de fals. Bar. & Bald. in l.  
 9 Presbyteri. C. de Epif. & cler.  
 & Hippo. de Marfil. in l. si in  
 rixa. num. 9. ff. ad l. Cor. de si-  
 6 car. Hanc autem † actionem  
 falsi, de qua iura loquūtur, in-  
 telligas oportet, non durare  
 vltra viginti annos, ita vt ne-  
 mo eam alteri intendere pos-  
 set post annos viginti, singu-  
 lari l. querela. ff. ad l. Cor. de  
 fal. Atq; hoc summopere ob-  
 seruandū est, quod amicis ali-  
 quando liberandis esset tam  
 accommodum. Hactenus de  
 quinque falsitatis speciebus  
 7 factis dictū sit. In quibus † ge-  
 neralē punitionē obserues  
 velim, & nunc recentē, & con-  
 suetudinariam. Generaliter  
 enim olim omnis falsitas iux-  
 ta antiqua iura puniebatur  
 perpetua deportatione siue  
 exilio, & præterea omnium  
 bonorū cōfiscatione, l. j. §. pœ-  
 na falsi. ff. ad l. Cor. de fals. Se-  
 cundū verò iura recentia, fal-  
 sitas tantūm punitur depor-  
 tatione siue exilio, nulla autem

bonorum proscriptio, ve-  
 in Auth. vt nulli ludicum, col-  
 la. ix. §. fin. Sed hīc consideran-  
 dæ sunt (vti in dictis quoq; ca-  
 pitibus demonstrau) variarū  
 ciuitatum variæ de falsitate  
 puniendæ rationes. Nam † Gā-  
 denses, Brugēses, Hyprenses,  
 & alij falsitatem puniunt pe-  
 lorino. & clauī cadenti in fa-  
 ciem iusta, & deinde exilio.  
 9 Sed † hanc faciei commacula-  
 tionem iura admodū abhor-  
 rent & detestantur: quòd fa-  
 cies humana ad formam &  
 imaginem Dei expressa sit &  
 condita, & quam Christus ser-  
 uator noster pro nostra salu-  
 te assumere dignatus sit, (vti  
 superius etiam cap. 110. latius  
 ostendimus) Alia præterea  
 sunt alii ciuitatibus falsitatē  
 puniendi rationes, quas hic  
 prudens prætereo, ne omnia  
 hic recēdere velle videar: hoc  
 tantūm in fine materiæ de  
 falsitate adiungere libuit: Fal-  
 sitatem † crimē esse enorme,  
 habens in se plus malitiæ,  
 quàm multi arbitrentur, vt  
 vel hinc patet, quòd falsita-  
 tem Princeps in suis genera-  
 libus remissionibus non ab-  
 soluat: Imò & si remissionē  
 condonasset, ac postea con-  
 staret de falsitate impetrant-  
 is, remissio esset inualida &  
 11 nulla. † Deinde etiam hinc  
 enormitas constat, quòd fal-  
 sariis negatur remissio cum  
 ingr

Ingressu Principum, quam tamen alij malefici & criminosi in talibus solēnibus ingressibus facilius impetrare solent. Barto. in lege, Lucius, in sine. ff. ad Senatuscon. Turpilia: Hippol. de Marfil. in l. si in rixa. numeris 12. & 13. ff. ad legem Cornel. de sicar. Et Boërius in suis decisionibus aureis, quæstione 2. 17. numero 23. folio 37. parte ij. qui contrariæ tamen parti inniti videtur. Postremo (cùm isthoc enim caput absoluero) in quæstione falsitatis (vt scribit Oldendorp. Regul. xx. de probationibus criminaliter accusando mota) acerrimam oportet fieri indagacionem, & argumentis, & testibus, & scripturarum collationibus, & aliis iterum similibus vestigijs ad veritatem commodè perducentibus. Nō enim iaculatori tantum probationis necessitas indicenda est, sed etiam Reo tota sua probatio permittitur, vt iudex constituatur medius. Sed hoc inter vtraque personam in talibus probationibus seruandū est, vt ex iusto & debito ordine fiant, hoc est, vt actor, & primò scripturam producēs: deinde Reus, & eam falsam arguens ad probandum admittatur. l. vt falsi. C. ad legem Cornel. de falsis. & l. finali. ff. eodem titulo.

## De diffamacione per libellos.

CAP. CXXV.

SVMMAE.

- 1 Furtū spirituale, est diffamatio.
- 2 Famosorum libellorū autores, puniendi sunt capitaliter.
- 3 Famosos libellos reperiens, vitatus est à damnatione capitis.
- 4 Famosos libellos euulgās de rebus capitalibus, & veris est innocuus.
- 5 Extra iudicium non licet aliquem accusare.
- 6 Autor libelli de re nō capitali, puniendus est compensatione iniuriæ, & fame.
- 7 Parū interest, an quis libellos famosos ediderit per se, an ex alio.
- 8 Libelli famosi de principibus, republ. & officarijs, deferendi sunt ad Magistratum.
- 9 Famosorum libellorum autores, iure Pontificio flagellandi.



VVM superius de furto reali ac materiali abudè tractastemus, furtum ibidē spirituale profusū omissum esse, hic demū occurrit: quare istud inuitili silentio hic præterire nolui, putans equidē præstare ipsum vel indigno loco vt cunquē explanare, quàm vbiuis locorū ommittere. Est itaq; † quoddam furtū spirituale, quo alterius famam maligno & infami scripto, aut



per sparsas literas siue chartulas diffamatorias, aut per cantilenas odiosas nefariè furamur: quas literas, aut scripta Latini libellos vocant famosos. Hoc crimen iura admodum detestabile habent, & exosum, adeo vt omnes qui  
 2 famosos † libellos, hoc est, schedulas dictas detractorias vel cantilenas aut dictant aut componunt, aut vsquam ad valuas affigunt, aut platearum vel spargunt, vel cantant, qui  
 4 bus alterius famosos nomen & famam conuellunt, lacerant, & nequiter, iniquè, præterq; culpam eripiunt, & quibus falsa spargunt: aut saltem talia, quæ stabili veritate nunquam probare potuerunt: Omnes (inquam) tales diffamatores publici, puniendi sunt capita  
 5 liter, & ultore gladio convicti secundum leges, l. vnica, C. de famos. libel. l. ob carmen, ff. de testibus. Nec dissimilis fuit sententiæ Cornelius Tacitus, lib. j. historiarum. † Quin  
 3 & eodem crimine reus tenetur, quicumque tales literas inuentas, aut diu seruatas, non lacerat aut comburit, sed eas profert in publicum. Nam contra ipsum suspicio est, quod ipse earum literarum sit autor, quodque eas, aut composuerit, aut componi iusserit, aut ipsemet sparserit, quas mox dissimulanter inuenire

voluerit: Aut quod in huiusmodi diffamationibus publicis, magnam voluptatem capiat, d. l. vnica, C. de famos. libel. Si tamè sese ab hac suspicionem eluere non possit, & suam innocentiam testibus fide dignis comprobare non possit, qui iuramento adstruerent eum easdem schedulas, aut chartulas in conspectu ipsorum reperisset, atq; ita repertas ipsis conspicientibus, & presentibus comonstrasse. Quisquis autem † famosos libellos aut componit, aut euulgat, aut spargit de rebus capitalibus & veris, aut quas veras esse, probare cupit: is non est in crimine, modo eam probandi præsentationem faciat in iudicio. Nam extra iudicium nulli † fas est, alterum iniuriis accusationibus vel diffamationibus impetere. In iis porro literis quæ nihil habent capitale, scriptor & dictator, & teulgator puniendus est de iniuria, & compensatione famæ, ad tantam summam, quantum diffamatus iurabit se cum nominis integri laceratione commutare nolle, deinde reparatione famæ cum contraria diuulgatione, hoc modo, vt qui prius diffamatione alterius læserat nomen, nunc contra eiusdem nomen laudibus efferat, prædicet & comendet, & per alios libellos

los  
 ref  
 tes  
 run  
 7 sis  
 me  
 bell  
 edi  
 te,  
 alte  
 mi  
 gen  
 fid  
 ma  
 fit.  
 dic  
 siue  
 cū  
 run  
 8 ter  
 bel  
 qui  
 aut  
 bu  
 qu  
 cul  
 pec  
 los  
 cre  
 vel  
 cia  
 9 qu  
 ran  
 be  
 cit  
 &  
 1 A

- los contrarios, vel sua cōficta 2 *Alea pueris indigna.*  
 restetur mendacia, vel offensi 3 *Aleis falsis ludens committit*  
 restetur innocentia. Nec mul 4 *crimen falsi, & furti. nu. 22.*  
 tum curandum est in famo. 4 *Aleator falsarius vt falsarius*  
 7 *sis libellis, imò nullū discrimen ponendum, an is tales li*  
 bellos, aut composuerit, vel 5 *Cum falsis aleis perdens, aut lu*  
 ediderit sua propria autorita 5 *crans, ius suum repetendi habet,*  
 te, aut instinctu vel persuasu 6 *& seruandi amittit.*  
 alterius. Deinde an fictis no. 6 *Omnis aleator perdit ius de re*  
 minibus diffamationē peregerit, an veris: modo per ea 6 *paratione iniuriarū vel damno*  
 ficta nomina, persona diffama 6 *rum, & omnium contractuum con*  
 mata innotescere, & lædi pos 8 *tingentium in ludo. nu. 7. 9. 10.*  
 sit. Deinde non excusat, siue 8 *Domus aleatoria debetur fisco.*  
 dicat se diffamatum nouisse, 11 *Et lusores, collusores, adstantes*  
 siue non nouisse. Hæc enim, 11 *participes, pecuniam aut tabulam dantes, pari pena plectendi.*  
 cū substantialia perstant, parum habent discriminis. Cæ 12 *Iuuenes ad ludum pellens, gra*  
 8 *terum quisquis famosos libellos reperit, aut acquirit,*  
 qui sunt de rebus principum, 12 *uiter plectendus est.*  
 aut reip. in generali, aut de rebus Officiorum, aliorumque gubernatorum in particulari, optime fecerit (nedum peccabit) si eos famosos libellos repertos prudenter, & secretò deferat ad Magistratus vel iustitiam, aut ipsius Officiarios, & nulli alteri: quam 13 *Quando iuuenes dicendi sunt ad ludum pertrahi.*  
 9 *quam tunc Pontificiū verberari tantum seu flagellari iubet, c. qui in alterius, v. q. j. facit l. diffamari, C. de ingenu. & manumiss.*  
 De falsis aleis.  
 CAP. CXXVI.  
 S V M M A E.  
 1 *Alea nulli non perniciosissima.*

- 14 *Alearū mala & pericula, & nume. 15.*  
 16 *Alea quatenus viris honestis permessa.*  
 17 *Omnes lusores pro graui pecunia, aut extraordinariè, aut exilio, aut multa pecuniaria, aut arbitrariè, plectendi sunt.*  
 18 *Actio de bonis repetendis per aleam perditis, est perpetua, saltem &c.*  
 19 *Restitutio facienda est victo, si is cognoscatur, fisco indignus, pauperi melius: si ignoretur victus.*  
 20 *Alearum vsus antiquissimus.*  
 21 *Aleator perniciēs & pestis est reipub.*  
 22 *Lusores vt plurimum falsas aleas interserunt.*



- 23 *Lusor tria legis praecepta violat, scilicet de honesta vita, de nullo ledendo, de unicuique tri buendo sua.*
- 24 *Ludus permittitur viri honestis, recreationis gratia, si sine dolo, & crimine.*
- 25 *Ad Aleatorum correctionem utilis admonitio.*
- 26 *Voluptuarij & ignavi ciues, sunt telluris inutile pondus.*
- 27 *Veterum seueritas in pellendis ciuibus inutilibus.*
- 28 *Alea &c. per Regem Franciae coërcita.*
- 29 *Ludi sagittarij quando in Francia privilegiati.*



**N**IMAD-2  
 uerti pij Lecto  
 res intervarias  
 illecebras, qui  
 bus multi po-  
 tissimum adolescentem illa-  
 queari consueuere, principa-  
 tum obtinere, lusum, prae-  
 puè alearum. Quam enim  
 I alea sit vorax, ac bonis mori-  
 bus inimica, multorum id  
 proditam est praelatis testi-  
 moniis, & nostris (proh do-  
 lor) satis conspiciamus oculis.  
 Ex ea enim videmus, multos  
 diuites, & re lauta bene na-  
 tos, peruenire ad summam re-  
 rum omnium penuriam & ege-  
 statem: à rebus latissimis, in  
 extremum luctum: à gloria,  
 ad ignominiosa dedecora: à  
 pietate & mente catholica, in 3

reprobum sensum, & tãdem  
 in blasphemiam: à fidelitate  
 & iustitia, ad furtum & rapi-  
 nas. Quocirca non abs re me  
 facturũ esse putavi, si hoc ca-  
 put de ludo aliquantò accura-  
 tius pertractarem: cum sit lu-  
 dus hic alearum & frequen-  
 tissimus, & republ. pernicio-  
 sissimus: tamen si sint qui aleã  
 excusent, & eidem indulgen-  
 dum esse velint, recreationis  
 animorum gratia: vtũt enim  
 eam excusant, plus tamẽ de-  
 decoris, impietatis, & perni-  
 ciei secum confert, quã in glo-  
 riã, pietatis, ac utilitatis.  
 Quod cernens Censorius Ca-  
 to, † pueris illico alearũ vsũ  
 interdixit: quidnis potius il-  
 lis permittens, ac trochorum  
 lusum prius commendans, vt  
 tali initio à malo seminario  
 sese tẽperarent: sperans ipsos  
 tanto fore in senectute à cor-  
 ruptis moribus alieniores, si  
 iuuentutem aleis nunquam  
 contaminassent. Quum igitur  
 hic alearum vsum abomi-  
 namur, maximè de falsis aleis  
 hic nobis loquendũ est, qui-  
 bus planè multis, ac imposto  
 res hoc tẽpore maximè gau-  
 dent & se exercent. Poterat  
 hoc caput (fateor) ad superio-  
 ra de falsitate non incõmodè  
 referri, sed quoniam tam est  
 generale & noxiũ, idèò seorsum  
 hic suo loco digestissimus.  
 His igitur † falsis aleis quis  
 quis

quis  
 min  
 crim  
 erit,  
 tit, q  
 Larb  
 not. f  
 furti  
 inter  
 & lu  
 enim  
 tam  
 & re  
 princ  
 4 hic  
 quoc  
 & vt  
 bitri  
 resti  
 cri,  
 para  
 semp  
 rubr  
 eauf  
 lion  
 nis n  
 5 crim  
 eauf  
 imò  
 qua  
 ider  
 luso  
 ipsu  
 vsq;  
 ider  
 & pe  
 net.  
 la te  
 quin  
 hab

quis vitur, ludit, & fallit, geminum crimē committit, & crimen falsi, & crimen furti: crimen quidem falsi committit, quod se falsa vtatur, arg. l. arbitrio, §. de eo, & quod ibi not ff. de dolo. Crimen verò furti committit, quod nihil intersit inter lucrū doloſum, & lucrum furtiuū: in neutro enim licet pecuniam acquiſitam & lucrataſi ſibi tenere & reſeruare, arg. l. falſus, in princip. ff. de furt. Quocirca hic falſus aleator † duplici quoque pœna plectendus eſt, & vt falſarius, & vt fur, ad arbitrium iudicis: ſemper cum reſtitutione eiufdem falſi lucrari, talibus aleis falſis comparati: quod ſolius vincentis ſemper ſit turpitudō. Bart. in rubr. C. de condi. ob turpem eaſ teneturque crimine ſtellationatus, cū certum criminis nomen non ſit. l. ij. ff. de crimi. ſtellationa. Quam † ob cauſam, qui huiuſmodi falſis, imò etiam æquis aleis quicquam perdidit, ei ius manet, idem perditū à lucrante collaſore repoſcendi: imò ab ipſius colluſoris hæredibus vſq; ad quinquaginta annos, idem repetendi ius peridenti & peridentis hæredibus manet. Nam in hoc crimine nulla temporis præſcriptio, niſi quinquaginta annorum locū habet, ſalubri & ſancta Au-

thent. alearū vſus, ibi, ſed ſolutum reddatur &c. & ibi, non obſtante niſi quinquaginta annorum præſcriptione, C. de religioſ. & ſumptib. funer. Porro, ſi nec luſor perdens, nec hæredes ipſius velent vnquam talem perditam pecuniā, aut opes à frauduloſo aleatore, aut ipſius hæredibus repoſcere, ipſe ſiſcus (qui in omni crimine, ſe male partarum opum hæredem conſtituit) contra aleatorem ex officio ageret, & perditas opes cum mulcta debita repoſceret, d. Authent. alearum vſus, ad finem. Quin tam abominabile iura habent † aleam (etiam ſi æquis, iuſtis, ac idoneis aleis aleator vtatur, d. Authent. alearum vſus, & ibi notat. & in Authent. interdicimus, C. de Epifco. & cler. & in corpore vnde ſumitur, in Authent. de ſanctis. Epifc. §. interdicimus, colla. 9. conſtitu. finali) & ſimiles ludos prohibitos, vt in ea luſoribus nullam poteſtatem faciant ab ſeſe mutuò iniuriarum illatarum, aut quorumuis etiā damnorum illatorum vindictam & reparationem poſſe requirere, l. j. ff. de alie luſu, & aleatorib. Deinde omnes † contractus, vt venditionis, emptionis, locationis, coductionis, mutui, permutationis, tranſactionis, aut ſimiles,



miles in eo lusu volunt esse irritos, inualidos, & nullos. Notat Bart. in l. si quis cum sciret, in fin. ff. de vsucap. pro emp. Nec lusor vendens in ludo, tenetur emptori de euitatione: nec etiam lusor perdēs, victori, quia ambo simul delinquent. l. si filiofamilias, §. si in alea. ff. quarum rerum act. non datur. & per Doct. in d. l. si quis cum sciret. Ipsa quoque domus, vbi falsā tractantur alea, imō vbi quævis exercetur ex consuetudine alea, ex iure cedit fisco: modò ea domus fuerit ipsius aleatoris. Similiter etiam si domus alterius fuerit, sciātque tamen, quòd in ea huiusmodi ludi exerceātur, d. Auth. alearum vsus, in versic. Et si quis, ibi, domibus eorum publicatis, &c. Nisi illa domus fuisset cuiusdam pupilli vel viduæ, argu. l. j. C. de fals. mone. & ibi hoc in simili vult Cynus, & idem censendum est de omnibus domibus personarū miserabilium, argu. nota. per Cynum in l. j. C. quando imp. inter pup. & vid. Et si text. eadem domo quippiam ipsi aleatori durante lusu, ereptum fuerit, id perit, & aleatori negatur reposeēdi actio, notabili l. j. §. j. ibi, impunè fit, &c. ff. de alea lusu, & aleato. Et si aleatori vlla inferretur iniuria, aut dānum (vt di-

ctum est) aut ipse caderetur, sublata esset ei omnis de reparatione petendi actio, dicta l. j. §. itē notādum. Quin & omnibus adstantibus, qui aut colludūt, aut certē se participes faciunt periculi, & luctri vel amissionis, eadem indigenda est punitio seu pœna, etiam si non colludant, dicta Auth. alearum vsus, §. commodis. Qui ludens, aut ludum retinens, pecuniam in alearum ludo aleatori dat mutuò, eam iure reposecere non potest: quòd sua mutatione alteri criminis occasionem dederit. gloss. est ordinaria in dicta l. j. in princip. & in l. fin. in gloss. super verb. accepit pecuniam. ff. de alea lusu, & aleato. Secus si ab alio aleator, qui ignorabat eum velle aleis ludere, mutuò accepisset: imò ipsi adstantes & spectantes, etiam si non colludant, nec pecunia alios iuuent, aut se participes faciant, sunt tamen puniendi vt ipsi principales lusores, dicta Auth. alearum vsus, & dicta Auth. interdiciamus. Iure enim vetitum est omnibus huiusmodi aleis aut aleatorum inspectione, tempus suum transigere ac terere, forsan ob hoc, quòd ex tali auida ac vilitata inspectione, plerunque ipsi aleatores euadant. † Quicun-

que

que  
iur  
fion  
ac f  
ale  
hun  
plic  
cten  
dici  
& h  
73 tian  
liga  
pert  
quat  
alex  
nist  
canc  
mod  
& ac  
veh  
nile  
mod  
ad h  
omn  
tò p  
enir  
14 nian  
fore  
mul  
15 † m  
mia  
cri  
nu  
lion  
Aut  
etia  
tia:  
tor  
frec  
dere

que simplices ac incautos iuuenes & adolescentes, suasionibus, blanditiis, malitiis, ac similibus illecebris, ad alearum frequentationem pertrahunt. ij non vt aleatores simplices, sed multò grauius plectendi sunt ad arbitrium iudicis, ob illatum offendiculum & læsam alterius innocentiam. Sed tum oportet t̄intel ligas, iuuenes & adolescentes pertrahi ad ludos aleatorios, quando ipsis suppeditantur alex, incenditur ignis, subministrantur mensæ, tabulæ, & candelæ, cum reliquis commoditatibus, quibus iuuetus & adolescentia in affectibus vehemens, & se per suos iuueniles calores cupidini deditos moderari ac refrænare nescia ad hoc malum (vti ad cætera omnia facilis est & cærea) citò perducitur, l. fin. §. melius enim. C. de bo. que liber. quo

14 niam ludum t̄tenentes, & ludores suscipientes, causa sunt multorum inde emergentium

15 t̄ malorum, scilicet blasphemiarum, periurij, furtorum, sacrilegiorum, depauperationum, homicidij, necnon aliorum plurimorum, dicta Authent. alearum vsus: vti etiam ipsa docet experientia: nisi enim tales essent aleatores, & tam multi, non tam frequenter aleis passim luderetur, maximè à iuuenibus,

nec tot orirentur pericula & mala: sicut diximus de lenonibus, qui nisi essent, adulterium non ita frequenter committeretur, l. ij. §. ij. ff. ad legem iul. de adulter. Monet ergo sanctus vir ille Cyrillus iuuenes, vt bonis moribus se informet, abstinentes à prauis, maximè ludis: quia

*Quo semel est imbuta recens ser uabit odorem*

*Testa diu.*

Et quod nouæ chartæ inscribitur, non facile inde delebitur. Monet igitur Cyrillus parentes ad eruditionem & verbera filiorum, & alearum abstinentiam, ne stendi eis succedat euentus. Hæc aurea verba tene perpetuò, & bene audies. Atque hætenus habita, de quouis ludorum genere intelligas oportet, qui iure prohibiti sunt, veluti de ludis alearum, chartarum, fritillarum, tabularum, atque id genus similibus, qui partim fortuna, partim industria geruntur. Huiusmodi enim omnia ludorum genera lute sunt prohibita: non tam ob malum, quod in se habent, quàm ob mala vitia & peccata capitalia, quæ huiusmodi ludos comitari soleant, quæ his sequentibus cõtenta sunt versiculis:

*Hæc cum saxillis ludendo, crimina*



mina sunt:  
*Ecclesia spiritus, vsuræque, rixæ, rapina,*  
*Scandala, tum nuga, blasphemia, tum facienda*  
*Furti doctrina, violentia, copia falsi,*  
*Et mortis causa, deceptio, perditioque*  
*Temporis, & desiderium, corruptioque ingens:*  
*His prædictis adulatio, vitæque turpis.*

Quos versus. Hostiensis in summa, de excessibus prælato. declarat, quorum declarationem, quia facilis est, longius prosequi nolui. Hic itaque ludus censetur turpis ratione consequentiæ & accidentium sibi: ob id etiam forsitan, quod omnia fortuita, & inexpectatò prouenientia, mentem humanam non mediocriter quoque turbare soleant, præcipuè virorum, rationis vsu penè carentium.

16 Quocirca etiam dicti & ludi non prorsus interdiciuntur viris honestis, ratione satis vètibus, ac animi gratia & recreationis causa tantùm ludentibus, & non ex ardenti cupiditate & auaritia, quæ tanquam radix omnium malorù, est reprobata cap. bonorum. 47. distinct. sed tantùm causa societatis & solatij, pro vino aut ceruisia potàda, aut pro pullis gallinaceis, aut ca-

ponibus, aut leporibus, aut cuniculis, aut rebus similibus in conuiuium insumendis, l. finali. ff. de alex. lusu, & aleatoribus: & pro exigua pecunia, idque tempore & loco licitis, cõgruis, & honestis. Paruam autem pecuniam intellige hic iuxta conditionem, qualitates, & opulentiam, ac potentiam personarum, cap. & si quæstiones. ext. de simonia, in l. sed & si susceperit. ff. de iudic. nempe talem, quæ ipsum victum non multum lædere seu grauare posset, vt pote. solidum, secùdum quod leges appellant, quorum septuagintaduò vnã libram auri efficiunt, l. ij. C. de susceptoribus & arc. lib. x. etiam si multam diues sit & opulentus. Si pauper. egenus, inops, vnum aut alterum grossum aut stuferum: ita vt non multum curet, an vincat, an perdat, saltè ipsi obesse ac grauare nullo modo potest, dicta Authentica, alearum vsus. §. sed nec permittitur. Omnes igitur lutores & in ludis vertitis, & pro graui pecunia, ludentes, vbi procul dubio nequaquam deesse potest cupiditas, puniendi sunt extraordinariè, aut exilio, aut multa pecuniaria, aut aliter, secùdum iudicis arbitriũ, cum de iure non sit pœna ordinaria expressa. Iudicis enim est cura

carat  
 sint,  
 reipt  
 le in  
 aut  
 rur. l.  
 l. si cõ  
 per. ff.  
 18 & t  
 ludo  
 quag  
 19 nesci  
 stitut  
 fisco,  
 ibi, in  
 tatur  
 e. qui  
 nè, xi  
 tem  
 & co  
 cui fa  
 illicò  
 ibi ha  
 nota.  
 20 tant  
 milit  
 testat  
 qui a  
 fuisse  
 Vgus  
 Troi  
 habe  
 citur  
 care.  
 lude  
 intell  
 sis xv  
 lude  
 decip  
 in c. r

curare, ne in sua prouincia sint, qui suam pecuniam (qua reipub. prodesse possit) male insinuant & profundant. aut ea certè inutiliter abutuntur. l. illicitas. ff. de offi. præf. l. si cum dotē. §. sin autē dissipet. ff. sol. matri. Atque actio  
 18 & † punitio isthæc de vetito ludo durat perpetuo, ad quin-  
 19 quaginta saltem annos, & si nesciatur cui faciendâ sit restitutio, adiudicanda est vel  
 22 fisco, d. Auth. alearam vsus, ibi, in opus metallum cõuertatur, vel potius pauperibus, e. qui habetis, & cap. non fanē. xliij. quæst. v. Quando autem scitur is, à quo virum & comparatum sit, hoc est, cui faciendâ sit restitutio, tunc  
 23 illicò illi victo restituetur, vt ibi habetur, & ibi per Bald. nota. Alearam tamen ludus  
 20 antiquissimus est, ab Alea milite Troiano sic dictus, vt testatur constitutio Græca, qui ante Romam conditam fuisse traditur: imò vt refert Vgutio, fuit tempore belli Troiani. Et de hac sorte ludi habetur Exodi xxxiiij. vbi dicitur: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. De qua etiam potest  
 34 intelligi quod habetur Genesis xvj. Vidit Sara Ismaëlem ludentem cum Isaac, & cum decipietem. de quibus verbis, in c. reuocet, in versicu. sequi-

tur, xxxij. q. j. Et de ea etiam potest intelligi quod † dicit Philosophus in iij. Ethicorū vbi affirmat lutores esse deterioris conditionis, quàm latrones. Et aleator, hoc est taludens, quàm receptor ludi, est velut hostis ac pestis reip. quia hoc cupit & optat, vt homines ludant & efficiantur pauperes: & ideo etiam fures sunt, & falsarij, quia vt plurimum † interserūt lutores falsas aleas seu taxillos, & mutant pecuniam dando malam, & retinendo bonam, & semper in ludo iudicant contra extraneum cū ipsis ludentē, secundum Odofr. in l. j. ff. de alex. lusu & aleatoribus, Et Hostiē. in cap. quorūdam, xxxiiij. dist. Ideo † præcauēdū ait à ludo, quòd lusor agat turpem vitam, illa tria præcepta legis & iustitiæ transgrediatur, scilicet honestè viuere. Alterū nō ledere, & Ius suum vniciq; tribuere: deinde ob animi inquietudinē & ardentē cupiditatē, quā radicē omnium malorum esse diximus, §. j. Auth. vt Iudices sine quoquo suffragio. † Quocirca omnis ludus, qui virtutis vel recreationis, otij terendi gratia tantum sit, & sine cupiditate & sine auaritia, is est pmissus. l. solēt. §. j. ff. de alex. luf. & aleato. secundū Canones, dummodo non immi-  
 fceat



sceatur fraus, dolus, blasphemia, aut aliud delictū: & fiat horis debitis & congruis. Sed ludus omnis, qui fieret causa cupiditatis aut auaritiæ, cum admittance alicuius delicti, est prohibitus, d. Authē. alea-  
 25 rum vsus. Quum igitur tam damnosa sit reip. alea, oprarē omniaus prouinciarū & ciuitatum rectoribus, acriorem in aleatores animaduersionem, vt nobilium aut ciuium diuitum, aut mercatorum filios aleis lusibusq; deditissimos ad saniozem reip. frugem præstandam compellerent: vt eas opes (quas alea vorat) ad verum sui Principis ministerium, cum gloria impenderent: aut si ciues essent, ad mercaturam, ad fœnus, ad omnem denique reipublicæ utilitatem impenderent, potius quàm vt aleis  
 26 inferuissent, aut equos canesque alerēt, aut aliis luxibus absumerēt: quibus tamē nostrorū ciuium iuuentutē florentissimam coinquinari conspiciamus, & in omne voluptatum genus potius resoluī, quàm vt suis (imò Dei) opibus vlla in re, bono reipubl. prodesse velint, aut optent, quasi is voluptatibus & vitiis planè nati sint, & non potius iuuantis aliis. Illi igitur ignaui voluptarij & sibi tantum viuentes, mihi tan-

tum inutilia pondera terræ videntur, & quos Romana  
 27 severitas nūquā passa fuisset, tam inertes, suā temp. coinquinare: sed eos sine vlla dissimulatione è ciuitatibus vt membra inutilia, imò perniciofa pepulisset. Quostimatus optimus Rex Francorū Carolus septimus in suis diplomatis anni 1359. omne genus ludorum prohibuit, quod tractant inhonesti isti circūforanei: veluti aleas, tabulas, fritilla, kegulas, globos, &c. quæ nulli corporali exercitio conducunt, nec ad suorum nobilium palestram exercendā sunt instituta, aut ad defensionem regni. Illis enim inertibus lusibus penam indixit xxx. solidorum Parisiensium pro suo fisco, quoties reperti fuissent huiusmodi ludos tractasse. Sed  
 29 vti ipsis vtilius daretur ludēdi exercitium, ludos sagittariorum vbique instituit, consirmauit, & priuilegiis nobilitauit. Hos sagittarios ob similem occasionē secuti sunt Ballistarij, qui in bellis nunc plurimū sunt vsui. Qui plura de alearū ratione, pernicie, & detestatione desiderat, is legat D. Ange. Arer. in suo singulari tracta. maleficiorū, in gl. super verb. *Metidore de mali dati*, D. Troilum Maluetiū in suo vtili tract. de sortibus.

1 Q  
 2 Li  
 6-7  
 8 Tur  
 pid  
 agr  
 9 In c  
 licit

git  
 ner  
 run  
 & c  
 1 Q  
 agr  
 eue  
 sua  
 is se  
 fur  
 tri  
 liff

bus. D. Paridē à Puteo in suo aureo tract. materia ludi: D. Ioan. Baptistam Cacialupum in suo tract. vtilissimo, de ludo & aleæ lusu: D. Stephanū Constan. in suo eleganti tracta. de ludo.

### De translatione limitum.

C A P. CXXVII.

S V M M A E.

1 Qui agrorum limites euellens, vitur, cōmittit furtū: qui verò transponit tantum, committit furtum & falsitatem.

2 Limites auellentis p̄na, 3. 4. 5. 6. 7.

3 Iura limites intelligunt saxa, lapides, arbores, palos, agros ab agris dirimentes.

9 In crimine termini amoti cuius licitum est accusare.



IRCA agrorum, aut viarū limites, seu terminos nō leue crimē contingit, idq; ferē duobus modis, nempe limitum seu terminorum omnimoda ablatione, & eorundem transpositione.

1 Quisquis † igitur aliorum agrorum seu viarum limites euellit, secum aufert, aut ad sua opera applicat, & vitur. is se furto alligat, ob quod furti puniendus est ad arbitriū iudicis, etiā si eos abstulisset, non vt limites aut ter-

minos mutaret, & aliis dānū per hoc inferret: sed vt eis ad suū commodū vteretur, cuius meminimus sup. de furto. idque cōtinet l. j. in fin. ff. de termino moto. dū dicit, sed pro cōditione admittentiū cōertione transgēdū. Quisquis

2 † verò limites aliorum transponit tantum, vt suos agros dilatat & promoueat, is supra furtū committit falsitatem. gl. vltima in l. fi. ff. cod. de termino moto: ob quæ variè puniendus est. Nam si fuerit iuuenis, punietur exilio & relegatione in longissimas regiones ad tempus. Sin fuerit † senex, multatūus est exilio ad discretionē & arbitriū iudicis, l. ij. ibi, de p̄nata mē & c. ff. de termino moto. Sicui

4 contingeret † cum altero lite contendere de limitum suorum differentiis, atque alter ipsorum interim durāte lite & processu, eosdē limites seu terminos (de quibus esset que stio) transponeret, vt hoc modo certius suū processum & litem vinceret, is fraudem & falsitatem cōmittit, ob quā, litem perderet, cum vniuersis sumptibus: & damnandus est ad restitutionem tantidē agrorum, quantū alteri eripere per transpositionem conabatur. Et limites tum constituendi sunt tantò à priori locatione citariū, quāto ipse



prius promouerat vterius.  
 Et si tantum nō habeat, tene-  
 tur tamen semper restitutio-  
 ne omnium damnorū, & (vt  
 vocāt) interesse omnī iuxta  
 taxationē Iudicis, l. diuus. in  
 princ. & l. fin. in fin. ff. de ter-  
 mino moto. Qui † præterea  
 aliorum limites ex malitia  
 transmutat, vt vicinis nego-  
 tium faceflat, & sibi nullum  
 cōmodum faciat, is secundū  
 iura puniendus multa quin-  
 quaginta aureorum, ad com-  
 mune vtilitatem fisci, & re-  
 stituitio omnium detrimē-  
 torum, l. agraria. ff. de termi-  
 no moto. Qui autem dolose  
 aliorū † fines & limites trā-  
 ponit ex iussu seu mandato  
 alterius, is puniendus est vir-  
 gis, & ad opus publicū bien-  
 nio dādus, aut loco illius per  
 bienniū relegandus. Si † autē  
 id fecerit non dolose, nec vt  
 alteri vllum incommodū &  
 fraudem inferret, sed tantū  
 ex ignorātia & fortuitō: tum  
 puniendus est tantū virgis  
 & verberibus cædendus, non  
 exilio aut relegatione, l. di-  
 uus. ibi, si verō. ff. de termino  
 moto. Et limites † intellige,  
 queis signa, siue sub signacu-  
 la, que agros ab inuicē diri-  
 munt, aut lapides, aut palos,  
 aut arbores, hisq; similia. In  
 hoc crimine cuius permis-  
 sum accusare & deferre, l. fin.  
 ibi, & eius actionis petitionē

ei, qui volet, esse iubet. ff. de  
 termino moto.

### De calumnia.

C A P. C X X V I I I.

S V M M A E.

- 1 Calumnia est scienter in iustitia  
sustinere falsa: scienter deferre  
falsa et non probabilia: scienter  
propositum crimē dissimulando
- 2 Pœna calumniatoris est arbitra-  
ria.
- 3 Calumnia semper includit in se  
scientiam iniuria alterius.
- 4 Iurare de calumnia, est iurare,  
quod putet se habere causam  
optimam.



ALV M NIAM  
 iura † vocat,  
 aliquem mali-  
 tiosē & scienter  
 in iustitia accu-  
 sare & deferre, de rebus falsis  
 & vanissimis & nō probabi-  
 libus, quæq; nunquam conti-  
 gerunt. Aut in iustitia susti-  
 nere pro vero & æquo, quod  
 sciuit esse falsum & iniquū.  
 Aut est dissimulare, subdice-  
 re, & nolle proferre ad iusti-  
 tiam crimen, quod punishmenti  
 subiectū est, l. j. §. incidit. ff. ad  
 senatuscons. Turpilia. Pœna  
 † autem calumniarū est arbi-  
 traria, ad discretionē Iudicis,  
 pro qualitate personarum, &  
 enormitate aut lenitate ca-  
 lumniæ, & rerū, sic vt videat  
 quid calumniatorem moue-  
 rit,

rit. & induxerit, vt alteri talē inferret calumniam. Nam si ex simplicitate eam tantū intenderit, putans sibi iuris potiora debere cedere, nō suo aduersario, eo in casu certē nō est censendus calumniam

- 3 struxisse. Oportet t̄ enim calumniam semper cōiunctam esse cum noticia iniurię alterius. Hic autem notandū illud iuramentū, quod vocant iuramentum calumnię, aut de calumnia. † Est enim iuramentum præstare de calumnia, bona fide iurare, quōd sine fictione putet & arbitretur se habere bonam ac iustā causam, & alterum iniquā, ob quā eum prouocet in iustitiā, & c. l. cūm & Iudices, ver. & actor, C. de iureiuran. propter calum. dando.

## De concussione.

C A P. CXXIX.

S V M M A E.

- 1 Concussio est, cū altera partium iustitia causa componere.  
2 Iudex partem vel minis vel inductionibus pecunie gratia pertrahet, vt vel citius iudicet, vel tardius iudicet, vel non iudicet vel malē iudicet, concussionem committit.  
3 Officiarius ob pecuniam studens capere, aut non capere fit concussor.

4 Concussio punitur arbitrariē, cū restitutione principalis, restitutione quadrupli, & exilio.

5 Promotor minis ab honestis matronis pecuniam extorquens, puniendus est grauiter.

6 Iudex concussor Iure Canonico puniendus vt calumniator.



A BENT iura crimen, quod concussionem vocat. † Est autem cōcussio,

sub prætextu & titulo officij & dignitatis, cum aliquo de iustitia ferenda, aut non ferenda, aut malē ferenda componere, & cum eo fœdus aliquod pecuniariū hac causa inire. Hoc crimē directē spectat ad ipsum Iudicem, qui partem litigantem concutit, & ad sui corruptionem aut persuadet aut cōpellere studet. Iudex t̄ qui alteram litigantium partem concutit, hoc est, vel minis, vel persuasionibus terret, & inducit, vt ab ea, aut munera aut summam aliquam pecuniariam accipiat, ad eum finem, vt in gratiam eiusdem partis, aut citius aut tardius iudicet, aut omnino non iudicet, aut certē vt aliter iudicet, quā debet, aut quā iuris regula monstrat: is (inquam) Iudex, qui ita se corrumpi studet, crimen concussionis committit. Idem crimen t̄ com-



mittit omnis ostiarius ac omnis denique Officiarius qui partem (in quam habet executionem vel commissionem,) addit, ipsique proponit, quòd contra mandatum suum sit illi passurus, & quòd tardius aut mitius suam in ipsum commissionem executurus sit, si ipsi tantum aut tantum pecuniarum numerare velit: aut hoc, aut illud in gratiam ipsius efficere. Hoc crimen † committens puniendus est arbitrariè, ad discretionem Iudicis, cum restitutione principalis & quadrupli, & exilio: vt falsarius & calumniator pro modo delicti. l. prima. & ibi gloss. in verbo, ablatum. & l. secunda. ff. eodem titulo. de concussionibus. & ibi scrib. & l. si ab eo. & ibi Doctor. ff. de calumniatoribus. Et in authentico nouo iure. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit. desumpta ex Authent. vt litigantes in exordio litis iurent. §. si quis autem ex litigatoribus. col. latio. ix. constituti. v. & l. final. C. eodem. de pœn. iudicis qui mal. iudic. Prolixius D. Ioan. Berber. in suo iuris viatorio, rubr. de concussionibus. Pro-

4  
5  
6

motor, † qui ad mulierem nuptam non diffamatam dicit: Da mihi nobilem vnum, aut citabo te coram Officiali de commissio adulterio: atque

ea eius criminis innocens, & non rea, metu tamen infamix (vt forsàn sæpe fit) promotori petitum tribuit nobilem: is promotor committit crimen concussionis & falsitatis & calumniae, ob quæ tria mala puniendus est, ad exemplum aliorum enormiter. l. ij. ff. eodem titulo. de concussionibus. Iure autem Canonico, Iudex † concussor punitur vt calumniator, per cap. militare, xxij. quæst. j. Sed iure nouo plectitur pœnis, de quibus in c. cum æterni tribunal. de sent. & re iudic. lib. vj. verùm quia hac tempestate nulli, aut saltem perpauci, ita puniantur, tamen nequam pauci ita delinquant, ideo Principum conscientiaris hanc pœnam relinquendam statui.

## De corruptione.

C A P. CXXX.

S V M M A E.

- 1 Concussio & corruptio, ambo Iudicem afficiunt.
- 2 Concussio & corruptio afficiunt iudicem, officarium, & testem
- 3 Iudicis corrupti punitio.
- 4 Officarij corrupti punitio.
- 5 Testis corrupti punitio.
- 6 Restitutio in corruptione facienda est fisco.
- Corruptori nulla debetur restitutio.

Fisc

7 *Fiscus bonorum criminalium heres est.*

8 *Iura corruptionem prohibent.*

9 *Iura qualia munera Iudicibus permittant.*

10 *In Francia quæ munera Iudici permittit.*



**P** **X**PLICATO crimine cõcuf-  
sionis, proxime sequitur  
crimen corrup-  
tionis, quod à cõcussione nõ  
admodũ natura distinctum  
est, & dissimile. † Ambo enim  
isthæc crimina vsuuenire cõ-  
spicies in Iudice, in officia-  
rio, & in testibus, licet diuer-  
simodè. Quãdoquidem concus-  
sio his inest actiue: Corrup-  
tio verò passiuè: Hoc est,  
Concussio Iudicem, Officia-  
rium, & testem cõcutit, & ad  
propriam corruptionem solli-  
citat, id est, ipsos subagitat,  
ita vt Iudex à parte aduersa  
munera captet, quorum gra-  
tiã, iniquè iudicet, aut Offi-  
ciarius iniquè exequatur, aut  
testis iniqua testetur. Corrup-  
tio verò à corruptore venit:  
in Iudice tamen, Officiario,  
& testibus remanet, ipsosque  
non minùs afficit: ita vt Iu-  
dex munerum aut pecuniæ  
gratia quicquam iniquè iu-  
dicet, aut vt Officiarius ini-  
què exequatur, aut testis ma-  
le testetur. Concussio itaque  
corrumpti studet & quærir, &

pro iniqua sententiã feren-  
da, munera & pecuniã quæ-  
rit & affectat. Corruptio (sci-  
licet Iudicis, Officiarij, & tes-  
tium) etiam munera & pe-  
cuniã accipit, illa tamen  
non quærir, nec ad ea dan-  
da partem cõggit. Quocirca  
corruptio in tribus illis di-  
ctis personis, est concussionis  
leuior, nihilominus graui-  
ter damnãda, grauiusque pu-  
nienda. Ex his tribus † enim  
Iudex quiuis, qui sese à parte  
aduersa corrumpi finit, aut  
munera accipit, vt in mate-  
ria ciuili quippiam aut citius  
aut tardius iudicet, aut non  
iudicet, aut malè iudicet, aut  
certè vt nihil profus in ea-  
dem materia discernat: is iu-  
dex dependet quadruplum,  
cũ restitutione principalis,  
quod acceperat, quæ omnia  
adiiciuntur ad fiscum, l. j. & ij.  
C. ad legem Iul. repetund. Si  
autem ita corruptus talè sen-  
tentiam proferat, vnde inno-  
cētis mors sit subsequuta: tum  
ipse puniendus est capitali-  
ter, & gladio, & omnia bona  
ipsius adiudicanda fisco, l. j. In  
principi. in vers. quive magi-  
stratus. ff. ad l. Corn. de fici-  
aut certè damnabitur perpe-  
tuo exilio, aut aliter punie-  
tur, iuxta mensuram & qua-  
litem facti seu corruptelæ  
ad aliorum exemplũ, Authẽ.  
nouo iure. §. si verò crimina.



- lis. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. deprompta ex Authêt. 8  
 ut litigantes in exordio litis iurent. §. si quis autem ex litigatoribus, colla. ix. constit.
- 4 v. Atque ad hunc modum t̄cē sebis de corruptis testibus, & de quibusuis corruptis Officiariis, qui ob corruptiones aliter sese gerunt, testantur, aut exequantur, quàm debeant, dicta l. j. Cæterùm in
- 5 dicta restitutione t̄ quadrupli nolim putes eam restitutionem fieri ipsis corruptentibus, aut actionem ad eā ipsis competere, sed fisco. Corruptori t̄ enim nihil eorum iure restituendum est, quæ iniquo animo & ad corrumpendum maligno tribuit, aut Iudici, aut Officiario, aut testibus.
- 7 Sed t̄ hæc omnia adiciuntur fisco, quem iura verum hæredem constituunt omnium bonorum criminalium, id est, crimine partorum: adeò ut talia bona crimine parta, non solùm iure reposcat ab eo, qui accepit (nam hic interim obire mortem posset) sed etiam ab ipsius malè accipientis hæredibus & successoribus. l. ij. C. ad l. iul. repetunda. Ratio autem, cur iura eam corruptionis pecuniam restitui fisco velint quadruplam est, ut Iudices, Officiarij, ac testes hac pœna exterri, melius à corruptione sese
- abstineant. Nolunt enim iura r̄ villo modo permittere, ut iudices, officarij aut commissarij quicquam amplius accipiant præter cōstituta stipendia, salaria, & præmia laboribus digna, c. militare. xxij. q. j. Nisi fortè quedam t̄ minuta & gratitudinis symbola, quæq; talia sint, ut ob ea nihil magis, aut minus in iudicio aut executione facienda, valere possint: veluti cibaria aut potabilia, ut leporem, cuniculos, capones, perdices, pavones, phasianos, haleca, mulum, lupum, lucium, murenā, sturionem, salmonē, & varia quidem vinorum & cereuisiarum genera, aut similia leuicula, quæ intra breue tempus peredi possint & concoqui.
- 10 In Francia, t̄ nulli iudici permissum est accipere vina, nisi in amphoris œnophoris, ac fidelis: nulla autē in doliis, cuppis, aut vasis. Sunt Doc. qui volunt cōcusiones ac corruptiones in iudice, officario, commissario & in testibus fieri posse tribus modis: nempe, in corde, propter affectū & desiderium: in ore, ob gloriam & sui prædicationem: & in manibus vel operibus munerum ac pecuniarū gratia: atque ab his tribus conuenit omnē iudicem, & officiarium, & testem esse liberum: Itimum puniunt iura: duo

duo priora diuinæ punitioni subiecta remanent. Horum trium meminit D. Ioan. Berber. in suo iuris directorio, sub rubr. de consuetudinibus. 2

### De emptione officiorum.

C A P. CXXXI.

S V M M A E.

- 1 Omnis potestas, & officium à Deo est.
- 2 Officia committenda dignissimis.
- 3 Officiorum committendorum & impetratorum mirus abusus.
- 4 Ex ambitione omne malum in tempore deriuatur.
- 5 Officia non ambienda, nec committenda sunt indignis. & nu. 6.
- 7 Fructus pulsæ ambitionis, gloria Christi non modica.
- 8 Officium quisquis ambit, eodem se indignum reddit.
- 9 Contractus ambitiosus per Principem confirmatus, est excusabilis.
- 10 In foro conscientie, omnis contractus ambitio est detestabilis.
- 11 Officia publica nunquam emenda, aut videnda.
- 12 Ambitio in iure dānatur, pro emptore, infamia publica: pro venditore, centum aureis.



V V M omnia  
† officia publi-  
cæ sunt functio-  
nes, & Dei sunt  
administratio -

nes, ad seruitium & ministerium Domini gregis instituta, vt Deo, & gregi sibi commisso per ea fideliter seruiatur: idè talia † officia publica omnia merito, summo cum delectu committenda essent iis, quos Magistratus & optimates ciuitatū ac regionum decernerent eis officiis administrandis esse aptissimos: non autem, quos fauor humanus aut sanguinis affectus eligeret dignos. Sed (proh dolor) hic passim peccatur, & apud seculares, & apud ecclesiasticos, apud quos plus valet in officii delegandis, aut pecunia, aut fauor, aut affectus, aut sanguis: quàm dotes diuinæ, quàm dignitas vera, & animorum vel corporum, aut morum commendationes certissimæ, adeò vt his neglectis dotibus, ac veris virtutibus, ac optimis prudentiæ, doctrinæ & pietatis testimoniis, tantum respiciatur ad eos, quos aut mundus, aut caro, aut affectus commendatione sua profert, & officiis administrandis dignos censet. Certè dum ista præpostera Principum, & Episcoporum durabunt iudicia, vt in committendis suis officiis, affectibus seruiant magis, quàm rationi, & digniores aut non



requirant, aut non cogant, sed iis ineptiores semper præferant, aut citra electionem bonam commendationem vulgi propriis affectibus posthabent, infeliciter in repub. 6 Christiana succedat oportet. Et contrà, quàm diu regnabit isthæc perniciofa ambitio, qua multi Simoniaci nõ delinunt animos Principum, & Episcoporum sollicitare, & precibus & præmiis & amicorum intercessionibus, & pecuniis: vt præ aliis assequantur ea officia, quibus se indignos sciunt, aut certè aliis multo indigniores: & hoc modo Dei ministeria & officia di- 7 gnioribus contra ipsius Dei dispensationem & voluntatem præripiant, & quasi inuito Deo, velit nolit, adipisci variis modis conantur: quandiu (inquam) ista in Dominicis officiis (sunt autem omnia officia aut mediata aut immediata ipsius Dei) grassari & liberè impunèque vagari cernimus, quis est qui prosperum successum rerum humanarum ad Dei gloriam 5 expectet? Quocirca ¶ ardentè rogandus Deus, vt suo- 8 rum omnium animos ita mutet, ita inflammet & dirigat, vt nemo ad officia sese indignus ingerat, vt nemo officia assequi à superioribus tenter, quibus se indignum iu-

dicat, aut quandiu se multò digniores conspexerit. Deinde ne superiores ipsi ob vltimum humanum affectum officia quamlibet humilia committant ¶ indignis, aut certè minus dignis: sed ea potius delegent aptissimis, doctissimis, & omnibus modis dignissimis, posthabitis semper ineptis, aut etiam ineptioribus: Dei enim ministerium est (si introspicias) quod in officii geritur, non humanum. Ideòque in iis etiam humanus excludendus est affectus, & rationi obtemperandù est, & rationis rectæ dictamini. ¶ Ita enim (meo iudicio) clarus illucesceret in suis Christianis, & tranquillius cuncta gereretur. Sed de his satis superque, & ne futor (quod aiunt) ultra crepidam. Quæ nostro proposito seruiunt, hic vltèrius persequamur iam conuenit: nempe de Simoniacâ ambitione, non quàm exitialis sit Deo, & perniciofa Reipub. Christianæ: hoc enim Theologis cõmittimus: sed quam pœnâ mereantur, quos publica officia mercari non pudet. Quisquis igitur ¶ per contractus, aut per vlla pacta pecuniaria, studet ad quauis publica pertingere officia, id que clam, & nescio Principe: is se eodem officio indignù reddit, & priuat: sicut idem  
Plato

Plato  
omn  
qui  
9 si ca  
set p  
per f  
dem  
emo  
eo ca  
cõtr.  
lem  
cusa  
prin  
10 In fo  
secu  
non  
cum  
fimo  
11 tpic  
na p  
cia (u  
cet  
ctu  
etia  
tion  
titur  
tori  
dere  
nes  
cus  
mat  
mo  
luit  
illu  
cant  
ctar  
100.  
pro  
dan  
blic

Plato quoq; testatur, qui vult omnes officii esse indignos, qui officia ambiunt. Verùm si talis contractus factus esset per ipsum Principem, vel per suos Officiarios, vel si eadem pecunia proveniret ad emolumentum Principis, in eo casu iura Ciuilia volunt, contractum & emptionem talem in foro tēporali esse excusabilem, per l. vnicam, in princ. ff. ad le. Iuli. de ambit.

10 In foro verò † conscientia, & secundum iura ecclesiastica, non vacat enormi crimine. c. cum essent, & ibi scrib. ext. de simonia. Nullo enim modo pietas & sapientia christiana permittit, vt quis vlla officia (iudicatoria præcipuè) mercetur aut pecunia, vel contractu venetur. Atque ob hoc etiam per antiquas constitutiones regias in Francia vetitum est: vlla officia iudicatoria posse coëmere, aut vendere. Eisdemq; constitutiones confirmavit rex Ludouicus duodecimus in suis diplomatis anni 1499. nec iis vlllo modo derogandum esse voluit, vel propter punitionem illius criminis, quod iura vocant Ambitionem, quam multatari, & damnari iura volunt 100. aureis pro venditore: & pro emptore, vel muneratore damnandam esse infamia publica, & perpetua inhabili-

tate ad quæuis officia publica, l. si quenquam, in fin. C. de Episc. & cler. & dicta l. vnicam, ff. ad legē Iuliam de ambit. Iura autem in dicta multa 100. aureorum volunt & taxant 72. aureos constituere vnam libram auri: vt superioribus cap. nonnunquam docuimus. Et in eandem † multam incidunt nō solum emptor & venditor: sed etiam is cuius permissu omnia peraguntur, atque etiam qui eandem literas obsignat, & chirographo munit: omnesque eadem pœna damnandos ex æquo volunt, l. si quenquam, C. de episco. & cleric. Atque hæc de ambitione, ad quam ad extremas insulas deportandam, & prorsus exterminandam, optarē nostros Principes tam esse cordatos, & strenuos, quàm illa sese nusquam non apud principes ingerit, vt officia ab iis per munerem, aut fauorē impetret. Ah quàm cupiā principes omnes eo pectoris robore, & firma prudentia præditos, vt Platonicum iudicium secuti, officia captantes rejicerent, & à publicis officiis fugientes, solos ad eadem officia compellerent, eosque solos iis dignos (sicuti de Domi. Basilio & Chrysofotomo legimus) crederent: præclaris in religione nostra Christiana age-



retur. Nusquam terrarum tam prodigiosis hominum portentis, tamque indignis officiariis occuparentur officia, qui sese pascunt & ornant officia dedecorant, & republicam vexant & perdunt. Nec contra, tot reperirentur viri docti pœne ob sui neglectum mendicantes, fame, squallore, contemptuque sui, & penuria rerum sæpe pereuntes & intermorientes, qui tamen soli ad officia publica pertrahendi forent, qui que soli suis naturæ diuinis que dotibus in republica. Christiana multum prodesse potuissent, nisi ab indignis ambitiosis inde fuissent remorati. Huic voto meo de ambitiosis repellendis, & fugientibus pertrahendis, ad stipulatur theoricam l. si quinquam, C. de episcopo & clero. & l. fin. C. ad leg. Iuliam repetund. Et eandem reiectionem in ecclesiasticis quoque muneribus, & dignitatibus fieri debere confirmant lecta & notata, c. Valentinianus, 63. distinct. Nullus quippe sumendus est ad honorem, nisi qui vocatus fuerit à Domino, tanquam Aaron, ad Hebræos 5. & capit. in scripturis, 8. quæstio. j. quia (vt ibidem) sicut locus regiminis desiderantibus negandus est, ita fugientibus est offerendus. Ecclesiastici viii.


cap. admonemur non quare fieri iudices, nisi virtute irumpere valeamus iniquitates. Postremò nostræ (qualis qualis est) sententiæ vel ipsi Principes, tum spirituales, tum seculares libenter subscriberent, si ipsis in mentem aliquando tot mala, totque incommodorum millia, quæ ex ambitione proueniunt, subreperent: aut si quispiam pius & doctus, qui apud ipsos autoritate plurimum valeret, huiusmodi mala ex ambitione nascentia aliquando suggereret, & ea tollenda admoneret.

### De monopolio.

#### C A P. CXXXII. S V M M A E.

- 1 Monopolium quid?
- 2 Monopolium caritatis rerum omnium causa est. Et quomodo committatur. numero 9. 10. 11. 12. 13.
- 3 Monopolarum pena & numero 4. 5.
- 6 Nemo cogendus est, vt res suas diuendat, quum placeat populo.
- 7 Tempore necessitatis omnes cogendi ad venditionem rerum necessariorum.
- 8 Victuarum exercitus, victum non ferentes, vel ferre differetes, aut aliò ferentes, puniuntur confiscatione

tionem  
hostes  
est fer  
ser, &  
14 Mon  
Caroli  
15 Mon  
chari



& pe  
nopo  
gula  
rio. E  
nihil  
nes v  
cos s  
dend  
sit in  
2 tūm  
la de  
man  
reru  
rem  
hoc  
nien  
enim  
tiac  
sua  
inte  
bēt  
vt ac  
omn  
trici  
ta, b  
los,  
pon

tione aut exilio. Victum verò ad  
hostes secreto, directe vel indire-  
cte ferentes, puniuntur capitali-  
ter, & confiscatione.

14 Monopolij poena ex diplomatis  
Caroli Imper. 5.

15 Monopolium directe pugnat cū  
charitate Christiana.



ST aliud dete-  
ctabile crimen,  
& nihilominus  
apud plerasque  
respub. frequēs  
& penē impunitū, quod mo-  
nopolium vocatur: quasi sin-  
gularis, ac penes vnum vendi-  
tio. Est enim † Monopolium  
nihil aliud, quàm quando pe-  
nes vnum aliquem, aut pau-  
cos solos tota alicuius rei ven-  
dendæ potestas est, hæc quàm  
fit in repub. perniciofa, quan-  
tūm que † communi plebecu-  
læ detrimētū adferat, vel hinc  
manifestum est, quod ex eo  
rerum omnium caritas in  
remp. illicet erūpat. Ideoque  
hoc malum iura grauius pu-  
niendum statuerunt. Omnes  
enim mercatores aut nego-  
tiationes, qui in negotiacione  
sua ita se gerunt, & secretam  
intelligentiā inter sese ha-  
bēt, resque suas ita instituūt,  
vt ad singularē venditionem  
omnia cōtrahant, hoc est, qui  
triticum, carnes, pisces, hale-  
ta, butyrum, caseum, oua, pul-  
los, capones, brassicas, pyra,  
poma, vina, oleū, cereuisias.

sal, saccharū, syrupum, oliuas,  
cappares, vuas passas, piper,  
Zyngiber, cinnamomū, cro-  
cum, grana atque id genus re-  
liquorū aromaturū, & cætera  
comestibilia ac potabilia om-  
nia, quantū in se est, ab agri-  
colis emūt, vt postea cōciues  
sui ab ipsis solis isthæc singu-  
la carius redimant. Idem cen-  
sendū est de alijs mercibus,  
nempe lana, lino, ferro, alu-  
mine, corio, tapetis, pannis,  
varijsque & infinitis mercan-  
tiarum generibus hic studio  
breuitatis omisis: hi† (in-  
quam) perniciosi monopola  
aut propola, quoniam rerum  
multarum caritatis, per mo-  
nopolium quod committūt,  
sunt auctores, & repub. plu-  
rimum grauant, & puniendi  
sunt multa grauissima, cōfi-  
scatione bonorum, & etiam  
exilio vel priuatione suæ nego-  
tiationis & mercaturæ, iuxta  
qualitatē rerū & facti, ad dis-  
cretionē iudicis, l. vnica, §. si  
quis autem monopolium au-  
sus fuerit exercere, bonis pro-  
prijs expoliatus perpetuitate  
dānetur exliij. C. de monopo-  
liis de cōuētū negotiatorum  
illicito. D. Frāciscus Lucas  
in suo tractatu celeberrimo,  
in secunda parte principali,  
de casib. bonorū publicando-  
rum, numeris 5. & 6. de Fisco  
& eius priuilegijs. Do. Ioan.  
Berbe. in suo iuris directorio



in rubric. de collegiis illicitis & monopoliiis. Monopolium  
 4 † quoque committunt, qui  
 astu quodam efficiunt, vt agri-  
 colæ victualia necessaria ad  
 forum non conferant, sed ipsi  
 eò turmatim cōuolent, & ab  
 ipsis agricolis ibidem in vil-  
 lis omnia cōemant, quæ ipsi  
 tum ad ædes suas conferunt,  
 & paulatim tanti fere cōmu-  
 nibus ciuibus vendunt, quanti  
 velint. Item † monopolium  
 5 committunt, qui ex malitia  
 efficiunt aut ex vafricie, ne vl-  
 læ merces vsui nostro neces- 7  
 sariæ ad forum prorsus effe-  
 rantur. Iura autem, monopo-  
 lis, aut propolis huiusmodi,  
 pœnam statuunt 20. aureorū,  
 cum restitutione totius dāni,  
 quod resp. ex eo passa sit, l. ij.  
 ff. ad l. Iul. de anno. Atque ad  
 huius criminis accusationem  
 admittuntur singuli, etiam si  
 6 essent personæ in alio crimi-  
 ne accusando inhabiles. † Ve-  
 rum enim uerò cū nemo de  
 iure cogatur suum vendere  
 triticū, aut alia victualia (si-  
 cuti l. inuitum. & per scribē.  
 ibidem, C. de contrah. empt.  
 & vendi. & l. nec emere. C. de  
 iure deliberan.) ideo in hoc  
 monopolij crimine, sanè ac-  
 cum multo sale omnia intel-  
 ligas, oportet. Si enim merca-  
 tor esset, apud quē vnus rei  
 prostacket copia ( aliis nem-  
 pe mercatoribus omnes eas-

dem res diuidentibus),  
 hunc iura non cogent, vt  
 res istas singulis diuende-  
 ret minoris, quàm ipse eme-  
 rit. aut, quàm prius alij eas-  
 dem diuendissent, aut quam  
 actu vendantur, l. Imperato-  
 res, in exordio, ff. ad legem  
 Iul. de anno. Nam illi ex la-  
 boribus lucrandum esset, &  
 foro accōmodandum, nisi for-  
 san ea ingrueret omnium re-  
 rum ac annonæ caritas, vt po-  
 pulus per inopiam subiace-  
 ret periculo vitæ. Eo enim  
 rerum statu, † Princeps, aut  
 magistratus aut rector patrię  
 talibus rebus, præcipuè vi-  
 ctualibus, ex necessitate pre-  
 tia instituire posset certa, &  
 rationi consona, vt hoc mo-  
 do reipubl. suæ consulat, ne  
 aut fame aut rerum penuria  
 aliqui moriantur, l. annonā,  
 & ibi Bartol. ff. de extraodi.  
 criminibus. & dicta l. Impera-  
 tores, & l. j. §. cura carnis. &  
 ibi Doct. ff. de offic. præfecti  
 8 vr̄b. † Victuarij exercituum,  
 qui tempore belli victualia  
 sua non conferunt, aut con-  
 ferre differunt, aut certè aliò  
 conferunt, quàm ad exerci-  
 tum sui Principis, vt plaris  
 ea diuendant, aut alibi plaris  
 vendant: illi puniendi sunt  
 confiscatione bonorum, aut  
 exilio. Si verò ea victualia  
 deferant secretò, directè aut  
 indirectè ad hostes, vel castra  
 aut

aut  
 eten  
 confi  
 luti  
 læ  
 9 temp  
 cuni  
 ratib  
 re cl  
 aut v  
 re int  
 bi ca  
 lium  
 dys e  
 mūm  
 stion  
 blica  
 passa  
 10 tertia  
 qui i  
 statu  
 ciuib  
 sta in  
 eorum  
 opera  
 inter  
 preti  
 mis e  
 ciuit  
 suam  
 11 uans  
 que  
 est, q  
 tract  
 bus p  
 & ad  
 da ho  
 12 pella  
 com  
 con

aut ciuitates hostium, ple-  
 7 tendi sunt capitaliter cum  
 confiscatione bonorum, ve-  
 luti proditores, & criminis  
 læsæ Maiestatis Rei. Qui  
 8 tempore caritatis, studet pe-  
 cunia aut aliâs callidè è ciui-  
 raribus ac regionibus effer-  
 re clam rem frumentariam,  
 aut victualem (non obstan-  
 te interdictione) vt eam ali-  
 9 bi carius vendat, is monopoli-  
 um committit, & punien-  
 dus est arbitrariè: potissi-  
 mum, quum ex earum eue-  
 ctione & monopolio respu-  
 blica magnum detrimētum  
 passa fuisset. Monopolium  
 10 etiam committunt opifices,  
 qui inter sese quasdam leges  
 statuunt, quibus carius con-  
 ciuibus suis laborent: & pa-  
 cta inter se ineunt, ne quis  
 11 eorum minoris laboret, &  
 opera perficiat, quàm pretio  
 inter ipsos constituto, idque  
 pretium sit iniquum, & ni-  
 mis enorme, nec cum vicinis  
 ciuitatibus consentiens, sed  
 suam repub. admodū gra-  
 12 uans. † Idem de medicis quo-  
 que & chirurgis censendum  
 est, qui similibus iniquis con-  
 tractibus inter se, & enormi-  
 bus pretiis repub. grauant,  
 & ad iniusta preia dependen-  
 da hoc modo suos ciues com-  
 pellunt. † Monopolium item  
 committunt Ianiones, qui  
 coniunctis burfis omnia cir-

cum emunt, apud sese seruat,  
 & ad certam tantum quanti-  
 tatem ad macellum deferunt,  
 vt omnia carius diuendant:  
 deinde qui certas leges inter  
 se constituunt, vt omnem car-  
 nem infent, vt frustra graui-  
 ra & maiora, ac elegantiora  
 tantum appareant: idque ea  
 lege, vt omnia carius diuen-  
 13 dant. Item Monopolium † cō-  
 mittunt omnes pistores, co-  
 ctores ceruisarij, œnopolæ,  
 caupones, & in genere omnes  
 negotiatores, qui clam & in-  
 tra sese mutuis collatis ad  
 hoc consiliis, procurant &  
 statuunt & ordinant quippiâ,  
 quod ad proprium commo-  
 dum spectare videretur, & in  
 præiudicium seu perniciem  
 reipubli. censeretur. Qui o-  
 14 mnes & singuli † puniendi  
 sunt multis pro suis facultati-  
 bus, & iuxta Constitutiones  
 siue ordinationes ciuita-  
 tum, vbi ea monopolia tra-  
 ctantur, aut certè ad discre-  
 tionem & arbitrium iudicis.  
 Nec hoc loco post habenda  
 sunt, quæ de hac materia tra-  
 dita sunt per sacratissimam  
 Cæsaream Maiestatem Caro-  
 li v. in diplomatis annorū  
 xxxj. & xl. In quibus prohi-  
 bentur omnia monopolia &  
 contractus monopoliiales, cō-  
 stituciones, & ordinationes,  
 quas aut mercatores, aut re-  
 rum venditores, aut artifices  
 inter



inter se comminiscuntur, & statuunt in præiudiciū & graue detrimentum suorum conciuum: volens in illis diplomatis idē æquissimus Imperator, omnes tales cōstitutiones, per suum Præsidentem & per generalem Officiarium esse rescindendas, abolendas, & nullas esse declarandas, & per sententiā (quanquā etiam his statutis impetrassent aliquam confirmationem) definiendas esse vanas, noxias, & nullo modo vsurpandas, sed & cōfirmationes impetratas infringendas, & non seruandas. Atque insuper volens, omnes dictos monopōlas puniendos confiscatione bonorum per monopolium partorum, & deinde alia pœna arbitraria ad discretionē Iudicis, vt clarius patet in suis dictorum annorum edictis. Cōsiderauit t̄ enim Imperator, imò ipsa iura considerabant monopolij in rep. perniciem, quòd tantum dispendium cōmuni inferret plebeculæ, quòdque directè cum fraterna pugnaret charitate, quam Christus, omnibus virtutibus posthabitis, suis inculcat: quod proximæ auaritiæ tantum ancillaretur, & in tenues ciuium familias egestatē & famem immitteret. Idedò acriter & sine vlla dissimulatione, monopōlia illico puniēda

esse decreuerūt: adeò vt ipsos quoque Iudices, qui cum monopolis ad monopōlia puniēda dissimulant, grauiter puniendos esse statuerint 40. lib. auri. d. l. vnica. §. cæterarum. C. de monopōlis.

### De coadiutoribus criminum.

CAP. CXXXIII.

SVMMA.

- 1 Peccata aliena, iuxta Theologos sunt nocuum.
- 2 Qui delinquentem iuuat, aut auxilio, consilio, aut mandato, punitur vt principalis.
- 3 Cuius auxilium, cōsiliū, mandatum, non dat malefico causam, punitur mitius, & nu. 7.
- 4 Auxilium in crimine cōfertur, aut ante factum, aut in facto, aut post factum.
- 5 Consilio, & mandato, quando aliquis Reus efficiatur alterius criminis. & nu. 6.
- 8 Nemo coadiutor criminis, nisi prius de concepto crimine perpetrando fuerit conscius.



**H**ABENT Theologi crimen & delictū, quod alienū vocant, hoc est, quod nemo per se, & ipso facto cōmittit, sed cuius cōmissi qualicunque occasione, aut causa est, aut causam præbet, dum committentem, aut ante fa-

ctum

ctum  
ctū,  
horu  
1 tno  
de de  
latin  
siliū,  
de ad  
in ho  
forun  
proxi  
2 ipso  
xiliū,  
suppe  
lū cō  
perag  
vt pri  
vnica  
ris. §.  
de Im  
Vifo  
rum  
Aquil  
ferunt  
liam  
uiunt  
Cor.  
de pa  
torib  
l. tul.  
tenu  
rates  
opor  
dedic  
crim  
tum  
3 ser p  
le sui  
causs  
set, au

Etum, aut in facto, aut post fa-  
 ctū, quoquo modo coadiuuat  
 horum quidem delictorum  
 nouem ferunt esse species,  
 de quibus omnibus hic singu-  
 latim percensere non est con-  
 siliū, nisi de duobus: nempe  
 de adiutorio criminum, uti  
 in hoc capite: & de crimino-  
 sorum receptione, scilicet in  
 proximē seq. cap. & de pœnis  
 ipsorum. Quisquis ergo au-  
 xiliū, solarium, consiliū, opē,  
 suppetias, aut mandatum vl-  
 lū cōtulit ad crimen aliquod  
 peragendum: is puniendus est,  
 ut principalis perpetrator, l.  
 vnica, C. de rap. virg. l. vul-  
 garis. §. pe. ff. de furt. Alexander  
 de Imol. in consilio xv. incip.  
 Viso processu, lib. j. consilio  
 rum. Fallit quantum ad legē  
 Aquil. litem Mela. §. sed et si  
 feruum plures, ff. ad l. Aquil-  
 iam. Prædictis præterea ser-  
 uiunt l. nihil interest. ff. ad l.  
 Cor. de sicar. l. j. ff. ad l. Pōp.  
 de parricid. l. j. ff. de recepta-  
 toribus. & l. qui domū. ff. ad  
 l. lul. de adulter. & stup. Hac-  
 tenus autem habitas autori-  
 tates, de eo auxilio intelligas  
 oportet. quod mali causam  
 dedit, & ob quod auxilium,  
 crimen commissum consecu-  
 tum est, & sine quo non fuis-  
 set perpetratum. Nam si tra-  
 le fuisset consiliū, quod vel  
 causam maleficio non dedit  
 set, aut sine quo aliōqui malū

fuisset per maleficum pepe-  
 ratum, tum hic auxiliator  
 mitius puniendus esset, quā  
 principalis perpetrator, l. j. ij.  
 respō. C. de his qui latro. vel  
 aliis criminibus Reos occult,  
 Vbi occultans latronem post  
 delictum commissum, nulla  
 præcedente conuentione, pu-  
 nitur mitius, dicta l. vnica.  
 ver. pœnas. C. de rap. virg. l.  
 vnica. C. de Nili agge. non  
 rumpen. Plura de hac mate-  
 ria videbis apud D. Iacobum  
 Boullenc Ebrouicensem l. V.  
 prolytam in sua solenni repe-  
 titione §. famosos, constitui  
 in l. capitalium, ff. de pœnis.  
 Auxilium† autem confertur  
 in crimine serē tribus modis,  
 Ante factum, In facto, Et  
 post factum, lege, raptores, &  
 ibi Barto. in fine. C. de Episc.  
 & cleri. Ante factum quidem  
 si sciens & volens aliquis al-  
 teri suppeditet equum, ar-  
 ma, baculos, pecuniam, in-  
 strumenta, aut alia ad quæuis  
 commoda, ad facinus pera-  
 gendum idonea, l. si pignore.  
 §. cum furti. ver. qui ferramē-  
 ta. ff. de furt. & lege, qui do-  
 mum. ff. ad legē lul. de adult.  
ratione partis læsæ) qui quippiam amplius lædentem exigere, aut possit, aut debeat: adeo enim hæc firma pax habetur, & rata, vt si post meam reconciliationem & pacem contingeret læsum postea mori, pax quoque rata esset, & inuolabilis, ita vt læsor mortis reus non fuerit, nisi in reconciliatione, conceptis verbis, & expressè exceptum fuisset de morte, hoc est, eatenus pacem esse validam, quatenus ex læsione nulla mors consequeretur. † Cæterum, quoties duæ partes inter sese contendunt de iniuriis, postea tamē fiat, vt de iis iniuriis inter se pacem confirmet, & concordæ fiant, ac reconcilietur altera alteri: Iudex tamen isthæc audiens, colligit & autumat ex tali reconciliatione & confessione, crimen aperte esse confessum: ita vt hæc confessionis notitia procedere posset ad criminum & iniuriarum punitionem, absque vlla alia ampliori, ac laiori inquisitione facienda aut informatione. Quocirca † callidi quique, vt iudicem hic circumueniant, & ne certi quippiam ex composita pace percipere possit, hoc efficiunt, vt factum ac delictum constanter coram Iudice pernegent: & in pacis compositione ac curat, vt Notarius scribat

pacem esse confirmatam inter ipsos tantum de iis læsionibus ac iniuriis, quibus alter alterum impetierat, & que quarum gratia, alter de altero dolere & conqueri posset, aut in iusticiam aduocare: sine vllius criminis nominatione: hæc enim generali confessione nullum certum delictum confessi sunt, sed vaga & incerta est confessio. Verum si Notarius scripserit duas partes in pacis fœdere conuenisse, de istis, aut istis læsionibus (remipsam nominando) & quarum gratia altera alteram pertraxit, vel pertrahere voluit in iudiciū, & quas omnibus aperuit, tunc Iudici certa, confessæ, nominatæque iniuria, & læsio confirmata esset, vt omnibus modis procedere hinc posset, tamquam ex confesso, ad criminis punitionem. Aliud: Pupillo permittitur † pacisci, & pacem conciliare de morte sui parentis, sed non nisi per consensum & autoritatem suorum tutorū, & ex ordinatione, & decreto senatus, & sui iudicis, atque talis pax ita constituta firma est, & rata, nec violari potest ab vlllo, ne ab ipso quidem postea adulto pupillo: potissimum si ea pax donario aliquo fuisset constabulata, hoc est, si dona vlla in symbolum rata ac recon-



- ciliatæ pacis de morte parentis accepisset. ita dixit Speculator in tit. de homicid. & D. Anton. Corfer. de suo tract. priuilegiarum, siue de priuilegiis pacis, uu. 15. **F**œminæ
- 11** † tamē nullo modo pacis fœdera cōponere. neq; donaria
- 12** accipere possunt. Si post † cōmissum homicidium contingeret homicidam, pacem ac reconciliationem facere cum vno hæredum, vbi multi hæredes essent, non est satis efficax & valida. Nam tunc eā fieri oportet consensu, & auctoritate omnium hæredum simul, aut saltem cum consensu maioris numeri, & eorum, quibus huiusmodi reconciliatione facienda conuenit, & obtigit actio, quique reliquorum suffragia, & consensum in se recipere, cap. quod omnes, de regu. iur. lib. 6. & l. fin. C. de auctori. præstā. Atque ita hætenus de reconciliatione facienda in generali & in legitimo toro. In illegitimo verò toro plus contingit perplexitatis, & tū ex parte parentum, tum ex parte liberorum illegitimarum: atq; hoc ob diuersitatem regionum, in quarum aliis illegitimi ab vtraque parte sunt
- 13** illegitimi: In aliis † verò regionibus illegitimitas tantum à parte patris descendit: à parte verò matris
- in Flandria) nunquam. In illis † igitur regionibus, vbi illegitimitas ab vtraque parte, id est, à patre & matre constituitur, ibi nec pater, nec mater, nec horum cognati consanguinei vlllo modo reconciliationem aut facere, aut accipere possunt de occisione, & morte sui filij illegitimi: sed tantum Rex, Princeps, aut Dominus loci illius, qui illegitimarum omnium verum hæredū se constituit. Item contrā, nec filius illegitimus, nec ipsius posteri vlllo modo accipere aut facere possunt reconciliationem de cæde ac morte sui patris ac matris: sed occisi parentis legitimi ac proximi cognati. Quis si nulli fuerint, tum solus aut Rex, aut Princeps, aut Dominus loci, reconciliationem & facit & accipit. In iis verò regionibus, vbi illegitimitas tantum à parte patris succrescit (sicuti in nostra Flandria, atq; ita omnium acquisitissime) à parte verò matris nunquā, in his (in quā) regionibus hoc obserua, quod nec pater sui illegitimi filij eadem ac mortem reconciliare potest, & contrā, filius illegitimus de patris sui cæde reconciliationem nec facere nec accipere potest (quoniam vtrinque concernit illegitimitas) sed solus Prin-
- ceps

ceps aut dominus loci, vt supra. Mater verò quæ nullam agnoscit ex sese illegitimatione productam, potest (non quidem per se: quum hoc feminae diximus esse negatū) per proximos amicos, cōsanguineos, aut affines reconciliationem de cæde ac morte filij sui & facere & accipere. Et contra filius etiam de matris suæ morte & occisione semper reconciliationem (si is sit aut solus, aut natū maximus) & facere & accipere potest: quòd ea mater ipsi semper sit legitima: & ob hoc etiam matris semper hæres, vt alij quoque constituitur. Princeps verò ex hac parte, & dominus loci, de reconciliatione aut faciendâ, aut accipiendâ, nihil sibi iuris ascribunt.

## De Abolitionibus.

CAP. CXLVI.

SVMMAE.

- 1 Abolitio est instituta actionis peremptio.
- 2 Abolitio est triplex: generalis, quæ soli Principi conuenit: specialis, quæ accusanti competit: legalis, quæ à legibus conceditur. & nu. 5. 9.
- 3 Princeps crimen abolet ob insignem natalem filij, victoriam partam, festiuam populi aggra-

tulationem, consecrationem templi, letum ingressum in ciuitatē, letum rerum euentum.

- 4 Princeps abolitione ius partis non abolet.
- 5 Princeps ius partis abolet ob pacem publicam.
- 7 In abolitione specialis obseruanda sunt multa.
- 8 Abolitio specialis tantum fit intra xxx. dies.
- 10 Morte accusantis accusatio, & accusati crimen extinguitur. nu. II.
- 12 Specialis abolitio non tollit crimen lesæ Maiestatis, peculatus, repetundarum, falsi.



**S**IT item alia criminū leuatio, quam non incōcinne abolitionē vocant, nēpe, quia ipsa crimina realiter abolentur. Est enim abolitio (vti definiūt) actionis institutæ perēptio vel absolutio. Quā tribus modis fieri cōspicimus. Prima enim abolitio generalis est, & quam Princeps suo arbitrio, & propria autoritate conficit. Hæc extinguit, & cassas facit omnes accusationes, quibus accusatus premebatur, vel quibus postea grauari & accusari potuisset: nō autē extinguit causam accusantis. Nam hic potest repetere accusatū intra 30. dies vtilis, supputandæ



ab illo die, quo generales abolitiones sunt finitæ, l. j. C. de genera. abolit. Et fiet hæc repetitio eodem iure, quo prius accusabatur. Fit autem hæc generalis abolitio à Principe ob multas variâsque causas: quâdoque ob diem insignem natalis sui vel filij: quandoque ob rem prosperè gestam, ut cùm profligauerit hostes: quandoque propter publicâ gratulationem, qua voluit diem aliquem festiuum esse cunctis, & ut singuli pari gaudio congratularentur secum: vel ob partam victoriam: vel ob templû recens cõsecratû: vel ob triumphalẽ aliquem lætûmque ingressum regionis aut ciuitatis: aut ob alium similem prosperum lætûmq; rerum euentum, ob quem iure senatus censere posset abolitionem reorum fieri. Probantur hæc, l. cum eo tempore, C. de genera. abolit. l. si quis repetere, & l. si interueniente, ff. ad S. C. Turpillian. idque de iure. Sed † de cõsuetudine pars semper est in suo integro, ad petendum suas reparationes & interesse & damna, qualẽqualem abolitionem Princeps inde tulerit, nisi in cõtractanda pace Principis: Tum enim † Princeps ius partis in se recipere potest, & crimen extinctione ac remissione abolere, in fau-

rem publicæ pacis. Hinc vulgatum hoc axioma: Princeps ius priuati auferre potest pro bono pacis. Bart. in l. quæcũque, in fin. C. de fide instrum. & iure hast. fisca. lib. x. Cor. fer. Sicul. in suo tract. priuilegiorum pacis, nume. 24. vbi multos citat. Secunda † abolitio fit per accusatorem, hanc ipsam ex se postulantẽ: & dicitur priuata seu specialis. Quæ fit, quando accusator abolitionem petit priuatim à Principe, aut ab alio Iudice, qui habet cognitionem meri & misti imperij: hæc autem abolitio aliquando conceditur: aliquando ex causa negatur. Quocirca in ea † vel admittenda vel deneganda, opus est summa rerum cognitione. Et primò obseruandû, quod ea cognitio delegati alteri non posset: deinde videndum an accusauerit verè, an per errorem, vel temeritate. Adhæc, an accusauerit pro sua iniuria, vel iniuria suorum. Nam quando accusauit cognatum, concedatur hæc specialis abolitio, potissimum si hic cognatus accusatus iam inde passus sit iniuriam, vel ipso etiam affirmate qui accusauit. In hoc enim casu dabitur, sed non nisi per accusantis cõsensum. Si autẽ nõ sit passus iniuriã, dabitur accusato etiã accusante inuito.

8 to. Debet autē peti hæc abolitio intra xxx. dies, numerādos à die institutæ actionis, intra quos accusatus habet spatium ad cōponendos mortuos penates. Post dies verò xxx. nō dabitur hæc specialis abolitio, nisi accusato reo volente & cōsentiente, l. fallaciter, §. post hoc verò tēpus, C. eodem titu. de abolitionib.

9 † Tertia abolitio legalis est, vt quæ à lege conceditur, scilicet quādo accusator est mortuus, vel aliqua iusta causa impeditus, ita vt in accusatione procedere non possit, l. aut priuatim, ff. ad S. C. Turpiliana. † Hoc enim casu finita est accusatio, quo ad accusantem, non tamen ob hoc reus est liberatus, quin possit rursū ab alio (etiam de eodem crimine) accusari, & prohibentur, versu. ab alio, ij. q. i. l. j. C. si reus vel accusa. mort. fuer. & l. defuncto, §. j. ff. de publi. iudic. Sic ergo eximitur reus ab accusatione, abolitione interueniēte, d. l. si interuenientē. Nec accusator incidit in Turpilianum. Et cū accusator mortuus vel iusta causa impeditus fuerit, vel fortē impetrauit specialē: tūc reus poterit ab alio accusari intra xxx. dies vtilēs. Aut † si accusatus mortuus fuerit, sinitur accusatio. Morte enim accusati, crimē extinguitur, l.

fi. C. si rem vel accusa. mort. fuer. Fallit † hoc in sequentibus criminibus, in quibus nequaquā permittitur hæc specialis abolitio, nēpe in crimine læsæ Maiest. peculatus, repretundarū, & falsi: vbi ex vtraque parte acerrima fit indagatio, l. j. ij. & fin. C. de abolit. quia illa crimina morte accusati haudquaquā abolerentur: vide plenius Specularo. Nobis hæc paucula ostendisse sufficiat.

## De remissione.

CAP. CXLVII.

S V M M A E.

1 Remissionem largiri solius est Principis.

2 Cum reo quādam transigere possunt, remittere tamen non possunt. & nu. 3.

4 Transigentium vis est efficax, vt remissio.

5 Princeps tantum remittit capitalia &c.

6 Princeps non remittit crimen læsæ Maiest. constuprationē violentam. Sodomitica, monetarios falsos, latrocinia, incendia, prædationes, idque nisi extraordinariē.

7 Princeps remittit aut plenariē, veluti die passionis Dominicæ, die nomi læti que introitus in ciuitatem: aut non plenariē, sed cū emenda, veluti quouis tempore non prædicto. & nu. 8.

9 In plenaria remissione, remissum consequetur confiscatio delicta.



- 10 In Francia omnis remissio regis est plenaria.
- 11 In remissionibus largiendis, ob seruanda sunt multa.
- 12 In supplicatione quid subticens, subreptitiuè remissionem impetrat.
- 13 Remissio includit reconciliatio nem partis cum satisfactione: & interinationem faciendam. *nu. 14.*
- 15 Interinaturus literas exhibeat intra annum & diem.
- 16 Se captiuum prebeat.
- 17 Procuratorem generalem, qua storem in Flandria, præto rem loci, & partem aduersam contra se citet.
- 18 In supplicationibus aut interina tione mentiens, virtute remissio nis se priuat.
- 19 Remissio intra annum non ex hibita perit, nisi reuenetur.
- 20 Remissio exhiberi neglecta, gra uatur emenda.
- 21 Interinatio in Flandria cõmit titur dominis de consilio.
- 22 Differentia inter remissionē & absolutionem, vel indulgentiam.
- 23 Variæ quæstiones circa remis sionem.



VANDOQVI dem remissio nes seu gratiæ multum (proh dolor) hoc cala mitoso ac infelici seculo in vsu sint, ac frequentius quàm par est vbilibet locorū practi cetur: idèò remissionum na-

rum, vsu, & circũstantiã hic vtunque examinare con stitui, cū modo & forma intẽ rinãdi post remissionem impetratã. Vt autẽ à remissione † auspiciemur, sciendum est, hanc criminis remissionem neminẽ largiri posse, quàm solum Principem, l. iij. C. de episc. audien. l. cū indulgentia; l. fin. C. de sent. pass. & l. fin. C. de gener. abolit. Bal. in l. fi. ff. de off. præsid. Quæstor tãtẽ parricidarius in Flandria, ac præterea multi priuati do mini & officarij, ex cõmis sionis suæ virtute possunt cū reo de delicto perpetrato cõ ponere seu transigere: verum eiusdem criminis remissionẽ nullo modo largiri possunt, quum (vt suprà dictum est) id solius sit principis. Eadẽ tra ctione Domini cõsiliij Flandrię possunt & valent virtute in structionis camera, cum reo de delicto cõmissõ compone re ac transigere: possunt scilicet, quum reus sese submit tit, & quum negotium reperi tur anceps, ac dubiũ: attamen delictum ipsum nequaquã re mittere queunt, ob eandẽ scilicet suprà narratã rationẽ. Atque dicta officiariorũ cõ positio tam est efficax, & va lida, vt ob eam solam Reus liberatus sit à delicto, & ab solutus: non secus, quàm si Princeps ipse remisisset. Lar gitur

5 gatur autē Princeps † remissionem non de delictis civilibus, & per compositionem remissibilibus, hoc est, quę cuius literę puniri possunt, aut componi: sed tantum de iis delictis, quorum punitio esset capitalis, aut corporalis: nempe, de homicidio aut mutilatione, de quibus planē necessarium est, ut Reus Principis imploret indulgentiam & absolutionem, quālibet infelici facti, & innocenter in crimen 6 factor incidere. Sunt tamen crimina tam enormia, & fœda, ut de iis Princeps ex sua virtute ac potestate ordinaria nullam remissionem aut indulgentiam largiri velit: veluti de crimine læsę Maiestatis, de violatione mulierū violenta, de Sodomiticis, de monetariis falsis, de latrocinio, de incendiis, de prædationibus, atque his similibus. Dixi ex potestate sua ordinaria: Nam ex sua potestate extraordinaria & absoluta, crimina istiusmodi, omnino remittere potest omnia, quoties ipsi vitium fuerit. Quādo autem placet ipsi ea sua hac potestate extraordinaria remissionem largiri, tunc 8 Secretarius in literis remissionis tantum subscribit: Per comitem, aut per ducē, aut per Regem, aut per Imperatorē: sine ampliori additamento, 9

nec addit, ex relatione Consilij ut Cancellaria. Atque post sigilli munitionem & appositionē ad literas remissionum extraordinariarū iubet Secretatio, ut super plica scribat hoc modo: Sigillata per expressum mandatum domini Regis, aut Imperatoris. Remissiones autem Principum sunt bifarię: Alię enim largiuntur plenarię: Alię cū multa civili. Nam remissiones, quas Princeps elargitur ipso bono die Veneris, hora passionis Dominicę, illę omnes regulariter expediuntur & donantur plenarię, sine vllō additamento civilis multę. Itē omnes eę, quas Princeps cōfert in triūphali aliquo, latōque seu nouo suo ingressu in regionē ac ciuitatē suā. Nā tum omnia remittit civilia, corporalia ac capitalia, quatenus sunt suę Maiestati remissibilia. Idem consendum est, quādo Princeps fœminę remissiones largitur in latis suis ingressibus, hoc tantum interest, quod ipsę fœminę remissionū literas non expediunt, sed eorum mariti Principes. Alię verō remissiones, quas Princeps † concedit alio quouis tēpore, serē restrictę ac grauatę sunt civili emenda, si quidem civili aliqua emenda incidere. Si quando 9 † autē Principi placet crimen

aut



aut corporale, aut criminale, aut ciuile planè remittere, & absoluere, tum impetrâti reo restituit, reddit, aut certè consequi permittit confiscationem bonorum, in quam suo delicto inciderat, modò de ea necdum sit pronuntiata sententia, & adiudicata fisco. Nā 12 si fisco adiudicata fuisset, tum ab bonorum recuperatione peruenire possèt nunquam, nisi ea lege, qua id in remissionis literis apertè excepisset, ac iis literis hoc iussisset inseri, de confiscatione scilicet sequenda. † Porro in Francia hac bifaria remissionum distinctione non vtuntur, siquidem eæ leges etiamnum durent, quarū vsum ego meo studiorum tempore in Francia consexi. Sed ibi Rex & Principes omnes remissiones suas expediunt plenariè, 13 sine vllò additamento pœnæ ciuilis seu multæ: sed de iis delictis remissionem tantùm elargiuntur, quæ sunt remissionibus. † Quum hic remissionum naturam tractemus, velim pie Lector intelligas, & circa remissionem expediendam & largiendā, multa sint obseruanda: nempe facti propositū & voluntas delinquentis, euctus & finis facti, quidque inde euenit, vel euenturum sit, facti modus & circumstantia, qualitas personæ, tempus, locus & similes circumstantiæ. Deinde an factor prius alio crimine sit grauatus: nā id ipsum in supplicatione notificet oportet, & de nouo reperat, etiam si eiusdem aliàs impetrasset remissionem, & partibus aduersis fecisset factis. Nam † si hoc subiceret, ipsius impetratio seu remissio haberetur subreptitia, obreptitia clandestina, & nulla. Ita Bal. in l. nemo. in j. col. C. de epis. audient. Ex quo dicit And. Sicu. in c. super literis. in xxiiij. col. ext. de rescri. quòd in ciuitate Bononiensi fuerit maleficus decapitatus, qui impetrauerat gratiam & remissionem secūdi homicidij, nulla facta mentione de primo, ac eius impetrata gratia. Ita refert & sequitur D. Iason in l. nec damnosa. C. de precib. Impera. offerend. † Hoc prætereà in remissionibus obserues oportet, quod omnis remissio impetrata, præsupponit & includit pacem & reconciliationem partis, cum satisfactione, si ea facta non fuerit: idè (vt videmus) communitè Principes solent apponere in gratiis hanc clausulam, satisfactione parti læsæ facta, quæ est etiam consona iuri, & ob quā Principes possunt remittere pœnam corporalem, aut pecuniariā applicandam fisco, sed non pœnam

nam pecuniarium applican-  
dam parti. Faciunt, quæ dicit  
Ange. in l. si docueris. C. ad l.  
Cor. de fals. Panor. in suis cõ  
siliis, consil. vj. in ij. volu. in ij.  
dubio. Item includit interi-  
14 nationē † postea faciendam  
esse: sed antequam interina-  
15 tio fiat, oportet † vt literæ re-  
missoriae prius exhibeantur  
ad interinationem peragen-  
dam commissio, ad illas inte-  
rinadum, atque hoc intra an-  
num & diem ab impetratio-  
ne cõsecuta: aliõ qui impetra-  
ta remissio Reo impetranti 17  
nullo modo patrocinari pos-  
set, nec vllius esset efficacitæ.  
16 Deinde necessum est, vt im-  
petrans cum remissionis præ-  
sentatione sese simul captiuũ  
offerat, & captiuus perma-  
neat donec ipsius remissio  
interinata fuerit: tum enim  
personaliter abire licebit, si  
prius tamen promiserit & sti-  
pulus fuerit, datis ad hoc  
fideiussoribus cõparere quo-  
uistempore, & roties, quo-  
ties citatus aut admonitus  
fuerit, vel ipse, vel ipsius con-  
stitutus procurator, & præ-  
terea soluere iudicata. Et post  
hanc promissionem, & stipu-  
lationem factam, oportet vt  
Reus die quo citabitur, omni  
no cõpareat & iudicatis obe-  
diat. Nam si post talem pro-  
missionem, & durante adhuc  
huiusmodi interinatione re-

missionis & gratiæ, Reus ci-  
tatus amplius nõ redeat, nec  
cõpareat, plestendus erit ipse  
fideiussor, sed leuius & ciui-  
liter, vt videre fuerit apud  
Barthol. Chassã. in suis Com-  
mentariis super consuetudi-  
nibus Burgundiæ, tit. *des In-  
slices & droitz d'icelles. §. v.* Ex  
quo loco etiã notandum est,  
ventilari dubium: An crimi-  
nosus sic per se captiuus obla-  
tus relaxari posset cum dicta  
cautione, an non? cuius dubij  
solutionem loco superiori vi-  
17 dere licebit. Ad hæc, † quan-  
do rei remissio ad interina-  
tionem erit producenda, &  
ipse denuo citatus fuerit, o-  
portet vt ipse impetrans Pro-  
curatorem generalẽ, & Que-  
storem parricidariũ in Flan-  
dria cõtra se in iudicium, ad  
videndum procedere ad veri-  
ficationẽ & interinationem  
prædictam, prouocet & citer,  
atque etiam Prætorem loci,  
vbi factum contigit, simul  
cum parte aduersa, etiam si  
prius pacem cum ea habeat,  
vt omnes ij conspiciant pro-  
cessum & interinationem fa-  
ciendam intra annũ & diem:  
ne si tacita fieret huiusmodi  
interinatio, quispiam hinc læ-  
deretur, & in alicuius graue  
præiudicium, aut damnũ  
fieri posset, argu. l. nam ita di-  
uus. ff. de adopt. l. de vnoquo-  
que. ff. de re iudica. Ideoque



si non citarentur, quorum inter-  
 est interinationem litera-  
 rum Principis cōspicere, præ-  
 sumeretur ea remissio clau-  
 destina, fraudulosa, & parti-  
 lætæ, vel alteri iudici detri-  
 mentosa. l. final. C. si per vim  
 vel alio modo. facit in argu.  
 cap. si episcopus. de præbend.  
 libro sexto. Atque ob hanc  
 causam prænominati perso-  
 naliter citandi erunt, quod  
 hi quoque remissionibus Rei  
 cōtradicere possunt, aut eam  
 accuratè pro contradictione  
 discutere, an sit subreptitia,  
 hoc est, veritate tacita: & an  
 obreptitia, hoc est, falsitate ex-  
 pressa, impetrata: & quæ im-  
 petranti diligenter † obser-  
 vanda fuerint, ne aut in sup-  
 plicationib. remissionis, aut  
 in interinatione vllum com-  
 mittatur mendacium, aut fal-  
 sum exprimat, cum falsus  
 preceptor carere debeat impe-  
 tratis, lege, & si legibus. C. si  
 contra ius vel vtili. publi. Si  
 tamen Princeps concedat ali-  
 cui gratiam aut remissionem  
 de plenitudine potestatis, vel  
 ex certa scientia (quod idem  
 est) tum non requiritur cita-  
 tio illorum, quorum inter-  
 est. Ita tenet Ludovicus Ro-  
 ma. in suis consiliis, consilio  
 369. in principio, circa princi-  
 pium. in x. colum. in versicu.  
 & huius est ratio. de quo ple-  
 nè per Franciscum de Cur-  
 te iuniorum, in suis consilijs  
 feudalibus cōsilio primo, in  
 12. colum. Potèst si factor &  
 impetrans per negligentiam  
 oblitus sit intra annu & die,  
 suam remissionem verifica-  
 re, & ad interinationem exe-  
 qui, perit tū remissionis seu  
 gratiæ vis, nisi curet sese ab  
 ea negligentia restituere & re-  
 leuari, quod tum illi facere li-  
 cebit. Verum in hoc casu per  
 20 Cancellarios, † Præsidentes,  
 aut similes inuictum intro-  
 ductumque est, vt literas re-  
 missionis grauent emenda,  
 qua non erant onerate prius,  
 tantum vt talem pœnam seu  
 emendam pro crassa, & supi-  
 na negligentia inferant. Simi-  
 lem quoque pœnam aut  
 emendam adiciunt, quan-  
 do impetrantes redeunt de-  
 claraturi se aliquid per obli-  
 tionem subieuisse, aut cer-  
 tè minus omnia sese confes-  
 sos esse, & ampliorem de  
 oblitis seu omissis remissio-  
 nem & indulgentiam à Prin-  
 cipe de nouo postulant. O-  
 21 mnis † autem verificatio &  
 interinatio remissionum &  
 gratiarum in Flandria com-  
 mittitur Dominis de Consi-  
 lio: quod talis omnia inter-  
 inatio sit Principis, & sic  
 pro verificatione contentio-  
 rum in remissione seu gra-  
 tia, dirigitor seu delegatur  
 cognitio ipsius (vt dixi) Do-  
 minis

## De reuocatione exilij.

CAP. CXLVIII.

## SVMMAE.

minis de Consilio, qui habet illam verificationem inter-  
 22 nare. Antequam hoc caput finire, explicare volui discrimen inter remissionem, indulgentiam vel gratiam. Nam remissiones expediuntur tantum de homicidiis & aliis capitalibus. Absolutionem vero seu indulgentiam in rebus ubi nullum difertur homicidium, aut capitale aliud. Rursum (si externa notare libet) remissionum literae expediuntur, & donantur cum chordis sericis, & sigillo viridi: Indulgentiam vero cum simplicibus caudis & sigillo rubro. Deinde ante capitis huius finem, antequam erat varias discutere quaestiones, non minus utiles quam in usu frequentes: nempe, an Principis introitu liberentur, qui crimina geminarunt? falsarij, an habeant remissionem in ingressu Principis? Reversitatus gratia Principis an recuperet officium? Gratia an tempore Principis expiret? Princeps an gratiam datam per se possit reuocare? An Princeps possit eam interpretari? Sed quoniam has D. Nic. Boer. in suis decisi. aureis, q. cccxvij. n. 21. & 22. & D. Bartho. Chass. in Cōsuetudines Burgundiae, Rub. Des Justices & droit d'icelles, §. v. abunde explicarunt, ideo de his prouideus ipse supersedeo.

1 *Rappelle expediuntur in chordis sericis, & cera viridi, si exilium fuerat 50. annorum & ultra. Caudis dupl. & cera rubra, si exilium fuerit ultra 10. an. vsq; ad 50. Caudis simpl. & cera rubra, si exilium fuerit infra 10. annos. Exilium pronuntiatum ad instantiam partis, requirit in rapellis interinationem & satisfactionem partis. Ad instantiam fisci, non requirit rappellationem grauari debere interinatione, & nume. 3.*

2 *Exules Gandenses Princeps ciuitate & patria donat, cum consensu Senatus.*

3 *Exules Brugensium & Hypprensum ad certum tempus, Princeps tantam patriam donat vsque ad terminos scabinatus.*

4 *Exules Brugesium & Hypprensum sine certo tempore, princeps absolute liberat, reddens eos & patriae, & ciuitati.*

5 *Volens Brugis rappellatus suas interinatas ostendere, cogitur ad limites scabinatus subsistere, donec cum ciuitate conuenerit.*

6 *Cetera exilia Flandriae Princeps absolute reuocat, donas exiles & patriam & ciuitate.*

7 *Rappelle exiliorum Gandensium, nulla interinatione aut satisfactione grauantur.*

POST





**P**ost promulgatū alicuius ob cōdignum meritū exiliū, saepe fit, per instantiam exulis, & ex caussa Princeps (cui duntaxat competit l. relegati. in fine. ff. de poenis.) exilium remittat, relaxet, liberet, & extrincto exilij iure exulante in priorē statum restituat. Quā Principis gratiā iura consuetudinaria rappellas vocant. In quibus triplex est varietas, sed ea varietas tantum ab externis oritur. Hæc igitur reuocationum aut rappellarum literarū tribus † modis expediuntur: nempe, in sericis chordis, & cera viridi: In ligatura siue cauda duplici. Et in simplici cauda: Atque hæc iuxta diuersitatem exiliorum. Omnia enim exilia 50. annorum & vltra, expediuntur in cera viridi & in chordis sericis: Exilia verò x. annorū, & supra, vsque ad annum l. expediuntur in caudis duplicibus, & cera rubra: Et exilia infra x. annos expediuntur in caudis simplicibus, † & cera quoque rubra. Atque † in his animaduertendum est, quom exiliū pronuntiatum fuerit ad instantiam & persecutionem alicuius partis læsæ & grauatae, tum reuocationū exilio. † si literæ, interinatione & sa-

tisfactione parti læsæ & grauatae faciendæ oneratur, si ea facta non fuerit, & in quantum aliqua satisfactio faciendā cadat. Si verò exilium pronuntiatum sit ad instantiam & petitionē fisci tantum, si tūc reuocationū seu rappellarum literarū nō grauant impetranter ad interinationem. Cæterum hic nota varietas exiliorum, seu bannorum, iuxta varias ciuitates. Nam de exiliis Gandauī per Magistratum Gandensium pronuntiatīs, Princeps exules suā patriā & etiam ciuitate donat, quatenus Magistratus hæc consensu suo confirmet. De † exiliis verò, aut Brugis, aut Hypris per Magistratum Brugenſium & Hyprenſium ad certum tempus & annos edictis, Princeps nullas literas reuocatorias seu rappellas largitur, nec ab exilio liberat absolute, sed tantum exules patriā donat vsque ad terminos ac limites, hoc est, vsque ad Scabinatum ciuitatis. Cum verò in iisdem ciuitatibus exilia proclamantur citra vllam certī tēporis distinctionē, absolute absoluit, & ciuitate exules donat & patriā. Brugenſes tamen hic expressum habēt priuilegiū, quo adhuc hodie pacifica possessione fruuntur. Nimirum † quoties impetrans, Flādiā ingres

ingressus, curat suarū rappellarū interinationē, tū eandē interinationē eidē concedūt, quo ad patriā: Nam ciuitatis iurisdictionē & limites ingredi nō licitum est, priusquam tempus exilij finitum fuerit: nisi de hoc cum ciuitate conuenerit, quod & Concilium ipsum ita quoque quotidie confirmat, sicuti multis exemplis id confirmari ac comprobari posset, nisi breuitas temporis nos aliō vocaret. † Cætera verò exilia in aliis ciuitatibus Flādriz pronuntiata, siue ad certū tēpus, siue incerto tēpore definita, Princeps ea remittit, rappellas confert, dulciq; patriā donat, & ciuitati restituit, sicut & quoties ipsi libuerit. Hic illud obiter quoq; notandum est, quòd † Gandenses aliquādo magno studio impetrare cōtenderint, ne ipsorū bānorū rappellæ vlla interinatio ne grauentur, hoc habētes pro causa, quòd casus seu res satis per se manifesta sit, & cōstet per literas exilij priores, quas vulgò titulū bāni vocamus. Deinde, q̄ ex causa vrgēte, & ex inolita hoc habeant cōsuetudine, vt nulli vnquam exuli ciuitatis priorē libertatem restituant, nisi prius satisfacta parte, Atq; in hoc studio tantū promouerūt, vt vortorū facti sūt cōpotes, & tale

impetrarint priuilegiū, quo posthac bānorū suorum rappellæ amplius nulla interinatione grauantur, sed quoties rappellarū impetrans, deuid sua patriā & ciuitate frui gaudeat, ac sese iterū in ciuitatem asserere studeat: tum planē necessum erit, vt sese submittat Senatui, & fideiusionem statuat de implendo quicquid per magistratū de ipsius rappellis arbitrariē decerneretur: Atque de his (ne nimius videar) plus satis superque.

## De appellatione.

## CAP. CXLIX.

## SVMMAE.

- 1 Ex propria confessione, criminaliter damnatus, appellare non potest.
- 2 Ex non propria confessione potest.
- 3 Consilio Flandriz, in criminalibus nulla recipitur appellatio.
- 4 In alijs Senatib. Flandriz, recipitur appellatio sine propria confessione.
- 5 In Flandria nulla est reformatio sententiæ criminalis, sed bene exilij.
- 6 Consiliū Flandriz largitur exuli literas reformatorias.
- 7 In Francia semper obeditur appellationi criminali.
- 8 Questiones variæ de appellationibus.





**E**tr sapenume  
 ro, vt reus in 3  
 crimine & sen  
 tētia per se, aut  
 per procurato  
 rem appellet ad aliū Iudicē,  
 de cuius clementia forsan  
 melius speret, aut certe cui  
 magis caussam suam fidat. In  
 1 quo casu hoc notandum est,  
 quòd ex iure nemo reus cri  
 minaliter conuictus, & dāna  
 tus ex propria cōfessione, ab  
 ea sententia appellare potest,  
 sed sentētia prolata illico pro  
 ducitur ad actū, & ad execu  
 tionē, quātumlibet etiā ver  
 bis ac clamoribus ad aliud  
 tribunal appellaret, l. ij. & ibi  
 Bal. C. quorū appel. nō recip.  
 2 Si verò ex propria † cōfessione 5  
 nō fuerit conuictus, & pœ  
 na instigenda corporalis for  
 ret, tū ipsi reo appellare per  
 mittitur, & sententiæ execu  
 tio differtur, donec per Iudi  
 cē appellationis iterū definiti  
 um ac decisum fuerit: atque  
 hæc ita ex iure, d. l. ij. ad fi. cō  
 siliū Flandriæ etiam nullam  
 audit appellationem, vel ap  
 pellationi nō desert, hoc est,  
 neque ob eam vnquā senten  
 tiæ executionem differt, quā 7  
 do ea fuit diffinitiuā, etiam si  
 proprio ore nil confessi sint,  
 modò probata, legitima, di  
 gna, certāq; probatione con  
 uicti fuerint. Sicut multis exē  
 plis id confirmare possem, &

potissimūm hoc vno, d e Ioā  
 ne quodā Faillant captiuo tū  
 Cōsilio Flandriæ, qui proprio  
 ore nil cōfessus fuerat, ex legi  
 timo tantū certōq; multorū  
 testimonio cōdēnatus & ad  
 iudicatus morti fuit, appellā  
 do nō deferebatur appellatio  
 ni. Quod idē etiāmnū hodie  
 in eodem cōsilio obseruatur,  
 vbi in similibus casibus ap  
 pellationi non deferretur. In  
 Flandriæ† verò aliis Senati  
 bus, nequaquā obediunt aut  
 deferunt appellationi in ma  
 teriis criminalibus, maximē  
 in diffinitiuis: quòd in iis ne  
 minem corporaliter punire  
 possint, nisi ex sua propria  
 confessione conuictum. Nec  
 etiā† admittunt reformatio  
 nem huiusmodi diffinitiuā  
 rū, ob eandem rationē: quod  
 tamē subinde permittunt in  
 sententiis exiliorū. Nam hoc  
 casu Domini † de cōsilio lar  
 giuntur & expediūt reo exu  
 lanti literas reformatorias,  
 quibus ei potestatem faciunt  
 se tutō & liberē posse recipere,  
 & ire per totam Flandriā,  
 excepto tantum loco, vbi exi  
 lij sententiam acceptit. Porrò  
 † in Francia vbilibet locorū,  
 in re criminaria post primā  
 sententiam reo permittitur  
 appellatio, secundum quam  
 Rex vult processum, & perso  
 nā reā in Parlamentū perferri,  
 atq; ibidem omnia peragi  
 exami

examinari, expēdi & cōfirmari, vel reformari, vel grauari, vel minui: Atq; iuxta hāc sententia in facto (remissis persona & processu ad priorem Senatū) procedendum esse, vt debet. Omitto interim plures quęstiones, breuitatis studio, quę hīc dici & examinari suis quibusque locis cōmodē potuissent: nempe, Qualiter appellatio fieri posset in criminali? & à quo posset interponi? & an posset appellatio renūtiari? Deinde an quilibet ex populo posset pro absente appellare? terum, an in crimine lese Maiestatis posset appellari? Ad hęc, qualiter Iudex non admittens appellationem, teneatur? Deinde, an valeat statutum, quod in criminali tollit appellationem? Prætereà, si sentētia cōfirmetur per Iudicem appellationis, quis eam mandabit executioni? Item an Syndicus communis sit citandus, cū appellatur à sententia in criminali? Deinceps, si appellatur in criminali, & appellatio nō recipiatur, quid sit faciendū? Insuper, qualiter puniatur Iudex, qui non recipit appellationem, quam recipere debebat, sed sententiam exequitur? Rursum, an appellatione interposita ab vno, & illa pendente, possit contra alios fieri executio? An deni-

que reo moriente interposita appellatione, extinguantur omnia? Postremò, an reo moriente intra decem dies datos ad appellandum, crimen extinguitur, & etiam confiscatio bonorum? Quarū abundē meminit Angel. Areti. in suo tractatu maleficorū sub gl. Pręsente Caio, quem data occasione videre poteritis.

### De confessione maleficorum.

CAP. CL.

S V M M A E.

- 1 Consultatio Magistratum de capitali pena malefici.
- 2 Sentētia capitalis profertur pridie executionis, aut eodem die executionis.
- 3 Capitaliter exequendo doctor aut confessor ecclesiasticus est cōcedendus.
- 4 Capitaliter exequendo non est neganda Eucharistia.
- 5 Capitaliter exequendus, non est inebriandus.
- 6 Confessorum abusus apud capitaliter plectendos.



O ST QVA M maleficorum facta Magistrate, aut per propriam confessionem aut per certa & explorata indicia scitis innotuerint & confite-



1 rint, tunc Prætor iustitiæ† minister, cum Magistratu cōsultat aut requirit iuxta admiffa, confessa & perspecta scelera (de capitalibus loquor) iustitiam fieri, & mala secundū leges patrias ex mādato Dei, & principis puniri, & de factore ordinatum supplicium sumi. Cuius requisitione, & petitione audita, totus Magistratus legibus perēre coact<sup>9</sup> certa hora cōuenit: facta, personam, causam, finē, occasionem, tempus, locum, qualitātē, ac omnē deniq; circūstantiā expendit, in deliberationē ponit: & de malefici scelere puniendo, maturo, graui, luctuosq; consilio cōsultat, & pro cōmerito flagitio pœnā statuit, & de ea post singulorū auditas opiniones sententiā p̄nūtiat. Quę quidē sententiā  
 2 † in aliis locis p̄nūtiatur pridie quā maleficus sit puniendus, aut certē pridie inter Magistratus ipsos decernitur & confirmatur: atque postridie (quum plectēdus capitaliter erit) ipsi malefico reo in cōsensus Magistratus productio, aut publicē, aut priuatim eadem sententia pronuntiat. In aliis locis tantū eodem die supplicij sumēdi sententiā profertur, atq; in hoc nil certi, sed spectandus est vsus regionis, & loci. In hoc† autem  
 3 penē omnes cōueniūt, vt reū,

quem sua vita corporali priuabunt, eūdē ad vitā spiritālē promoueant, & ad resipiscētiā & ad commissorū pœnitētiā, & in spem veniē erigat: Idē pridie quā patiat, hāc habēt laudabilē cōsuetudinē, vt ad ipsum mittāt parochū, aut alium bonum sacrificū, aut monachū quēpiā, cui cōfiteri possit, et qui ipsius animū ad cōtritionē permoueat, ad misericordiā diuinā accēdat, & ad satisfactionē corporali pœna persuadeat, qui deniq; Rei pectus sacra admonitione, concione, & piis verbis emolliat, ad dolorē cōpungat, & Christi facilitatē in remittendo persuadeat, atq; ita ad supplicij locum eundem piē perducatur. Quod vt faciat felicius, imaginē aut statuā paruum Christi crucifixi ipsius manibus inferunt, & ad eiusdem Christi acerbam, atque ignominiosam passionē asidū erigunt, & ad felicem statum animam emigraturam præparare, & Christo lucrifacere contendunt, adeō vt ipsum reum non deserant prius, quā mortis supplicium vita persoluerit. Hanc laudabilem & piā cōsuetudinē, summa cum diligentia ipse semper obseruari cōspexi in nostra ciuitate Brugenfi, cui multis annis à consiliis immeritus fui. Quæri autem

autem hoc loco solet, an mi-  
 4 sero reo, † Eucharistiæ sacra-  
 mentum, aut sacra Synaxis, si  
 petierit, largienda sit? Quæ  
 quidem questio Augustissimi  
 Imperatoris Caroli Quinti  
 de Capitalibus iudiciis, beni-  
 gna & Christiana constitutio  
 ne, soluta est lxxviii. articulo  
 ubi reo misero & plectēdo pe-  
 tēti & desiderāti Eucharistia  
 conceditur: quam etiā indul-  
 gēt Canonica iura, c. questū,  
 13. q. 2. cap. ij. & ibi Panor. &  
 Scrib. ext. de furt. & in cap. si  
 quis, de pœnitē. distinct. vij.  
 Quem morem laudabilem  
 quidem & probādum sequū-  
 tur hodie pleræque Romani  
 Imperij ciuitates, aliq; pij de  
 uotiq; Magistratus: Atq; has  
 dictas consuetudines proba-  
 tiores puto, & Magistratibus  
 Christianis digniores, quàm  
 illas, quibus reus plusquàm  
 militari ritu ad supplicium per-  
 5 ducitur. Et quib⁹ maximè mi-  
 hi videtur improbanda illo-  
 rum cōsuetudo, qui reū lōgo  
 vini potu ad ebrietatē penē  
 afficiūt, quò min⁹ sentiret  
 mortis imminētis pauorē &  
 memoriā. Sed hūc abusum su-  
 stulit clemētissimus Imp. no-  
 ster Carol. v. arti. lxxviii. qui  
 idem multa alia absurda, ma-  
 la consuetudine inuecta, sua  
 prudentia aut deleuit, aut re-  
 6 stituit. Qui etiā articulo † 103.  
 taxat & abrogat quosdam cō-

fessorum abusus, qui impro-  
 ba quadā & superstitiosa pie-  
 tate, ne dicam impietate, con-  
 fessos reos ad negandum re-  
 uocandūque facinus patra-  
 tum adducunt, quum inter sit  
 Reip. vt delicta nō remaneāt  
 impunita. Fit enim eiusmodi  
 insipientium confessorū im-  
 portuna pietate, & indulgentia,  
 cæteris ad liberius peccā-  
 dū liberior occasio. In leuiori-  
 bus autem criminibus, hoc  
 equius dissimulandum esset,  
 in quibus omnes piores ad  
 liberandum absoluendūmq;  
 esse debemus, quàm ad cōde-  
 mnandū, l. respiciendum. §. j.  
 & l. hodie. ff. de pœn. In gra-  
 uioribus verò & enormibus  
 atrociorib⁹sq; secūs. l. si Præ-  
 ses. ff. eo. Nā graue dictū Strā-  
 toclis obseruandum est: Igno-  
 scēdo nocētibus, innocentū  
 salutē custodiri non posse. Et  
 Lycurgus, Nocentiū remis-  
 sio (inquit) improborum stu-  
 dia ad peccandam excitat.

### De executione crimina- lis sententia.

C A P. C L I.

S V M M A E.

- 1 In magno consilio committitur  
 Procuratori generali vel ipsius  
 vicario cum ostiariis.
- 2 Executio criminalis in cōsilio Fla-  
 driæ committitur Prætori Comi-  
 ta, qui sepe Prætor est antiquū  
 Castri Gādēsis, vel aula Hyprō



- 3 *sis, vel Prator alius proximus.* 3  
 3 *In alijs Senatibus committitur Pratori loci.*



**P** O S T varia cri-  
 minum gene-  
 ra post ea om-  
 nia, quæ crimi-  
 num rationē,  
 naturam, exceptionē, libera-  
 tionē, vel aggrauationē cum  
 circumstantiis concernere vide-  
 batur: restat, vt nunc epilogū  
 atq; ad eod extremū actū aga-  
 mus, & nō nihil de criminum  
 executione dicamus, iuxta va-  
 rietatē locorū. In † magno e-  
 nim cōsilio Procurator gene-  
 ralis (is enim Imperatoris vi-  
 ces ex suo officio solus susti-  
 net) aut ipsius vicarius aut sub-  
 stitutus procuratore generali  
 absente, partim ex officio, par-  
 tim ex sententia tenetur ad  
 executionē criminalem pera-  
 gendā, & eā curare solēniter  
 (si ita refert sentētia) cū ostia-  
 riiis producere ad actū. † In cō-  
 silio verō Flandriæ executio  
 committitur primo Pratori  
 clementissimi Comitum, aut  
 augustissimi inuictissimi que  
 Imp. ad hoc requisito. Ilque  
 Prator fere semper est Prator  
 antiqui Castri Gandensium  
 Prator aulæ Hyprensis, aut  
 alius quispian Prator, pro-  
 ximus eo loco, vbi camera re-  
 sidentiam habet: cum assistē-  
 tia Procuratoris generalis &  
 ostiariorum. In alijs autem

† Senatibus particularibus,  
 siue iam his duobus dictis in-  
 ferioribus, ipsa criminalis  
 executio cōmittenda est eius-  
 dē senatus pratori, vel ipsius  
 vicario, qui in suo officio prin-  
 cipis vices referunt.

### De carnifice.

CAP. CLII.

S V M M A E.

- 1 *Carnifex executione sua non peccat.*
- 2 *Carnifex est in tutela ac protectione Principis.*
- 3 *Carnifex cur male apud omnes audiatur.*
- 4 *Carnificum executio fit variè, Igni, gladio, puteo, dissectione, rota, furca, patibulo, tractu, raptatu, puncturis, abscissionibus, truncatione, perforatione, euulsione, flagellatione, &c.*



**X** E C V T O R  
 sententiæ & ius-  
 titiæ instru-  
 mentalis mi-  
 nister, habetur  
 ipse licitor, seu carnifex: qui  
 tamen odiosum apud om-  
 nes sustineat nomen, quod  
 cruentum, tyrannicum, &  
 quasi parum humanum vi-  
 deatur exercere officium, ni-  
 hil tamen fin conscientia pec-  
 cat, nec coram mundo, nec  
 coram Deo, qui totius iusti-  
 tiæ fons est, origo, & autor.  
 Ex iustitiæ enim mandato  
 perag

peragit, quicquid facit, & iustitia, imò Dei (iuxta Diuum Paulum) minister est, non suorum affectuum, cap. non frustra, cap. in officia, & cap. non est. xxij. q. v. †. Quocirca etiã hic ob officij necessitatem in tutela ac securitate Principis est, vt nefas sit illum ob officij (quam vocant) utilitatem, cedere, aut vim inferre, adeò vt hunc apsum Princeps capitalem esse voluerit, vt habet Augustus. Imper. Caroli Quinti. de Capitalib. iudiciis Constitutio. articu. 97. Porro † quod ipsi lictores seu carni- 4 fices ex sese odium vulgi pro uocent, hinc ferè fit, quòd plerique suo officio non fungantur cum tanta rei commiseratione & humanitate, quæ ipsos deceret, decoraret, & amabiliore redderet, sed sic plerunque maleficos tractat, rapiunt, perdunt, & mactant, non secus quàm si beluam conficerent, in crudeli & tyrannica executione penè gloriantes, & subinde reis merita supplicia exprobrantes, & æquo seuius & citius eos abripientes, non secus, quàm si propriæ billi potius inseruerent, & affectibus, quàm rationi, iustitiæ mandatrici.

Quamquam autem vetus opinio est & usitata, funestum esse locum, in quo sit licitor aut carnifex, tamen propterea eum vel odisse vel occidere non conuenit: est enim (vè dictum est) iustitiæ, imò Dei (iuxta diuum Paulum) minister. Quod enim Cicero dicit, funestari concionem contagione carnificis, Ethnico more dicit. Christianis longè alia mens de hoc Magistratus officio atque ministerio esse debet, scientibus iniustis legem positam esse. Et animaduertendum est, † præfatum lictozem executiones variè fieri, iuxta sententiarum varietatem, nempe, ad ignem, gladio, puteo, dissectione, rota, surca, patibulo, seu cruce, tractu, seu raptatu, punctura ignitarum forcipum abscissione, seu truncatione, aut perforatione linguæ, abscissione digitorum, aut pollicis, abscissione auricularum, virgis & flagellis caesione, cum aliis infinitis similibus, iuxta morem ac ritum vniuscuiusque loci, quæ Magistratus ad terrorem maleficorum decernit, & ad malum puniendum instituit.

Rerum Criminalium Præctica, Doctif. viri Iodoci Dàmhouderij Brugensis Iuriconsulti clarissimi,

F I N I S:

G 4





# INDEX OMNIUM CAPITVM ET TI- TVLORVM.

<p><b>D</b> E Criminibus &amp; maleficiis          De iudiciis seu litib. (vulgò) pro-          cessibus crimin.          Quo pacto in iudiciis criminal.          procedendum fuerit          Qualiter crimina ad iudicis no-          titiam perueniant          De accusationibus          De denuntiationib.          De exceptionib. criminalib.          De inquisitionib.          De diffamationib. præcedenti-          bus per famam sparsis          De diffamationibus per indicia          suspiciones, coniecturas, aut          præsumptiones disparfis          De notorio          De commissionib. crimin.          De citatione          De annotatione bonorum</p>	<p>i. 11 11. 13 111. 14 1111. v. vi. vii. 20 viii. 21 ix. 26 x. 28 xi. 32 xii. 36 xiii. 38 xiiii.</p>	<p>De annotatione bonorum          De citatione reali, id est, captu-          ra          De carceribus          De carcerariis, siue commenta-          riensibus, hoc est, carcerū cu-          stodibus          De effractione carceris          De relaxatione carcerorū          De fideiussione in re, seu mate-          ria criminalia          De captiuorum, seu victorum          aggrauatione          De præsentatione siue contuma-          cia          De cōparatione in materia cri-          minali          De procuratorib. in re, siue ma-          teria criminali          De exonerando in materia cri-          minum          De publica fide, siue (vt vocant)</p>	<p>40 xv. 41 xvi. 48 xvii. 51 xviii. 55 xix. 58 xx. 62 xxi. 68 xxii. 68 xxiii. 69 xxiiii. 70 xxv. 75 xxvi. 75</p>
--	---	--	---



INDEX CAPITVM

saluiconductu	76	Qui à tortura sint excusadi	118
Cap. xxvii.		Cap. xlii.	
De defectu, non cōparatione, si- ue cōtumacia cōtra impetrā- tem in materia criminū	78	De purgatione vulgari, & prin- cipio de monomachia, siue duellb	121
Cap. xxviii.		Cap. xliiii.	
De defectu, absentia, & nō com- paratione contra citatum	79	De alia purgatione vulgari	124
Cap. xxix.		Cap. xliiiii.	
De contumaciis purgandis	83	De purgatione canonica	124
Cap. xxx.		Cap. xlv.	
De libello formado, seu petitio ne faciēda in re criminali	84	De purgatione legali	125
Cap. xxxi.		Cap. xlvi.	
De dilation. in re criminali	86	De sese præsentado torturæ, cō- tra partem aduersam	126
Cap. xxxii.		Cap. xlvii.	
De respōdēdo p exceptionē	87	De confrontatione	126
Cap. xxxiii.		Cap. xlviii.	
De remissione in materia crimi- nali	88	De probatione ordinaria	127
Cap. xxxiiii.		Cap. xlix.	
De respōdēdo pede ligato	91	De plena probatione in mate- ria criminali	128
Cap. xxxv.		Cap. li.	
De criminoso tradendo tortu- ræ	94	De reprobatione	129
Cap. xxxvi.		Cap. lii.	
De iudiciis tortura condignis, hoc est, ad torturam sufficien- tibus	97	De saluatione	135
Cap. xxxvii.		Cap. liii.	
De quæstione siue tortura	105	De concludendo in causa (siue malis) de ipsa causa dēdēda iustitiæ	137
Cap. xxxviii.		Cap. liii.	
De repetitione quæstionis siue torturæ	112	De causa sua cōmittēda in gra- tiam iudicis	140
Cap. xxxix.		Cap. liiiii.	
De cōfessione Rei in tortura	118	De processu visitatione, & exa- mine	140
Cap. xl.		Cap. lv.	
De negatione patientis in tor- tura	119	De condemnatione & punitio- ne in re criminali	147
Cap. xli.		Cap. lvi.	
		De ordinaria capitali punitioe in	

ET TITVLORVM.

in Flandria	149	figna	211
Cap. LVII.		Cap. LXXXIII.	
De ordinaria punitione ciuili	149	De homicidio p fortilegia	212
li		Cap. LXXXIII.	
Cap. LVIII.		De homicidio peruenenum	212
De exiliis siue bannis	150	Cap. LXXV.	
Cap. LIX.		De inspectione occisi	216
Qui excusandi, non puniendi, ob delicta commissa	152	Cap. LXXVI.	
Cap. LX.		Cui permillum occidere	220
De capitalium & publicorum criminum multiplicitate	153	Cap. LXXVII.	
Cap. LXI.		De iniuassione	232
De crimine laesae Maiestatis diuinae	153	Cap. LXXVIII.	
Cap. LXII.		De necessaria suorum bonorum defensione	244
De crim laesae Maieft. temporali siue humanae	189	Cap. LXXXIX.	
Cap. LXIII.		De necessaria propriij honoris defensione	248
De seditionib.	192	Cap. LXXX.	
Cap. LXIII.		De necessaria defensione amicorum	249
De priuatis carceribus faciendis	194	Cap. LXXXI.	
Cap. LXV.		De aliis homicidiis licitis	258
De monete adulteratoribus	195	Cap. LXXXII.	
Cap. LXVI.		De bello	261
De confiscatione bonorum	199	Cap. LXXXIII.	
Cap. LXVII.		De assassinis	267
De exae seu homicidio	200	Cap. LXXXIII.	
Cap. LXVIII.		Qui excusadi ab homicidio	271
De plurib. ac diuersis modis homicidij	205	Cap. LXXXV.	
Cap. LXX.		De homicidiis casualibus	282
De homicidio manuali	205	Cap. LXXXVI.	
Cap. LXX.		De latrocinis	287
De homicidio linguae	206	Cap. LXXXVII.	
Cap. LXXI.		De parricidio	291
De homicidio pccensum	210	Cap. LXXXVIII.	
Cap. LXXII.		De sui ipsius homicidio	294
De homicidio per indicia, seu		Cap. LXXXIX.	
De permissione adulterij	310	De adulterio	299
		Cap. XC.	
		De permissione adulterij	310



INDEX CAPITVM

De lenocinio	CAP. XCI.	315	De violatione sepulchrorū	CAP. CIX.	363
De stupro	CAP. XCII.	317	De furto	CAP. CX.	369
De fornicatione	CAP. XCIII.	319	De sacrilegio	CAP. CXI.	379
De incestu	CAP. XCIII.	320	De crimine expilatæ hæreditatis	CAP. CXII.	383
De raptu	CAP. XCV.	322	De abigeatu	CAP. CXIII.	384
De peccato contra naturam	CAP. XCVI.	327	De furto incendiario	CAP. CXIII.	385
De vi publica	CAP. XCVII.	336	De peculatu	CAP. CXV.	386
De pignorationibus, vulgò re- præfaliis	CAP. XCVIII.	338	De receptoribus furtorum	CAP. CXVI.	388
De teloniis, ac aliis exactioni- bus	CAP. XCIX.	345	De furtorum emptoribus	CAP. CXVII.	389
De vi priuata	CAP. C.	347	De repertis	CAP. CXVIII.	391
De rapina	CAP. CI.	348	De falsis	CAP. CXIX.	391
De latrocinio simplici	CAP. CII.	350	De falsitate per consensum	CAP. CXX.	393
De incendiariis	CAP. CIII.	352	De falsitate in verbis	CAP. CXXI.	393
De spontaneo incendio.	CAP. CIII.	356	De falsitate scriptorum	CAP. CXXII.	395
De aggerum ruptoribus	CAP. CIV.	358	De falsitate per abusum	CAP. CXXIII.	399
De violatione templorum	CAP. CV.	360	De falsitate per silentium	CAP. CXXIV.	404
De publicæ fidei, salueguardiæ, siue securitatis violatione	CAP. CVI.	365	De diffamatiōe per libellos	CAP. CXXV.	407
De pacis ac induciarum viola- tione	CAP. CVII.	366	De falsis aleis	CAP. CXXVI.	409
	CAP. CVIII.		De translatiōe limitum	CAP. CXXVII.	417
				CAP. CXXVIII.	De

ET TITVLORVM,

De calumnia	418	Cap. CXXI.	De correctione	445
